seruitus in peccatis: vt se filios ancillarũ cõuersatione testent qui de aliorũ virtute quam apud se nõ nouerunt inflãtur. Preterea in domo iacob spurij pariter cũ legitimis funiculũ hereditatis sortiti sunt:z cõmuniter inter se familie berciscunde iudiciũ dictauerunt. Quid inter parentelas hominũ variando distinguis? Ab vno patre descendimus vniuersi et singuli. Certe speciosus forma pre filijs hominuz xp̃s iesus. de quo scriptũ est.qz vir nobilis est in portis eius: cuius nobilitatem z generositatem ,ppheta non sufficit enarrare. Et qui vnic⁹ nostre generositatis est actor: de iustis z iniustis:de magnis z humilibus carnẽ trahit. Nam et agn⁹ paschalis iuxta.lxx.interpretes/de ouibus z capris assumebaẗ: in quo manifestissime vides q̃ apud xp̃m ois fortuna:oisq̃ cõditio acceptaẗ. Vt quid ergo in aliorũ virtute cõmendas:z aduersus pauperẽ de tui generis extollentia gloriaris? Qui gloriatur in dño gloriatur/non em̃ qui seipsum commendat ille ,pbatus est:sed quem deus cõmendat.disperdet dñs vniuersa labia dolosa z linguã magniloquã. Adelius ageres si humilius saperes:dei filius in beata vrgine(licet ipsa de sacerdotali z regali semate duxisset originem)nõ nobilitatem: sed humilitatem elegit. Respexit(inquit)humilitatẽ ancille sue.Scriptuz est qz humilibus dat gratiam:z cũ humilibus sermocinatio eius. Super quẽ(inquit)requiescet spũs me⁹: nisi super humilem z mansuetũ. Quid tibi z pauperi capellano superbe et fatue? Tu eminentiam generis tui tua prauitate deprimis z conculcas: ille in medio suorũ sancta et honesta cõuersatione preradiat. Scio qz egre fers: qz te instruo q̃ veteres aulas tibi de pulmone euello.Sed me sal⁹ tua sollicitat: vereor ne superbia in ruinam z precipitium te deuoluat:nam scriptum est. Ante ruinã exaltabitur spiritus. Ille qui in altis habitat z humilia respicit superbiam super oia detestatur. Hec est illa sanguinaria meretrix:q̃ de calice babilonis aureo ,ppinat hominibus spiritũ vertiginis. Hec est illa athalia:que fere omne genus regiũ extirpauit. Hec est lepra cicatricis in vlcere. Hec est bestia salt⁹ que deuorat exercitum absalon. Hec est erugo z tinea:que omnẽ mentis ornatum depraudo cõsumit. Hec est turris in syloa que suos edificatores interimit. Hec est elephas in libro machabeorum qui eleazar sua mole occidit. Hec est siccaria illa in sichomachia prudẽtij que vnam de virginibus interfecit. Descendas igitur ad cõscientiam tuam:z vide si qua est ibi materia gloriandi. Gloria em̃ nostra hec est testimoniũ cõscientie nostre. Non credas adulatoribus qui te lactant. Certe populus qui te beatificat:in errorem te inducit. Ferant aũt confestim confusionem suam qui dicũt tibi euge euge. Inimici em̃ hominis domestici eius. Isti sunt de quibus ad sedechiam loquitur hieremias. Seduxerunt inquit te viri tui pacifici. Mollitti sunt sermones eius super oleũ:z ipsi sunt iacula. Sic ioas/abner/z amasan gladio leniter fabrefacto:id est verbo ,ditorie adulationis interimit. Excole igit cõscientiam tuam: hic est ei ager cui benedixit dñs:z de quo scriptum est/pulchritudo agri mecũ est. Planta igitur z semina ibi semẽ virtutũ:vnde fructus vite/z odor sancte opinionis erũpat. Nam iuxta preceptũ diuine legis: si dederis de semine tuo ydolo moloch id est regi supbie morieris. Nec tuum genus elegantius extollere potes:q̃ si abiecto fastu elationis/humilibus te conformes.

¶ Responsio dubitationis cuiusdam amici sui. Epistola.iiij.

Arissimo socio z ,pcordiali amico.R.,priori Cistercien. ,P.Bleseñ.Bath.Archidi. Salutem:z cõtinuos in xp̃o ,pfectus. Letatus suz in his que dicta sunt michi. Hã ex fideli cõmeantium relatione cognoui: qz de die in diem/de virtute in virtutẽ ,pficiens/claustralis militie brauium meruisti. Ascendisti in montẽ sacrificij.Ego autem adhuc in valle scenosa morior:z expecto cum asino. Tu pennas cõtemplationis assumens/hec mũdana transcendis: me glutinum terrene habitationis adeo inuiscauit q̃ volare nõ possum. Heu me quia incolatus meus adeo prolongatus est. Et quis dabit michi penna s sicut columbe/ et volabo/z requiescam. In omnibus requiem quesiui:et in omnibus dolorem z laborem inueni. Nõ est requies nisi in hereditate sanctorum de qua scriptũ est. Hec requies mea in seculum seculi. Ego autẽ carnalis homo:z venundatus sub peccato. Infixus sum in limo ,pfundi/ z in libertatem filiorũ dei respirare non possum. Adiuua me orationibus tuis amice carissime/ dies enim mei transierunt/et iuxta verbum iob: per viam qua ingredior non reuertar. Non longe sum ab illa cõmuni meta: que prefixa est omni carni. Ruge mee testimoniũ dicunt contra me. Iam canos induimus hore finalis prenuncios. Teste autem apostolo: Omne q̃ antiquatur z senescit/ prope interitum est. Ora igit̃ frater ne me supreme necessitatis articulus anticipet imparatum. Inter secretiores lachrymas tuas/ibi mei offeras memoriã:vbi patri filius immolatur. Scio qz multũ valet deprecatio iusti assidua:et q̃ ,ppria quãdoq̃ vota nõ obtinent facit intercessio aliena. Litteras dñi abbatis z tuas deuote suscepi/z legi. Miror aũt te in admirationẽ ducere/et stupore: quare in libro quem de prestigijs fortũe cõposui: hac frequẽter expositione vsus sum. Cõtigit id est cõtingere potuit:quãdoq̃ euenit id est q̃q̃ euenire cõtingit. Verũtamen in his que de fortũe insidijs pendẽt: et ad vtrũlibet se habẽtia ambiguos sortiunt euẽtus: secure hoc genus expositionis induxi: cũ z in his que certos z quasi necessarios habent exitus: hec locutio frequẽter soleat inueniri. Nam et in leuitico legit. Si quis de victimis pacificoz comederit die tertio oblatio ei nõ ,pderit. Comederit inq̃t id est comedere voluerit: z sic intelligi necesse est. Hã cũ p die tertiũ vita futura signet in quo operari nõ licz/p hãc comestionẽ significari opz nõ op⁹: sed opis volũtatẽ. Sit̃e habes

in iob. Quis restitit deo ⁊ pacē habuit? Restitit id est resistere voluit. De magis enī pharaonis recolis te legisse. Fecerūt ⁊ magi sicut ⁊ moyses vt educerēt cynipes/⁊ nō potuerunt. Fecerunt dicit id est facere voluerūt. Si ergo in his que de cōtingenti sunt quādoq; quasi positiue/ ⁊ causa exēpli hoc genⁿ locutiōis admisi: nō te moueat. Nam ⁊ in his que quandā necessitatem veritatis importāt: hic loquēdi modus frequēter poterit inueniri. Adhuc preco⁊ vt preceris ꝓ me? oneratus enī peccatis: mole corporis aggrauatⁿ: curis inuolutus: desideriis mundanis infectus: infirmⁿ: anxius: erūnosus non leuabo me sup me: nisi per euꝫ qui erigit elisos: et sanat contritos corde. Valete.

¶ Hortatur dominū suum ad meliora: ⁊ est cōtra prelatos desides. Epistola.v.

Reuerēdo pāin. ⁊ dño Rīc. dei gratia cantuarien. archiepiscopo totⁿ anglie primati/ et apl'ice sedis legato P. bleseñ. bath. archiēp. Salutē: ⁊ in melⁿ expergisci. Habebam in desideriis ad vos cū festinatione reuerti: sed auctoritas regia nō permittit. Milies postulaui licētiam recessurus: sed nec repulsaꝫ passus sum: nec licentiā sum adeptus. Quotiens causo⁊ moram quam facio: ⁊ allego vestre reuocationis instantiam/vnica ⁊ quotidiana est eius responsio. Cras recedes. In oībus diebus anni cras istud inuenire nō potui. dum querit latet: ⁊ forta'sse qñ non queretur occurret. In eo turbata est aīa mea valde: ⁊ sicut araneā tabescere me fecistis q⁊ exprobrauerūt qui me tribulant inimici mei michi dū dicunt michi per singulos dies vbi est dñs tuⁿ? Vbi latitat: Vbi dormit? Vsq; quo piger dormit? Exurgat qui dormit: et exurgat a mortuis. Et iā hora eēt a somno surgere: ⁊ vigilare super cōmissum sibi gregē: ⁊ attēdere qualē habuit p̄decessorē. Munq̄d gratiā dei accepit inuacuū: vt ⁊ gram sibi datā/⁊ gloriā sui p̄decessoris euacuet? Iā euacuauit ex parte: nec videmus quādo restauret quod amisit/quando redimat qd cōmisit. Vobis igitur imputant q; ab allophilis archa domini capitur/q; a laycis ecclesia dei conculcatur/q; gladium petri rubigo consumit/ q; christi sacramenta vilescunt/ q; nomen domini in vanū assumitur/et q; sub pretextu periurij legitima coniugia dissoluuntur. Vobis imputant q; malchus in christū/q; phassur in hieremiā/q; balthasar in vasa domini manus extēdit sacrilegas. Quotiens autem gratiā innocentie ⁊ humilitatis extollo in vobis: non sufficit inquiunt tāte prelationis homini non facere malū: nisi adijciat facere bonum. Non solum enī arbo⁊ que fructus malos facit: sed arbo⁊ q̄ fructus bonos nō facit excidetur/ ⁊ in ignem mittet. Repperit (inquiunt) archiepiscopus tuus ecclesiam in optimo statu: ipse vero eam destituit: ⁊ deiecit cantuarien. ecclesie dignitates quas gloriosus martyⁿ ru bricauerat sanguine suo: ⁊ quasi testamentū eternum morte/⁊ cerebri effusione firmauerat/pusillanimitas eiⁿ euacuat/eāq; reduxit in antique seruitutis opprobrium: qua se in gratiam plene libertatis exerat: vt quid (inquiūt) terram occupat? Quando morietur/⁊ peribit nomen eius? Cur saltim non expergiscit? Nūquid qui dormit nō adijciat vt resurgat? In his oīnibus verecūdia mea tota die contra me est: et confusio cooperuit faciē meā a voce exprobrantis/ ⁊ obloquentis. Sūt iraq; lachryme mee panes die ac nocte: ⁊ vbi sub vmbra vestri nominis magnificari/⁊ extolli speraueram: ibi improperiū expectauit co⁊ meū et miseriam. Carissime pater vos estis fabula in ore omniū/ studiumq; omnīū fere cōmune est/ linguas procaces laxare contra vos in detestandū susurrium. Q; si vestram velim predicare industriam circa edificiorū meliorationē: circa prediorū culturam/⁊ circa huiusmodi exteriorem amministrationē que incessanter exigit humana necessitas: ipsi vniuersa deprauāt. Que gloria est (inquiunt) q; viuaria cōstruit/q; claudit feras in dagine si clerici increpant/ si in omnē dissolutionem religiosorum claustrorū hostia relaxantur? Que utilitas q; fimo et creta ager stationariⁿ impinguatur si in cultura dñice messis nec spina auellitur/nec extirpatur tribulus/ nec verbū dñi seminatur? Nūquid deo cura est de bobⁿ ⁊ asinis: vt circa boues et asinos ita sollicitus occupetur? Cur iniūcte sibi legationis officium nō exercet? Ligatus est potiⁿ q̄ legatus. Prophete (inquiunt) cui dñs legationē iniunxerat precepit vt euellat ⁊ destruat: vt dissipet ⁊ disperdat: edificet ⁊ plātet. Dñs tuus officij spiritualis intelligentiā conuertit in litteram: aut vt dicat verius in litturam. Illud michi ad tumulum doloris accedit q; dñs rex qui ex toto corde vos diligit: cuius erga vos dilectionem lego assidue in libro experientie: qui turbationibus vestris in romana curia murū inexpugnabilem se opponit/ipse frequenter incuriam ⁊ desidiā vestrā (secreta tamen ⁊ modesta co⁊rectione) redarguit/ipe crebro vos excitat scriptis ⁊ nuncijs/grauissime ferēs q; terre sue maleficos ad excessus enormes per impunitatis licentiā puocatis. Q; amicabilia nuperrime vobis scripserit ⁊ mnadauerit memorie (sicut credo) tenaciter affixistis. Inter q̄ ego q̄ cōscius secreto⁊ fui ꝓbum illud cōfidēter in cōmunem deduco notitiam. verbū enim memoriale est. Sciat inquit dominus archiepiscopus: q; si filius meⁿ electus/ aut aliquis episcopus terre vel comes: vel aliqua ꝑsona illustris sue voluntati aut dispositioni cōtraire presumpserit/aut impedierit quo minus opus cōmisse sibi legationis adimpleat/ inueniet me sui contēptus persecutorem ⁊ vindicem: acsi in coronam meā ꝓditorie cōmisisset. Scio quidem pater dominum regem diu habuisse/⁊ adhuc habere in votis vt cōsilio/ ⁊ auxilio vestro fiāt increpatiōes in populis: vt arripiat manus vestra iudicium: ⁊ arguat pro mansuetis terre. Dura quidem retuli vobis amantissime pater: ⁊ forte hoc aliquis temeritati ascribet q; non blandio⁊/q; non palpo/q; reuerendum populis caput/peccatoris oleo nō impinguo. Quicquid immundissime sues grūniant/ego in

ꝑti visceribus: ⁊ iugi beneficiorum vestro⁊um memoria vos moneo/⁊ monebo: quatenus cum ea diligentia impleatis pontificiū: vt non vituperetur ministerium vestrum. legistis enī. Maledictus homo qui facit opus domini fraudulenter. A claustrali ⁊ spirituali militia elegit vos deⁿ in sacerdotem sibi: videte ne cum spiritu ceperitis/carne consummemini. et ne de vobis intelligatur illud: nō permanebit spiritus meⁿ in homine in eternum q⁊ caro est. Putatis q; de commissis vobis animabus vos in districto examine nō oporteat reddere rationē? Propter hoc irritauit impius deum: dixit enī in corde suo nō requiret. Sed certe requiret exactissime vsq; ad nouissimū quadrantē: ⁊ vere⁊ ne tempestiuius/aut duriⁿ q̄ credere/aut timere velimus. Vtinā velitis recolere cōminationes altissimi quibus apertissima visione vobis terribilem sue indignationis sententiam reuelauit. horrendū est autem incidere in manus dei viuentis: ignis enī succensus est in furore eius/ quem quādoq; spiritualiter vidistis: ipsum autem nunq̄ sensibiliter sensistis.

¶ Respōsio eiusdem magistro raō. qui vitā clericorū curalium dānabat. Epla.vj.

Magistro raō. Belnac. P. Bleseñ. batho. archiēp. Salutem: ⁊ saltem in senio senem esse Litteras vestras (licꝫ plurimū inuectiuas) cū omni equanimitate/⁊ gratiarum actione suscepi. Q; me corripitis affectio est. Ideoq; michi acceptiora sunt vestra verbera q̄ eo⁊ vbera q̄ me lactant: vtinam semper corripiat me iustus in misericordia/⁊ increpet me: oleum aūt peccatoris non impinguet caput meū. Clericorum autē curialium vitā dānatissimam reputatis: et in eius execreationē ferē totam illam satyram iuuenalis expēditis. Si te propositi nondū pudet magister bone: si puerilium diriuationum venas quibus insenuistis memoriter retinetis/cum curia a cruore dicat: Clerici qui cum prelatis ecclesie cōuersantur/curiales non sunt: nec enīꝫ apud eos iudicium sanguinis exerceī. Cūq; institutio canonica clericos curiales ꝓhibeat promoueri. clericos pontificū frequentius elegit dñs in sacerdotes sibi: improperatis q; semper quadra viuimus alienā. Si pontifices nos vocant in partē sollicitudinis: vt in agricultura diuine messis: ⁊ in tritura dñice aree pariter laboremus: que iniuria est si ⁊ nos bonis eo⁊ pariter contamur? Iuxta diuine legis sentētiam. Nemo os bouis triturātis obturat. Teste paulo. Nemo militat stipendijs suis. Cūq; debeat de altari viuere qui seruit altario: non est absurdum si ego/ aut alius qui in mensa dñica pontifici ministrat fiat commensalis in cibo. Causamini q; inaniter expendam dies meos qui in castris scolaribus poterā fructificare ꝗ plurimis. Magister castra dei sunt hec in quibⁿ habitamus: ⁊ sciatis q⁊ non est hic aliud nisi domⁿ dei/ ⁊ porta celi. In domo dñi mei cantuarien. archiepiscopi viri litteratissimi sunt apud quos inuenit omnis rectitudo iustitie/omnis cautela ꝓuidētie/omnis forma doctrine. Ibi post orationē/et ante comestionem in lectione: in disputatione: in causarū decisione iugiter se exercent. Omnes questiones regni difficiles/et nodose referuntur ad nos: que cum inter socios nostros in cōmune auditorium deducūtur: vnusquisq; scōm ordinem suum sine lite ⁊ detractiōe ad bene dicendum mentē suam acuit: ⁊ quod ei cōsultius videtur ⁊ sanius de vena subtilioze producit. Q; si deus minori que potiora sunt reuelauerit/eius sententie sine omni inuidia ⁊ deprauatione vniuersitas acquiescit. Vos autem tumultuoso strepitu/⁊ clamore nautico de nugis assidue disputantes inutiliter aera verberatis: vos circa litteram ⁊ syllabam: ⁊ circa huiusmodi elementares doctrine primicias vestrū adhuc ingenium exercetis: ⁊ si dicere fas est: vos puer centū annorum/⁊ elementarius senex. Verecundum siquidem ⁊ onerosum satis est michi q; oīnes coetanei vestri in montem eminentioris scientie ascenderunt/ et vos in sceno crassioris intelligentie cū asino remansistis. Priscianus/⁊ tullius/lucanus/et persiⁿ: isti sunt dij vestri. Vereo⁊ ne in extreme necessitatis articulo vobis improperādo dicatur. Ubi sunt dij tui in quibus habebas fiduciam? Surgant ⁊ opitulentur tibi/ ⁊ in necessitate te ꝓtegant. Semper circuitis mōtem seyr/nec ad terram pmissionis venire potestis. Magister/vobis ⁊ imitatoribus vestris cōuertit dominus flumina in sanguinem ne bibant. Dat etiam terram ferream et celum eneū: dū vobis conuertit dominus carnalē sciēiam in qua obduruistis tenaciter in peccatū. Magister nolite loqui sublimia gloriantes. Recedant vetera de ore vestro: q; deus scientiarum dominus abhorret philosophie gētilis errorem/ cuius adhuc ydolatra estis: ⁊ acceptat in quolibet christiano cōscientie puritatem. Damnat enī apl's ea q̄ sunt/ rationē quidē habentia sapientie scōm mādata ⁊ doctrinas hominū si non edificant ad salutem: vtinam magister saperes ⁊ intelligeres: ac nouissima ꝓuideres. Nec philosophia tibi iam decrepito pnecessaria esset q̄ frequenter in scholis describit: sed frequentius ꝓscribit (cogitatio mortis scꝫ assidua) Propheta dicit dñe notū fac michi finē meū. Et salomon: fili mi recordare nouissima tua: ⁊ nō peccabis in eternum: lamentator ille ploraṫ aīam peccatricem/⁊ sui finis immemorē dicens: Sordes (inquit) eius in pedibⁿ eius: nec recordata est finis sui. Et subiungit. Deposita est vehemēter nō habens cōsolatorem. Sit magister vestra cogitatio/dies mortis. Mors enī que in insidijs in sunsoribus est/vobis est in sanuis: vestrū obseruat calcaneuꝫ: nec cessabit donec fodiat fouea peccatori. Rogo naq; et in vera cōsulo caritate: vt qui hactenⁿ vanitatibⁿ seculi militastis deo militetis: saltem ad modicum tempus: atq; feces vestre senectutis immoletis altissimo: qui iuuētutis ⁊ adolescentie vestre florem in rebus nugatoriis expendistis.

¶ Increpatoria contra ebriosos.

Epistola.vij.

Magistro A. P. Bleseñ. Bathoñ. Archiõ. Salutem/ꝛ cõtinuam memoriã honestatis. A domo ꝛ mesa vestra nuper egrediẽs magister. P. michi via publica incedenti letus/ꝛ longe letior ꝗ expediret occurrit. vesania siquidẽ ferebatur/hauserat eñ apud vos spiritum vertiginis/ꝛ furoris. vinoq; aut ceruisia totum eiꝰ cerebrũ estuabat. Equũ meũ freno rapuit/ꝛ tam equum ꝗ equitem supinum fere in terram deiciens/ in deuiũ me retorsit. Auertebãt manus eius/ꝛ ipsum seruientes nostri grauiter increpabant. Ipse autẽ lingua precipiti/ꝛ confusa/atq; clamore demoniaco intonabat. Veniet certe/veniet/velit nolit/ et bibet de filio dei magister meus charissimꝰ. Ego autẽ dolens eum sequebar: ꝛ trahebar inuitus. Cum vero seruientes mei qui eius temeritati parcebant manus eius a freno meo cum multa tamen instantia separassent/ꝛ nos ipse vidisset in viam a qua nos abduxerat equorum capita reflexisse: nos diu persequens lapidibus/ ꝛ glebis/ me inaudita verborum turpitudine lacessiuit. Sane reputaueram eũ semper virum industrium ꝛ discretum: sed vobiscum ea vice biberat/ apud quẽ (sicut publice dicitur) in bibẽdo nõ est rationeq; modus. Et que vobis amice gloria est: ita potu afficere hominẽ vt hominem dediscat/ ꝛ in desipientiam omnino transeat bestialem: Non est tibi occasio magne laudis/q; sic vino fundis ꝛ infundis amicos/ꝛ infundendo cõfundis. Scriptum est in abacuch/ve qui potum dat amico inebrians eum vt videat nuditatem eius. Testimonio sacri eloquij Multiplicem sententiam maledictiõis incurrunt q̃ ad calices sedent epotandos: ꝛ ebrietati continue se impendũt. dicit dominus per ꝓphetam. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum/ ꝛ viri fortes ad miscendam ebrietatem. Subsecutiua ebrietatis incõmoda salomon eleganti compẽdio enumerat dicens. Cui ve: cuius patri ve: cui vulnera: cui rixe: cui suffossio oculorũ: Nõne his qui morantur in vino ꝛ student calicibus epotandis: Sane iuxta verbũ sapientis. potus iste in vomitũ: et hec voluptas in nauseam cõuertetur. Expergiscimini ebrij dicit propheta ꝛ flete ꝛ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Apostolus ebrietates multipliciter interdicit. Censura vero canonica sententiã depositiõis dictat in clericos: qui ebrietatibus assuescunt. Vbi enim regnat ebrietas ratio exulat/intellectus obtunditur/cõsilia deuiant/ iudicia subuertuntur. Si iuxta apostolũ bonum est non bibere vinum: non video qualiter possit bonum esse contrariũ. Ideo prudens illa mulier filium suum instruens in visione dicebat. Noli regibus o samuel dare vinum: ne forte obliuiscantur iudiciorũ dei: ꝛ subuertant populi equitatem. Sed nec vllum secretũ est vbi regnat ebrietas. Loth quẽ sodoma non vicerat: vina vicerunt. Vinea quoq; quam noe plantauerat: suo nõ pepercit auctori: et ex delicto patris vsq; hodie deriuatur ad posteros macula seruitutis. Titulus quoq; beati baptiste plurimum cõmendationis adiecit: q; vinũ ꝛ siceram/ ꝛ omne quod inebriare poterat nõ bibit. Aaron/ꝛ filijs eius precepit dominus: vt intraturi tabernaculũ a vino ꝛ omni quod inebriare poterat abstinerẽt. Rechabite q; iuxta mandatum ionadab filij rechab abstinuerant ab omni potu qui posset esse ebrietatis occasio: cum omnes tribus captiuate essent liberi remãserunt. Tu qui disciplinali militie/et libris quondam oĩa posthabebas: nũc sicut audio codices ad calices transtulisti. Scribere in bibere conuertisti: et qõ anxie doleo/ nunc predicaris egregius potator: qui fueras prius nominatissimus disputator. Vnum predictis addisce: aut emendabiliorẽ te exhibeas in hac parte: aut a corde meo te euomo: et amicitie socialis vinculum rũpens: gratiam antique familiaritatis euacuo.

¶ Responsio eiusdem cuidã prioris qui verba nõ admittebat aliene facultatis in sacro eloquio.

Et cõtra eos q̃ soli adherent littere. Epla.viij.

Causaris ꝛ arguis vehemẽter q; nuper in capitulo fratribus tuis loquẽs devario amictu spõse: quedã interserui que potius philosophum gentilem/ꝛ ethnicum (sicut asseris) sapiebant: ꝗ christiane fidei ꝓfessorẽ. Teneo firmiter quid dixerim: ꝛ hoc ipsum a tua memoria non euasit/ in quo nichil nisi catholicũ inuentes: nisi simpliciter dicta sinistra interpretatiõe/ aut peruersa recordatione depraues. Referens equidem varios militantis ecclesie status: q; frequenter in sacro eloquio per lunam solet ecclesia presens intelligi: quasdã proprietates lunaris excursus ecclie coaptaui. Sicut ei in astrologia marciani/ luna in sua nouitate menoydes dicitur: in augmẽto cum iam ad medium creuit dyathomos: cũ accedit ad circulũ dicitur amphicirtos: cum vero in plenitudine sua tota est serena panselenos. Sic dei ecclesia que lunari exẽplo lumen suum mendicat a sole iustitie in abel/ ꝛ patriarchis menoydes. In tempore ꝓphetarum dyathomos. In aduẽtu xpi amphicirtos. In eius resurrectione/ꝛ fidei cõfirmatione/ satis tolerabiliter poterat panselenos nũcupari. Q; enim ecclesia perfecta et pfecte ordinata tunc demũ fuit quando xps celos ascendit/ ꝓpheta satis expresse exẽplo consimili manifestat. Eleuatus est (inquit) sol: et luna stetit in ordine suo. i. ascendit christus: ꝛ ecclesiam in ordine sanctitatis per apostolos stabiliuit. Sane si scripturas sanctas diligẽter attendis: nõ censebis absurdum q; verba philosophie: vel sciẽtie ciuilis quãdoq; in doctrina christiana (maxime vbi ratio postulat) admittãtur. Audi quid dicat iob de domino. precepit (inquit) soli ꝛ non oriꝛ/ꝛ stellas claudit quasi sub signaculo. Qui facit arcturum/ et orionas/ꝛ yadas: et interioza plaustri. Hieremias ꝓpheta quasi in iure ciuili fuerit eruditus: emptionẽ predij patruelis quam cõtraxerat: quozundam verborum legalũ vrbanitate cõmemorat dicens. Emi (inquit) agrũ ab ananehel filio patrui mei qui est in anathot: et appendi ei argentũ septem stateres/et decem

argẽteos. ꝛ scripsi in libro/ꝛ signaui: ꝛ adhibui testes et appendi argentum in statera. Et accepi librũ possessionis signatũ: ꝛ stipulationes/ꝛ rata/ꝛ signa forin secus. Sane sicut in deuteronomio legis. Aliena mulier capta in prelio si decor eius tibi placuerit rasis eius vnguibus/ꝛ capillis/atq; veste captiuitatis deposita licite ducitur in vxorem. Si qua enim scriptura gentilũ est que in conflictu studiorũ michi placet/ sublata supfluitate verborũ possum illam michi assumere vt ex illa filij spirituales generẽtur in fide. In lege etiã ꝓcipitur. q; si in agro/vel in arbore inueneris auem incubantem ouis suis/aut pullis: oua/vel pullos debes accipere: matremq; dimittere. nõ enim curandum est de littera/vbi fructuose inueniũtur sentẽtie. Increpas me q; in exhortationibus meis quas rogatu cõscolarium nostrorũ quandoq; bononie feci ꝗba posui que ius ciuile redolebãt. Porro ius ciuile sanctũ est/ꝛ honestu: atq; sacris orthodoxorũ patrũ constitutionib⁹ approbatum. Loquebar equidem legisperitis in illis predictis exhortationib⁹ de terribili sententia districti ꝛ extremi iudicij. et dicebã q; nec appellationis remedio: nec supplicationis suffragio: nec actione in factũ subsidiaria: nec aliquo restitutionis beneficio poterat attẽptari. Dicebam q; ille antiquus dierũ inter filios regni quos quasi in funiculo distributionis (scõm meritorũ suorum exigẽtiam) ad hereditatem vocabat eternã: dictatur⁹ erat familie herciscũde iudiciũ. Dicebã q; contritione duplici punirẽtur illi qui peccatorũ suorum cõfessionem differebant q; erubescentiã/aut contẽptũ. Mã ꝛ in iure ciuilis per inficiationẽ crescebat in duplũ. Cmũ noueris. Munq; sup verbis faciam questionẽ de qua facultate sumãtur: dũmodo edificent ad salutem. Nam nec de herbis queritur in qua terra/ vel cuiꝰ hortulani cura vel cultura adoleuerint/dũmõ vim habeãt sanatiuã.

¶ Responsio eiusdem cuidã qui se excusabat a scolis. Irez arguitur quidam qui nimis cito scolas deseruit. Epistola.ix.

Missione vsus minus legitima/et honesta tanq; trãsfuga ꝛ desertor/castra scolaris militie dimisisti: et de labore quietissimo re in laboriosissimũ ocium cõtulisti. Preceperam tibi vt discipulo: consuluerã vt amico quatinus cõtinuata instãtia studiorũ impfectũ tuum pduceres in plenitudinem: ꝛ de discipulo a scẽderes in magistrũ. Respõdes te in disciplinis liberalibus diutiꝰ laborasse: tuumq; ꝓpositum esse anteq; theologicas facultates expugnes/biennio respirare. Vtinã huic desiderio/aut potius desidie/et defectui tuo: vicẽniũ/aut tricẽnium ꝓscripsisses. defectui dico Mã defecit in salutare tuũ anima tua. michiq; satis/ vel satius videretur hoiem qui semita damnate opinionis incedit/negociũ honestatis prorsus dimittere q; differre. Sãcti quidem ꝛ honesti ꝓpositi dilatio/ magna ruina est. Nunc docibilis et prouectior esse capax doctrine non eris. Ideoq; in presenti articulo quod differtur auferitur. Verbũ ꝓphete est populus hic dicit. Mõdum tempus est edificandi domũ dñi. Miserrime cur opus cõmendabile in biennium differs: forsitan cras non eris. Sapiens dicit. Quicquid potest manus tua cũ instantia operare. Qui nõ est hodie cras minus aptus erit. In litteris tuis legi. Vacabo michi/ꝛ libris meis: ꝛ in camera mea ero michi discipulus ꝛ magister. Munq; quieui: semper laborauit: nunc laborem cõuertam in ocium ꝛ quietem. Frater vtinã saperes ꝛ intelligeres: ꝛ inter ocium ꝛ quietem discerneres. Audisti quietem dñi. Quieuit enim ab omni opere qõ patrarat: verũtamen eius ociũ nõ legisti. Legit q; ociositas inimica est aie. Animꝰ nãq; qui ad ocia resoluit̃/roditur inanibus curis. Ac testimonio salomonis desideria rodunt pigrũ: eodẽ docẽte: stercoribus boũ (id est turpi increpatione) lapidandus est piger. Cernis vt ignauũ corrumpũt ocia corpus. Et capiũt vicium ni moueant̃ aque. Flatius dicit. Si nõ ante diem poscas librũ cum lumine. li non intẽdas animũ studijs ꝛ rebus honestis: inuidia/vel amore torquebere. An queris experimentũ hui⁹ rei: Queritur egistus quare sit factus adulter. In prõptu causa est desidiosus erat. Teste ezechiele peccatũ sodomorũ fuit satietas/ꝛ abundantia panis. lex enim de sacrificijs precipit vt bos offeratur in ostio tabernaculi: q; qui laborant in agro dominice culture libere possunt celeste tabernaculũ introire. Cur causaris studiorũ laborẽ: ꝛ ad ocium toto corde suspiras: Labor scolasticus ociũ est: sed ociũ negociosus. ꝛ qõ animũ reddit ad honesta sollicitũ. Vnde ꝛ scriptum est. Sapientiam scribe in ocio. ꝛ qui minorant̃ actu inuenient eã. Ideo discipuli esuriẽtes fricabant spicas in die sabbati: in quo notat̃ vniũ sententiarũ discussio que mẽte quieta diligẽtius ꝓcurat̃. Sic ingredi t̃ homo sepulchrũ in abundãtia q; abscõditus a cõturbatione hoĩm. foris quidem minuit̃: sed interius fructu spũalis studij inestimabiliter reficit̃/ꝛ ditatur. Sic in ezechiele porta atrij interioris que respicit orientẽ clausa est sex diebus in quibꝰ opus fit. die autez sabbati aperit̃. Qui eñ a terrenis vacãt spũalium notitiã facilius assequunt̃. Vacate (inquit) ꝛ videte q̃m ego suz deus. Ideo martha turbat̃ erga plurima. lye oculus lippitudine impedit̃. Maria vero cũ rachele partem optimã elegit. ꝛ iacob cũ requiescit in bethel celestiũ mysteria cõprehendit: hoc est ociũ sanctũ: ociũ studio suz. verũtamen ociũ vocas nõ vigilare/nõ legere: vacare cõmessatiõibus/resolui ad carnis illecebras: torpere somno/ꝛ potibus indulgere. Timere debueras vocem dñi super tali ocio irascentis. Meomenias vestras (inq̃t) ꝛ sabbatũ nõ ferã. Ocia/ꝛ sabbata/ꝛ festiuitates vestras odiuit aia mea. Luget etiã sup aiam ociosam ꝓpheta dicẽs. viderũt eã hostes ꝛ deriserũt sabbata eiꝰ. vbũ sancti hieronymi est. Ociuz sine lris moris est: ꝛ viui hois sepultura. Miser quicq̃d longo

tractu tēporis didicisti biēnale ociū exsufflabit: ⁊ illa logices ventosa loquacitas qua tumescis sicut visio nocturna/et sicut somniū auolabit. Putas q ī pace/ et quiete corporis sit pax mentis? Habebis fortitan pacem/sed amarissimā. Pacem(scio) reputas te habere in loci habitatione solitudinem. In carnis exhibitione sollicitudinem: et ecce in pace tua amaritudo amarissima. Qui enim curam carnis in delicijs agit tormenta consciētie accusantis patitur: et semp hostē domesticū secum gerit sicut sapiens dicit. Solitudo quā desideras subuersio est virtutū. Me soli: q̄ si ceciderit non habet subleuātem. Solitudo amor fratrē thamar ad incestuosum sororis sue cōcubitū ꝓuocauit. Solitudo est que virū fortē fortissime precipitat in reatū. Ea eñ mediante honestas ꝓudicitie arma sua reddit. degenerat sanctioris vite propositū. ⁊ odo rifere opinionis gloria dāna biliter euanescit. Dū parisius operā studijs dabas publice dicebaṫ q in hac humana ꝓuersatione te angelū exhibebas. vereor ne qui de hoie in angelū transieras: de angelo in hoiem reuertaris. Mā iuxta sentētiam ꝗitatis. Spūs immūdus ambulās ꝑ loca deserta/⁊ arida/⁊ nō inueniens requiē/apud quiescētem in ocio quietē inuenit: assumensq̄ septē spiritus nequiores se domū vacantem/ et scopis disciplinalib⁹ mūdatam inuenit/vacātem occupat/ac nouissima hois illius in peiora cōuertit. Diu te inuitaui ad studiosam miliciā: diu clamaui/et laboraui clamās/ne abhorreas hūc laborē. vere laboraui. Suadere eñ et non ꝓsuadere hoc labor est ante me. Sane laborē/et duriciē theologice facultatis nō debueras abhorrere. Scolastici nāq̄ hois labor non est in opibus: sed in ꝗbis. Et vt ꝗbo salomonis vtar. Dis labor huiusmodi hois in ore ipsi⁹. Certe ꝑcepta sua ⁊ sciri/⁊ custodiri vult dñs cū labore. Nam et ipe est qui fingit laborē in precepto. Unde ⁊ iustus scire/ atq̄ custodire desideras verba ⁊ precepta que de labijs altissimi ꝓcesserunt/dicit ꝓpheta. Propter ꝗba labiorū tuorū ego custodiui vias duras Adhuc rogo ne timeas aut differas hūc laborē. Effeminari quidē ocio/et torpere pigricia/nichil aliud est q̄ suffocare virturē: nutrire supbiā: viamq̄ cōstruere ad gehennā. De his dicit. In labore hoīm nō sunt: et cum hoibus nō flagellabunt. Ideo tenuit eos supbia. Proculdubio qui nō flagellātur ꝑ aliter cū hoibus/in ꝓpetuum flagellabunt cum demonib⁹. Et qui cum hoibus nō laborant/cum demonibus laborabunt.

¶ Idem S. capellano. Arguitur princeps qui intrudit episcopum fatuum. ⁊ archiepiscopus qui non resistit. Epistola. x.

Diu est q rumor insonuit/⁊ publice iam crebrescit q dñs tuus rex sicilie salutis sue/et paterne traditionis oblitus: cū comite loco celli in ruinam et desolationem agrigentine ecclesie cōiurauit. Intendit episcopare fratrem comitis. Et ipsum(reclamāte capitulo) violēter intrudit. Tu vero cū scias eum statuam eē et truncū inutilem: miror q non ascēdis ex aduerso: ⁊ te pro domo israel non opponis. Infelix ego homo cur nō habeo copiā illius comitis: vt aliquid persuadeam homini inhumano. Annūciarem impio impietatem suam. et si nō lucrifacerem eum deo perfecte: saltem partes euangelizātis implerem. Zelus domus tue de⁹ comedit me. ps. Tabescere me fecit zelus tuus/q̄ obliti sunt verba tua inimici tui. vere obliti: verbum enim tuum est domine. Domus mea domus orationis(nō intrusionis) vocabitur: domū tuam dñe decet sanctitudo: non intrusio. Respice dñe in faciē testamēti tui. zelare honorem/⁊ decorem domus tue/⁊ locum habitationis glorie tue. Nō irruat in eā immūdus/⁊ incircūcisus. Consoleris ecclesiam que in conculcationem data est. ⁊ dicas ei. Noli timere filia syon. ciuitas hierusalē noli flere. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Gloriam illorum humiliabo qui te humiliant/⁊ confundunt. Ponā te in superbiam seculorū. O detestāda operatio. O adolescentia deplorānda. filius ecclesie quare se erigit contra matrem? Cur abiecit consilium pietatis: ⁊ abijt in consilio impiorū? In vna die peribunt cogitationes eorū: cōsilium autem domini manet in eternū. Me terre cuius rex puer est. Doleo q inter ꝑmitias ꝑnationis sue/et inter initia vnctionis regie hoc presumit/virtus equidē consecrationis ab huiusmodi violētijs eum vtinam tēperasset. Magna enim est hui⁹ efficacia sacramēti. Nam de dauid postq̄ a samuele vnctus est/scriptura testatur: q directus est spiritus dñi in dauid a die illa/⁊ in reliquū Saul quoq̄ die illa qua olei lenticula a samuele ꝓfusus est mutatus est in virū alterum: et insiliēte in eum spiritu dñi cum accessisset ad cuneum prophetarum/ cum eis ꝓphetare incepit. Cayphas qui in illo consistorio vbi de morte dñi agebatur sententiam ꝓtulit dicens. Expedit q vnus moriatur ꝑ populo/sicut ait euāgelista/hoc a semetipso nō dixit: sed cum esset pōtifex anni illius ꝓphetauit. Verum nec virt⁹ vnctoris: nec religiosorū crebra exhortatio/nec dei timor/ nec ecclesie reuerentia: nec sue fame dispendium: nec exemplum paterne mansuetudinis a sua pertinacia hunc reflectūt. Duorum michi nomina expressisti: qui familiares et domestici eius sunt quorum amicitias (licet ignobiles sint mente et genere) gratātissime acceptauit. Hi ipsum in hanc temeritatem excitant/et incendunt. Sed certe inimici hominis domestici ei⁹. proditoria istorum consilia pretulit inconsultissimus adolescēs dño salernitano/et comiti aueline auūculis suis/quorum fidem et prudentiam necessitas regni frequēter experta est: qui dedecus pueri sua morte redimerent: nec regni humiliationi vsq̄ ad effusionem sanguinis et perpetuitatem exilij consentirent. Sed populi peccatis exigētibus elongauit a se amicos/et primos: incedēsq̄ per viā roboā consiliū venerāde maturitatis abiecit. Pro ro honorē spōse sue

sacerdos fur hor

zelabit dñs: ⁊ malos male perdet: retribuet abundāter faciētibus superbiā. Et q̄ ille miserabilis adolescens in thesauros ecclie cōsilio malignor⁹ manū rapaces iniecit: vereor ne in eū dñs excādescat/ et eueniat q̄ dicit iob: Thesauros(inquit) quos deuorauit euomet: ⁊ de vētre eius extrahet illos deus. Luet que fecit oia: nec tñ cōsumeṫ. Nō decebat eū manus laycas ad sacra porrigere. frequenter debueras ei suggessisse qualiter oza fuit percussus a dño eo q in archam dñi manus(deuote quidē: sed indigne) porrexerit. Qualiter tēporibus iasonis ille ꝓpetuus ignis qui a tēpore hieremie vsq̄ ad neemiā duraurat extinctus est eo q antiochus occasiōe iasonis ad sacerdotalia manū misit. Qualiter regnū balthasar a persis occupatū est/⁊ vastatū iudicio manus vltricis/et scribētis Mane: techel: phares: eo q vasa dñi in cōuiuio ꝓphanasset. His et similibus eū deterruisse debueras: sed alligatū est verbū dñi in ore tuo: nec moueris super cōtritione ioseph. Times hoiem: nec te zelus dñi: aut ecclie tāgit afflictio. porro(testimonio iob) Qui timet pruinā veniet super eū nix. Gloriosus est cuilibz xpiano si affligitur/dūmodo nō sit turpis: sed in xpo cōmendabilis afflictionis occasio. Nemo (inquit petrus apl⁹us) patiaṫ vt fur: sed si benefacientes/⁊ benedicētes sustinetis/hec est gratia apud deū Ideo ibant apli gaudentes a cōspectu cōsilij: q̄ digni habebantur ꝑ xpi nomine cōtumeliam pati. Si exhortationē tuā contemptui habet: ipse cōtemptus tibi cedet ad gloriā/ lampas(ait iob) cōtempta apō cogitatiōes diuitū, parata erit ad tēpus statutū. Et q̄ō est tempus illud: nisi tēpus de quo dicit. Cum accepero tēpus ego iustitias iudicabo. Unus noueris. Si nō annunciaueris impio impietatē suā: ipse in impietate sua morietur: ⁊ eius aia de tuis manib⁹ requiretur. Quis tua est: et in periculū tuū ipsius custodiā suscepisti. vide ne alios imiteris: q̄ lac et lanam querunt in ouibus: nō salutem. periculosus est tibi si in tōsoris officium cōuertas ministeriū pastorale. Tōdet absalon oues suas/⁊ fratrē suū interficit. Sic animā primi sui prelatus mortificat/dū eo enormiter delinquēte/aut tacet/aut dissimulat/aut cōsentit/vt emolumentū tēporale percipiat. Indubitanter quidē scio q si orasses/instātius perorasses: ⁊ ab hac inhumana tyrānide hoiem auertisses. Diffusa est eñ gratia in labijs tuis: viuusq̄ est ⁊ efficax sermo tuus: immo sermo domini ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Hic est vomer ille aratorius quo sangar quingētos philisteos occidit. Mandibula asini/qua sanson mille de suis hostib⁹ interfecit. Clauis iahel: pugio finees: gladius gedeonis. Q̄ si ex corde ageres causaz xpi: daret voci tue vocē virtutis: atq̄ voluntaria oris tui beneplacita faciēs/cor regis ad tuū verteret arbitriū ille in cui⁹ manu corda sunt regū. Nō eñ (sicut dicit dominus) vos estis q̄ loquimini: sed spūs patris vestri qui loquiṫ in vobis: ipse est qui dat verbū euangelizā tibus virtute multa. Ipse est qui tibi oportūe astaret: si importūe/⁊ frequēter astares. Habet tuarū cōtinētia litterarū q ipsum pro blādē ⁊ amicabiliter cōuenisti. ipse aūt respondit se non esse in culpa. sed comitem lococelli. Cū vero eundem iterū cōuenisses: te sicut asseris reputauit insanū. Ideo ori tuo imposuisti silentiū/ꝓpriorq̄ ipsum arbitrio dimisisti. Q̄ primo vsus es blanditijs prudētie ascribo. Non eñ litibus exasperandi sunt principes: sed tēperantius corrigendi. Sicut paul⁹ apl⁹s ad thymotheū scribēs ait. Seruum(inquit) dñi non oportet litigare/ sed ad omnes māsuetū esse ⁊ patientē: corripientē cuz modestia eos qui resistūt veritati. Sed qui semel/⁊ secūdo verbum exhortatiōis ꝓposueras: eandē exhortationē debueras terciasse. forte aliquid efficacie cōtulisset numer⁹ trinitatis. Solyas in tertio lapide ꝓstrat⁹ est. Moyses magos pharaōis in signo tertio superauit. Doleo q ad excusandas excusatiōes in pctis/ culpam suaz transfundit in aliū: quā eū humiliter cōfiteri/ ⁊ deuote corrigere oportebat. Grauiter offenditur deus cuz quis ꝓpriam maliciā dissimulādo/eā ministerio ꝑpetrat alieno. Scriptum est eñ. Manus in manu nō erit innocēs malus. Sic dicebat saul de dauid. Non sit manus mea in eū: sed sit super eū manus philistinorū. Sic iudei linguis crucifigētes dñm(dicentes tñ nobis nō licet interficere quenq̄) tradebant euz occidendū militibus: vt ab eis culpa in alios transferretur. Q̄ insanū te reputat/nō mirare. nō est mirū si insanus alios existimet insanire. Certe cū quidā filius ꝓphetarum inunxisset hieu in regē: quesierūt alij dicentes. Ad quid venit insanus iste ad te? Sic apō eos quorū interiores oculi ambitiōe/vel inuidia excecātur vilescit sermo dñicus/ ⁊ ꝗba vite edificatiua vesanie ascribunt. Scio quid dñs tuus sommier: quid affectet in hac erectiōe sui dagon: in hac intrusiōe tyrānica. vtinā maturius saperet/⁊ intelligeret: vtinā prudētius inter spūalia/et mūdana discerneret. pemptorū est eñ in principe vel auram adorare munerū: vel fauorem querere personarū. Teste siquidē ꝓpheta. In quorū manibus iniquitates sunt/dextera eorū repleta est muneribus. Trāsibunt ꝗbo iniquitates in penā/ ⁊ munera in dolorē. Quia teste iob. Ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiūt. Benedictus aūt dñs qui regem anglorū. N. a talib⁹ hactenus cōseruauit innoxiū. Manus ei suas excussit ab omni munere: nec in prelatis ecclie promouendis ipsuz vnq̄ inflectere potuit vel muneris oblatio/ vel gratia ꝑsonalis. Ideo magnificauit eū dñs in ꝓspectu regū: ⁊ iuxta nomen magnorū q̄ sunt in terra thesaurizauit sup eum gloriam/⁊ honorē. Benevaleas amicecarissime: et icepte correptiōi diligēter insistas donec dñs tuus ab inuio errōris sui in viā iustitie reuertaṫ.

¶ Idem. R. clerico qui vouerat monachatum. Item cōtra eum qui a ꝓposito intrādi religionē amicorum affectione resiliebat. Eplā. xi.

BIBLIOTECA

Carissimo socio ⁊ amico. R. P. bleseñ. bathoniensi archidya. Salutem. Proposueras omnes seculi pōpas/⁊ illecebras mūdane cōuersationis abrūpere vt pauper pauperē sequēs xp̄m: diuitias eternitatis acquireres. Verūtamē incōsulta carnis affectio. pdiūtorie blandiēs/ ⁊ amicabiliter fallēs in deuiū te retorquet/ dū a pusillanimitate spūs exturbatus p̄mitias religiōis ⁊ introitū sanctitatis abhorres. Quia te mūdi voluptatibus totū hactenus immersisti/ importabilia tibi oīno videntur ciborū mutatio: vestimentorū asperitas: iugū obedientie: cēsura silētij: regularitas morū: ⁊ austeritas discipline. Veritas q̄ mentiri non potest/ clamat. Iugū meū suaue est/ ⁊ onus meū leue. Si xp̄o credis/ aut credis in xp̄m: cur graue reputas q̄ ipe iudicat leue? Si xp̄o cōtrarius es: telpsuz enormiter grauas. Posuisti me (inquit) cōtrariū tibi/ ⁊ factus sum michimet ipi grauis. Et hnic⁹ dicit: Quod male fers: assuesce: feres. Et tu si iugo dñi assuescere velis: fact⁹ tanq̄ vitula effraym docta diligere triturā: affectabis q̄ times: cupies q̄ vereris. Qui de obscuris egredit cōniuēti palpebra/ et infirmiori oculo luci publice se exponit: q̄ si aliquātulū lumini assuescat: q̄ p̄ius erat oculis tormentū: in delicias cōuertetur. Velle quidē tibi adiacet (sicut dicis) sed perficere nō inuenis. Si ei velis onus inolite vetustatis abijcere: hoc labor est ante te. Sequere euz quē voueras sequi: ⁊ ipse votis tuis misericorditer/ ⁊ efficacit aspirabit. Venite (inq̄t) oēs q̄ laboratis/ ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos/ dicit dñs. Incipias queso/ ⁊ tuū dñs p̄sperabit inceptum. Dimidiū facti q̄ bene cepit habet. Si te tentauerit timor ille nocturnus q̄ solet inter p̄mitias sancte cōuersationis obrepere: faciet tibi dñs etiā cum tentatione p̄uentū. Tēratio est vita hominis super terrā. Ideoq̄z si seruire p̄ponis ei cui seruire regnare est: nō eris a tentatiōe immunis. Sapiētia eñ dicit. fili accedēs ad seruitutem dei/ sta in iustitia/ ⁊ timore: ⁊ prepara aiam tuā ad tentationē. Verūtamen/ ignis aurū: tentatio virū p̄bat. Tentatio p̄ueniēte dei gratia te fortiorē faciet in aduersis: et in periculis circūspectū. Rogo ergo te frater aggredere/ ⁊ ingredere viam vite qui pervia mortis hactenus ambulasti. vides qz nō est nisi cōtritio/ ⁊ infelicitas in vijs nostris. ⁊ qui quid est sub sole labor est/ ⁊ afflictio spiritus. Vite p̄sentis excursus fum⁹ est/ ⁊ vapor ad modicū patens. Scio qz parentes tui te retrahunt a p̄posito meliori. Nō differat queso: nō euacuet p̄positū tue cōuersionis proditoria/ et seductrix affectio parētele. Moli eos diligere cōtra xp̄m: quos teneris odio habere p xp̄o. Adulti p parētibus suis aias perdiderūt/ quorū occasione mūdus qui in eis aruerat/ denuo reuirescit: atq̄z diuitias/ ⁊ cetera impedimēta salutis quibus se exonerauerāt/ affectant alijs tanq̄z eis p̄desse credant ea que sibi esse nociua p certo cognouerant. Nunquid q̄ dāpnabile est vni/

alij est salubre? Nūquid gaudia viuentiū sunt solatia mortuorū? Impius est qui anime sue p suis parentibus est crudelis. Adaiorēq̄z temeritatē hac nemo habet/ q̄z vt aiam suaz ponat ita periculose quis p amicis suis. Tu qui elegisti habitare humilis/ et abiect⁹ esse in domo dñi: quomō iterum in his que in eterne cōfusionis vergunt preiudiciū iterum gloriaris? Gloria mūdi fallax/ ⁊ seductoria decipit amatores suos. Quicquid eñ vel in futurum p̄mittit: vel in p̄sentiprētēdit: totū ad nichilū deueniet tanq̄z aqua decurrens. Nō cōsentias carni fatue: que te/ ⁊ se pariter trahit in laqueū gehēnalem. Sicut legit de zambri/ qui se ⁊ domū regiam pariter dedit in cōbustionē/ ⁊ cibū ignis. Circūferimus hostem nostrū: sed (iuxta verbū salomonis) ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Nulla pestis efficacior est ad nocēdū, q̄z familiaris et domestic⁹ inimicus. Hic est ignis in gremio: serpens in sinu: hec est vxor bois litigiosa: pessima caro nostra: que licet sit vexata dolorib⁹: repleta illusionib⁹: infecta sordibus: afflicta infirmitatib⁹: obnoxia passiōibus: flagellis trita: plagis cesa: morti deniq̄z deputata: tū adhuc aculeis cōtradictionū hispida: rebellis: supba: murmurosa: querulosa: cōtumax: inquieta. in suum ⁊ aīe coniurat exitiū. nec posse satisfieri sibi putat donec se ⁊ aiam p̄cipiter in eterne dānationis abyssum. Cur nō attendit infelicissima caro q̄z nobilem/ ⁊ q̄z necessariū sibi habeat hospitē: cuius beneficijs sustētat/ regitur/ ⁊ honestatur? Q̄ audit/ q̄ videt: q̄ sentit: q̄ intelligit: q̄ loquit: q̄ mouetur: totum hospiti suo debet: cuius auxilio destituta fieret quasi terra sine aqua. immūdum morticinū: vermiū cibus: aeris corruptela. Inuēta est iniquitas eius ad odiū: dum inique odit q̄ totis visceribus debuerat dilexisse. Odit dico. Qui eñ diligit iniquitatez/ odit aiam suam. Redeas queso ad cor amice carissime: et quo te traxerit caro fatua nō sequaris. Ceca est. Et si tibi ducatū p̄stiterit: secū in mortis foueā te deuoluet. Nosti quid feceris. Nā vt verbo salomonis vtar. Defixisti apō extraneum manū tuam: illaqueat⁹ es verbis oris tui: ⁊ captus p̄p̄ijs sermonibus. Irasceris michi qz te ad viam vite artioris tam instāter inuito: quam tū (sicut asseris) p̄tinaciter fugio/ et euito. Sane alia est cōditio mea: qui nunq̄z alicui⁹ voti vinculo me astrinxi: ⁊ aliam iudico tuā: qui sanctioris voti p̄positum solēniter emisisti. Scriptum est eñ. Vouete/ ⁊ reddite. Cōuertisti in necessitate tue libertatis arbitriū: nec sine anime periculo/ ⁊ fame dispēdio cōuersationem tuā detractare poteris/ aut differre. Nā oblatum exigit: qui nō exegerat offerendum. Non est aliud votū, p̄trahere q̄z luxuriari in xp̄o. nec eñ promissiones dñs acceptat/ sed p̄missiōis effectū. Festinantius igitur age: ne voti tui executionē mors inopinata p̄ueniat. Relinquas seculū anteq̄z a seculo relinquaris. Egredere de terra dissimilitudinis: de medio praue ac peruerse natiōis: de tenebris ad lucem.

de miseria ad iocunditatē: de labore ad requiem: de exilio in patriā: de morte ad vitam. Maturius queso tue saluti, p̄spicere velis: ne tunc timere velle incipias cū nō possis. Qui oportunitatē deserit oportunitas eū fugit. Ruge tue iam testimoniū dicūt p̄tra te: forte instat tibi hora vndecima/ ⁊ ad operandum dñs te inuitat. Si nō vis operari dum potes: iusto dei iudicio nō poteris qn̄ voles. Cide quo in hac valle plorationis nos fere oēs nubes caliginosa inuoluit: vbi deo ⁊ angelis eius spectaculum triste/ ⁊ lacrymabile facti sumus. Alij spiritu vriginis ducti titubādo incedunt/ ⁊ in alios oberrātes offendunt. Alij nubes ⁊ inania captāt. Quidā in locis scenosis ⁊ fetidis se voluptuose volutant. Alij in desideriis aīe sue mortem sibi asciscunt. Alij ventū hauriunt. Alij in saccū pertusum cōgregant. Alij quicquid appreheudūt auidissime deuorant. Alij p̄unas ardentes in sinu suo colligunt. Alij in p̄fundo submersi sunt quorū finis interitus. Alij exeūtes de nebula respirant in liberioris aure gratiam cū iubilatione dicentes: benedictus deus qui nō dedit nos in puteum interitus: qui nos eduxit de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Egredere queso te de tenebris ad lucē: de labore ad requiē: de perditiōe ad salutē. Arripe arma sanctimonie/ exercitiū diuine militie/ studium discipline/ pacatissimū fructū iustitie: et p̄mitias felicitatis eterne. Dies tui transierūt: horē dūcq̄z est incidere in manus dei viuētis/ vitāq̄z q̄ nō deficit pdere/ ⁊ sciēter te inuoluere dolorib⁹ sempiternis.

¶ Idem cuidam quem infortunia nimis afflixerant. Et consolatur eundem nepotē suum super morte auunculi: ⁊ confusam hominum varietatē describit. Epistola.xij.

vltimũ stillicidiũ exhaurit:sed totum qd prꝰ effluxit.
Nec mors est in vltimo vite tue:sed in toto qd de vita
precessit. Noe vt se suosqz saluaret:centũ annis in ar-
che fabrica laborauit. Nos vero q̃tum laborauimꝰ:
quozũ singuli dies momẽtanei sunt/ trãsitorij/ z fina-
les? Plurimũ timendũ est ne fuga nostra fiat in hye-
me/ vel in sabbato quãdo opari non licet. Ideo sexta
die colligẽdus est gomoz:qz in hac sexta etate operã-
dũ est:vt in septima quiescamus qũ dicetur vt requie
scant a laboribus suis. Forte in corde tuo cũ apl̃o di-
cis. Nichil michi cõscius sum. Et cũ beato iob. Non
reprehendit me coz meũ in vita mea. Sed benignissi-
me pater mũda cõscientia sine opere nõ sufficit ad sa-
lutẽ: ꝓpheta dicit. Diuerte a malo z fac bonũ: vtrũq̃z
sine altero imperfectũ est:dñs in euangelio seruũ non
solum male operantẽ:sed a bono opere torpentẽ dã-
nat. Nõ enim solummodo arboz que malos fructus
facit: sed que bonos fructus non facit excidetur/ et in
ignẽ mittetur. Nutꝰ ignis horrozẽ semper habeas in
corde dilectissime pater/ vt te premãt/ et molant assi-
due metus eterne mortis/ z desideriũ interminabilis
vite. Iste sunt mole quibus molitur anima christia-
na: quarũ vna sine altera (iuxta preceptum domini)

in obligationem pignoris transire nō debet. Omnes quidē peccauim⁹. Vide pater ꝗtum ꝑ teipso satisfeceris vt scias quid desit tibi: vt de tua taceam aia vide quot aias de ore leonis ⁊ de faucib⁹ inferni eieceris: ꝗtum lucri de talento tibi cōmisso/opere/verbo/ ⁊ exēplo retuleris: qualiter sex opera mie(que dñs ponet in iudicio) iugiter impleueris: ꝗ sollicite carnē tuam purgaueris ieiunijs et disciplinis: ꝗ fortiter ꝑ domo dñi ex aduerso ascēderis. Ad oia hec fact⁹ es ex tua pfessione obnoxius: et hec oia pater a te exactissime requirent. Temeritati ⁊ presumptioni fortitan ascribet q vos moneo: sed caritas me compellit. Scio q in die tremēdi iudicij reddituri sumus rationem etiā de sermonibus ociosis. Nullos ibi excessus preceptio regia/vel hominū tēporalis vtilitas poterit excusare. Sz erit q̄ dicat. Quia quicquid delinquim⁹ cōfessionis beneficio poterit aboleri: porro nemo de vite diuturnitate securus est. Testimonio scripture. Cū dixerint pax ⁊ securitas: tunc repētinus superueniet interitus. Mors em subita ⁊ incerta remediū penitētie frequēter anticipat. Morbi etiā qui sepissime graues ⁊ inualescētes sunt angustia sensuali/spiritum deuotiōis extinguūt. Certissimū est aūt q̄ quod non punit homo: puniet deus: horrendū vero est incidere in manus dei viuētis. Quis em habitare poterit cum igne deuorāte: aut quis stabit cū ardoribⁿ sempiternis: Hec me mouent vt te moueā pater: quatinus ex hoc nūc ꝗtūcūq̄ poteris a turbatione secularium sabbatises. Miserere aie tue placēs deo. Si teipsum nō habes: nichil habes. Sola pax dei q̄ exupat oēm sensum faciat vt ab omni sensualitate ⁊ secularitate sis liber: hec occupationū turba mors aie est. Jōo dicit salomon. Fili in paucis sint actus tui. Et ecce pl⁹ ꝗ salomon nō ad pauca sed ad vnum dūtaxat docet esse sollicitū. Porro (inquit) vnū est necessariū: deū. ſ. diligere: qō sine animi sinceritate haberi nō potest. Non est q̄ faciat bonū donec veniat ad hoc vnū. Scriptū est. Vnam petij a dño/⁊ hāc requirā. In vno siquidē cubito cōsummata est archa. Mandatū ei caritatis consummatio est summe pacis. Jdeo dicit pphēta. Dis cōsummationis vidi finē/latū mādatum tuū nimis. Sane q̄ ex abūdātia cordis os loquit: vereor ne filialis affectio/⁊ zelus quē de salute vestra cōcepi: epistolā pūtē ꝓtrahat in immēsum. Jōo ne multiloquio aures delicatas offendā: epistolam in ꝛbo doctoris gentiū claudo. Gratia sit vobis/⁊ pax a dño iesu xpo.

Charitas

¶ Arguit negociatio in clericis. Epistola.xvij.

PEtrus Bleseñ. Bath. archiē. dilecto socio ⁊ amico. H. Salutē: et eterne salutis memoriā. Si tue pfessiōis ordinē/⁊ gratiam diuine vocatiōis attēderes: te potius lectione ꝗ negociatiōe: artibus ꝗ mercibus occupares. Periculosum siquidē est in laico: sed pniciosum in clerico negociationibus augere peculiū: atq̄ rerū ambitiosa venalitate seipsum diabolo venalem exponere. Clericus q̄ leuiore cōparacio vt peccatorum / vt sacerdos optimus

precio vt vēdat carius filius est auaritie: ydolatra pecunie: seruus mamone: et venundatus sub peccato. Cum em species vsure sit minus ꝓximo dare: ⁊ plus ab eo accipere: nō video clericum ab vsurarū crimine/et a nomine criminoso immunē qui sibi cum alieno dispendio lucrū querit. Sane feneratoꝛ dum ꝓximū manifeste spoliat fure deterioꝛ est/ ⁊ ꝑdone. Das ꝑ frumento vinū: ꝑ vino equum: ⁊ sic sub colore permutationis aut dilatiōis obtētu recipis incremētū/ longe deterioꝛ iudeis: dū illi mm̄ alieno: tu ꝛo alieno ⁊ ꝓꝛio feneraris. Cōgregabis diuitias ⁊ in nouissimo nō gaudebis: ⁊ eueniet tibi q̄ dñs ꝑ hieremiā figuraliter dicit. Perdix fouit que nō peperit: fecit diuitias ⁊ nō in iudicio/ in medio dierū derelinquent eū: et in nouissimis suis reperietur insipiēs. Feneratoꝛ em tristissimos habebit huius vite exitus: cuius finis interitus: cui⁹ mors detestabilis: cuius dānatio sine fine. Porro negociatiōis crimen attenuas/ ⁊ ad excusandas excusationes in peccatis/ ꝑponis tui laboris et ꝓuidētie fructum esse q̄ plus recipis/ qui rem dum vilius vēdebatur emisti. Dicis omnino nō esse absurdum si laborem in questū: si in lucrum periculum conuertisti. Quicquid ꝑponas: vnū denuncio tibi q̄ negociationem in tue salutis periculū cōuertisti. Negociatoꝛem clericū sacri canones execrantur. Cum em beatus sit homo qui miseretur ⁊ cōmodat: et qui pecuniam suā non dedit ad vsuram: eū possumus iudicare ab eterna beatitudine alienū qui quod accepit sicut accepit non prestat/ qui iuxta sacre scripture cōsilium dati ⁊ accepti gratiam nō obseruat. Porro tibi ascribis ad gloriam q̄ ad cumulum tue dānationis accedit/ q̄ te in negociationibus publice iactitas circūspectum/ qui vtinam dānabile tibi nō nouisses officium. Prophēta dicit. Quia nō cognoui negociationem introibo in potētias domini. Sciebat ꝗtū esset in negociatiōe periculū. Nam ⁊ iob qui in potentias domini certū expectabat introitū dicebat: Due species difficiles ⁊ periculose michi apparuerunt: difficile exuitur negocias a negligentia dei: et caupo nō iustificabitur a peccato labij. Sane famā ⁊ animā perdis vt perdenda lucreris. Sententia xpi est totū mundum nemini esse lucrādum: vt quis sue patiat animē detrimentū. Tu contrariū sentis: qui de tua perditione nō curas: ⁊ saluti ꝓprie perditionis pecuniam anteponis. Summā reputas beatitudinē immēsas ⁊ superuacuas opes: quarū partem decimā toto vite tue spacio nō expēdes. Vtinam nō fuisset hec pecunia q̄ tibi nō solū deū/ sed ꝓximū abstulit: ⁊ teipsum. Sane si beatitudo q̄ diuitias ꝓferret: nō cōpararet eas dñs spinis: nec pdicaret dñs beatitudinē paupertatis. Si diuitie apud deū cōmendabiles essent/ iustis ⁊ timētibus deum frequentius obuenirent. Nunc autē ecce pctōres ⁊ abūdantes in seculo obtinuerunt diuitias. Feneratores ⁊ violēti ecclie pseqtores: isti sunt q̄ amplioꝛes hodie diuitias thesaurizant. Esau quē dñs reprobauerat icedebat cū q̄ngētis viris: iacob i baculo suo trāseūte iordanē. Aliquid metuis miser q̄ tibi nō sufficiāt que parasti: Certe ꝓxius deficiet tibi vita ꝗ victus: ne dicā de te: multos facit auaritia inter diuitias indigere. Judiciū em dei est: vt in eo quo q̄s delinquit puniat: vt semp indigeat qui semper indigētiā timet. Sicut scriptū est. Qui metuit pruinā veniet sup eum nix. Vnū scio q̄ in saccū pertusum cōgregas vniuersa: nec ꝑderit tibi in die vltiōis. Cum em interieris nō sumes oia: neq̄ descēdet tecum gloria domus tue. Succedet tibi fortitan inimicus: et q̄ hodie cogitat diem mortis tue introibit in laboꝛes tuos/ ⁊ in bonis tēporalibus: quibus more tātalico pepercisti: manu ꝓfusioꝛe cōgregata dispergēs fructum capiet voluptatis. Tu vero dormies: ⁊ vtinā cū patribus tuis: eritq̄ sepulchrū tuū domus tua in eternū. Sufficeret michi si tibi sufficeret: si a te viciū negociatiōis auferes: habētes alimenta (dicit apl's) ⁊ quibus tegamur/ his cōtenti simus. Nā qui volūt diuites fieri/ incidūt in tētationes ⁊ laqueū diabolī. Porro si opes cōgregas vt plenius habeas sufficiētiā vite hui⁹/ teipsum decipis. Auget ei inopiam multiplicata rerū tēporalium substātia. Diuites (inquit ꝓpheta) eguerūt/ ⁊ esurierūt: timētes aūt dñm replebunt omni bono. Juxta poetā. Crescit amor nūmi ꝗtum pecunia crescit. Rogo igit ⁊ in vera consulo caritate vt legitima bonorū acquisitiōe contētus ab enormib⁹ lucris cesses: ne de cetero tui ordinis reuerētiā negociatoꝛio crimine dehonestes. Q; si nō acquiescis amici consilio scias: q̄ securis tibi posita est ad radicem. Qui em faciūt vindictam in nationibus: increpationes in populis: ipsi iam in te crimen negociationis/ ⁊ feneris obiecerunt. Et nisi ꝑ te humiliter supplicassem: te tanq̄ damnatissimi fructus arboꝛē succidissent. Q; si te ad emēdationem supplicia eterna non mouent: te saltē ignominia huius vite ⁊ temporalia damna sollicitent.

¶ Increpatoria de quodam episcopo galliarū. Itē arguit prelatus de cupiditate/gula/libidine ⁊ iactantia generis/ ⁊ infinita mala narrantur de quodā eo qui pessime vixit. Epistola.xviij.

MAgister P. Bleseñ. Batho. archiē. carissimo socio/ ⁊ amico magistro. H. Salutem. Scio q̄ ex sincera dilectiōe ꝓcedit/ q̄ me ⁊ nūcijs/ ⁊ litteris crebr⁹ mones: vt reuertar ad dñm tuū: qui me familiarē consiliarium habere desiderat/ ⁊ domesticū cōmensalē. Quā doq̄ facta est michi mēsa ei⁹ in laqueū: in retributionem: ⁊ in scandalū: ideo nō reuertoꝛ ꝑ multiplicibus obsequijs quibus eū totū meruisse/ et emisse credideram: nō beneficiū sed maleficiū: nō gratiā sed iniuriā reportaui: ideo nō reuertoꝛ. Claues regni celorū accepit nō ad redditus auferēdos: sed ad corrigendos excessus. In oibus autē que cogitat/ que deliberat/ que agit/ aut dicit/ ꝓcurat lucrū intendit ad questū: temerario ausu oia sua existimās esse q̄ a subditis possidētur. Sane testimonio apl'i parentes filijs/ ⁊ nō filij parētibus thesaurizāt. si tū ille pater est: ⁊ nō poti⁹ vitricus/ suoꝛū em grauis est pseqtor: exactoꝛ improbus/ toruusq̄ ꝓcurator. Odit honestos/ prudentes oppugnat/ insidiat incautis/ diuites spoliat/ pauperes grauat/ nulli ꝓficit/ officit vniuersis. Ex omni causa ꝗ ⁊ nephas pecunias cōgregat/ cōgregatis applaudit/ nec veretur sue aut alterius aie detrimentū: dūmodo qualitercūq̄ possit assequi tēporale cōpendium. Lōge dissimilis est doctoꝛ gentiū/ qui fructū aie sue munera siue retributiōes affectabat in subditis. Jdeoq̄ dicebat. Nō requiro datū: sed fructū. Quotiēs ad eū venitur nō faciē/ sed manū aduentantis attēdit/ quasi semp munera suscepturus. Attrite frontis est in petēdo: ingrat⁹ cū acceperit/ si non acceperit inhumanus. Alieni sermonis impatiēs: rei aliene improbissimus exactoꝛ: sue auaritiē dator: afflictis immisericors: seuissimus mā suetis: instabilis: intractabilis: incorrigibilis: nulli tolerabilis: cūctis odibilis: inimicus pacis: cōtemptoꝛ fidei: aduersari⁹ vnitatis: infidus in cōsilijs: negligēs in agendis: furiosus in ira: remissus in mia: dissolutus in verbis: in cōuiuijs gulosus: garrulus: temulentus: tumidus in ꝓsperis: timidus in aduersis. Dñs tuus nichil ꝑ ratione: omnia vero ꝑ libitu agit: ⁊ quasi in bestialē degeneret sensum/ a se omne cōsilium/ iudiciū q̄ discretiōis executiens ꝓprium sequitur appetitum. Homo em cū in honore esset nō intellexit/ cōparatus est iumētis insipiētibus/ ⁊ similis factus est illis. Juxta verbū nathan ꝓphete. Illius hominis ymaginē gerit/ qui cū oues innūeras possideret: vnicā pauperis ouiculā cōcupiuit. Nec absimilis est achab: qui cū teneret summā rerū iniectis oculis in oꝛtulū naboth: vineā quā affectauerat morte possessoris obtinuit: vtinam saperet ⁊ intelligeret: sed noluit vt bene ageret. Obduruit ei in malicia sua/ ⁊ assiduitate peccādi decidit in cōtemptū. Absoꝛbuit eū viciorū ꝓfunditas: ideoq̄ delicta nō intelligit: nec vulnerate/ ⁊ periclitantis aie morbū sentit. Certū est aūt membrum q̄ stupuit periculosius laboꝛare: ⁊ is qui sucs excess⁹ dissimulat/ aut ignoraꝛ lōge est a salute. Noꝛ dñi tui nūq̄ scinderet cōpunctio: nō mouet affectio: pietas nō emollit: non mansuescit obsequijs: beneficijs est ingratus: surdus ad preces: ad iudicia seuus: infidus ad cōsilia: inuerecūdus ad turpia: temerarius in diuina: in aie periculo securus: in damno tēporali pusillanimis: paratus ad dissentiōes: ad odia inhumanus. Gratiam sibi exhibitā non recolit: ad solam iniuriarū memoriam ⁊ vindictā omnes turbulēte mētis versutias circūducit. Scriptū est. Symia in tecto: rex fatuus in solio sedēs: honoꝛ in manus fatui: gladius in manus insani. Et qui insipienti dat honorem: sicut qui mittit lapidē in acerūū mercurij. Ascendit in eminētiā cathedre pastoralis nō vocatus a domino tanq̄ aaron. Ascensus em eius nec deo/ nec hominibus placet: ꝓphete et apostoli quorum simulachrum gerit (quorū poti⁹ symia est tanq̄ degener successoꝛ/ et heres reprobus) fortes fuerunt in bello: non molles in sericis: non gule dedit: non superbi: non

inuidi:nõ rapaces:nõ libidine subneruati. Ridiculũ est in prelato preminere populis: et vicijs subiacere: esse lingua magniloquũ:opere vero esse pusillanimẽ/ remissum/z infirmũ:pompatice z vultuose incedere: z integrũ testimoniũ cõscientie non habere. Non bene cõueniunt/nec in vna sede mozanť/generis iactãtia/z populi cõmunis infamia:extollentia oculozũ/z feditas moz. Vite vilitas:z honozis auctozitas. Nõ attendit infelix ppie cõscientie testimonium:mentitur se maiozẽ se:virtutem reputat dignitatem: z cum omni honoze omino sit indignus:credit se obtinuisse meritis q eũ permisit dñs in locum precipitij:z in occasionem dãnationis eterne: z in presentis vite igniminiam sublimari. Periculosa est celsitudo q̃ discrimen incendit. Sera querela est. Qm eleuans allisisti me. Melius erat illi nõ ascendisse in eminẽtie gradũ q̃ in proximo cũ ruboze tenere nouissimũ locũ. Scio em q hoc eueniet:atq̃ periculũ precipitij pũsumptuosa elatio nõ euadet. Securis em posita est ad radicẽ. Pozro si hec perizomata maledictionis antique: ac fugacis honozis gloziã vmbratilẽ: si infames primitias sui oztus attendat/ se miserabilioze cũctis inueniet:vtpote qui ab ineũte etate nõ nisi turpia didicit: vsum adoleuit in vicijs. Ab adolescẽtie annis flagitiosa presumpsit/z in cathedrã pestilentie sublimat⁹: ab oppressiõibus subditozũ: ab iniurijs z exactiõib⁹ non cessauit. Euolat a se:et se extra se querẽs ambulat in magnis/z mirabilib⁹ supra se. Sic multis preest vt nulli ꝓsit: sic dñatur vt ei omnis iniustitia dominetur. Dñatio eius superbie inducit exemplũ/formãq̃ malicie. Cũ ecõtrario princeps apostolozũ scribat et dicat. Non dominãtes in clero:sed forma facti gregis in populo. Aspice loquentẽ:aspice z incedentem. Quas gerit oze minas: q̃to premit oñia fastu: Semper incedit oculos fastuose circũducendo ceruice erecta:humerosq̃ iactãdo/et multũ referẽs de mecenate supino. Totũ el⁹ studium/ totus honoz/tota gloria:tota et sola vsurpate dignitatis auctozitas in eo est:ptẽsio pectozis: ceruicis elatio:incessus põpaticus:oculoz distozsio:vultuositas: tonitruusq̃ minarum. Et vt multa paucis includã apud eum totũ datur elationi:nichil sanctitati/ nichil iustitie/ nichil pudicitie/nichil amicitie/nichil tandẽ relinquit honestati. Anteq̃ in hãc ruinose potestatis excellentiã ascendisset erat in eo quedã liberalitatis species adũbrata:erat quedã ypocrite humilitatis ostentatio/coloze simulatozio subozinata: sed honozes mutant mozes. Accidit circa eum qõ scriptum est. Omis homo primũ bonum vinũ ponit: cum aũt inebriati fuerint/tunc id qõ deterius est. Factus pontifex: statim conuertit in apertũ odiũ simultates: quas dũ fuerat priuatus/fuco mẽdacis beniuolẽtie palliabat. Nam testimonio scripture. Est qui se humiliat nequiter:z interioza el⁹ plena sunt dolo. Circa se cohabitare nõ patit nisi eunuchos et molles qui eum palpẽt: qui eũ post desiderij passiões abire permittãt. Omne em animal diligit simile sibi. Isti sunt qui miserũ beatificant/z oleo adulationis caput peccatozis impinguãt. laudat peccator in desiderijs aie sue/z iniquus benedicitur. Si em vir honestus accedat vt eũ instruat: et informat vt ad frugem meliozis vite ipsum familiarius exhozet:irascitur:vrit: anxiatur. Optime erit eũ corripẽri si illesus euadat/si liceat paucis cũ dentibus inde reuerti. Instãter me reuocas ad domũ episcopi tui:et ad execrabilem eius mẽsam. Nõ tanti facio episcopũ tuũ: vt ꝓ eo me perdam. Scio q̃ qui tangit picem inquinabitur ab ea. Suosq̃ hospites male remunerãt:serpẽs in sinu:ignis in gremio:mus in pera. Domũ episcopi decet sanctitudo: sz hac domo(vt cũ familia dominũ cõprehẽdam) nichil est dãnabilius ad meritũ: nichil sediciosius ad consortiũ: nichil inhonestius ad mozes:nichil sozdidius ad cõscientiam: nichil culpabilius ad famã:nichil pniciosius ad exemplũ. Leua dñe manus tuas in superbias ei⁹: z cõfringe cornua pctõzis. Aufer de domo tua ydolum moloch/adimpleas qõ ꝓphetice promisisti. Non habitabit in medio domus mee q̃ facit superbiã. Superb⁹ est moab: z maioz est arrogãtia eius q̃ fortitudo eius. Ideo iurauí z statui declinare/z elongari ab eo. Fillũ em superbie:abhominatiõis ydolũ:oc̃los sublimes: labia dolosa:z linguã magniloquã sustinere nõ possuz. Fugio igit/ et elõgoz ab eo/vt ĩ me ꝗbũ ꝓphete impleã. Supbo oculo/z insatiabili corde cũ hoc nõ edebam.

¶ Soluitur quedam questio decretalis cum alijs. Epistola.xix.

Petrus Bleseñ. Batho. archiõ. Dilecto socio/z amico. R. Salutẽ: et si quid melius est salute. Nup in cõflictu scolastico quedam questiones (sicut asseris) deducte in medium tuũ animũ in dubio suspẽderũt: Eas michi ꝓponis: earũq̃ solutionẽ cũ instãtia petis:verũtamen cũ sis in scolis:ego aũt in castris: z cũ iam bienniũ in legibus et decretis expẽderis: vereoz ne tentatiue hoc facias: vt sic me in simplicitate mea callide cõprehendas:poteram tibi dicere qõ prudẽs illa mulier ioab querẽti caput sibe legit respondisse: ꝓuerbium est(inquit) vt qui interrogãt:interrogẽt in abela. Qui interrogant:interrogẽt partiius vbi difficilium questionũ nodi intricatissimi resoluunt. Questionũ quas ꝓponis solutionẽ apud eos faciliter inuenire poteris/qui in talibus se exercent. Ego quidẽ qõ scio non inuideo tibi: vtinã volũtaria ozis mei beneplacita tibi faciat deus: vt questiones quas ꝓponis/z si nõ ad rationem:saltem ad hominẽ possint solui. Michi autẽ sufficere credo si solutionẽ quã daturus sum vnius legis aut canonis auctozitate firmauero. Queris de muliere q̃ virum suũ ꝓfectũ peregre ex verisimili bonoz viroz relatione credẽs cõcessisse in fata:monasteriũ ingressa/z velata est:vtrũ viro el⁹ redeunte/z eam non repetente:sua possit auctozitate exire/z virum repetere. Queris etiam si postq̃ ꝓfessa est ꝓpositũ sanctitatis restituenda sit viro: vtrum eo

postea mortuo cogẽda sit ad obseruantiam voti sui. Sublata em est causa que ad tempus votum ipsius suspendere videbat. Prime questioni respondeo q̃ votum continentie qõ emisit citra auctozitatem z licentiam viri sui eã obligare nõ potuit: qõ manifestissime liquet ex. viij. synodo. Ex synodo eugenij pape. Ex epistola gregozij ad vbicũ. Ex epistola nicholai:z dictis augustini. Hieronymus etiã super epistolã ad tytum/idipsum cõstanter affirmat. Ambrosius in libro questionũ noui z veteris testamẽti mulieris votum reprobat:nisi cõsensus viri pariter vouẽtis assistat. Idipsum autẽ augustinus in questionibus numeri manifeste declarat. Licet autẽ ex cõcilio apud cõpendiũ habito videatur q̃ nisi vir eam reuocauerit exire non possit:intelligere debes eam exire nõ posse:si vir cõtinentiam vouere voluerit. Alioquin per ecclesiã cogẽdus est vel vxozem suã repetere:vel se vinculo castitatis astringere. Testificãte hoc augustino super centesimũ quadragesimũ septimũ psalmum. Q̃ si objicias. Quia in potestate sua erat nũq̃ a viro debitum carnis exigere:z q̃ in hoc se potuit obligare. Respõdeo q̃ cum apostolus dicat. Quia vir nõ habet potestatem sui corpozis/sed mulier:z ꝗsa vice illa corpori suo(qõ sue potestatis non erat) nõ potuit citra licentiam viri legem castitatis indicere. Quod habes expressum ex epistola alexãdri secundi landulpho. Leterum cũ erroze inducta votũ castitatis emiserit: votum hoc obligatozium nõ videtur/cui etiam(vt verũ fatear)nõ consensit. Nã iuris assertione ciuilis: nichil est quod magis impediat cõsensum q̃ error: q̃ imperitiã detegit. Si ergo mater esse desiderat: exeat in nomine dñi:et repetat coniugales amplexus: si vir aut pariter cõuerti renuit:aut vxozem reuocare contemnit. Q̃ si vir postea vere mortis tributum exsoluerit: ipsa liberata a lege viri nubat cui vult ĩ dño:nec votũ quod ab initio nõ tenuit obseruare cogatur:nam expressa similitudinis forma:seruus quẽ domin⁹ a monasterio retraxit:si postea consequatur libertatis beneficium: et iam non sit quod impediat votum eius: tamen ad vite artiozis propositum nõ cogetur. Nec tue inquisitioni cõmunico sicut ministrat in dulcedine sua pauperi deus. Si quid elegantius tibi datum fuerit desuper/nõ inuideas michi. Nam sicut a magistro/sic a discipulo meo parat⁹ sum erudiri. Damnatissima enim est illa erubescẽtia que sic a minoze sicut a maioze doctrine beneficium non acceptat. Librum meũ de prestigijs fortune quem postulas adhuc habere nõ potes: prius em q̃ exeat in publicum sentiet castigatiõis lime iudicium:ne illic aliquid informe/vel inciuile remaneat:quod oculos/aut aures legentis offendat. Q̃ autẽ et per litteras/z per clericum tuum scire desideras quare hoc nouũ opusculũ meũ de fortune prestigijs inscribat/ cũ nil in eo legatur qõ non sit de nouo/aut de vetere testamẽto assumptum:hoc in causa esse cognoscas. Primo liber sufficiẽter edisserit nichil esse fortunam: eozũq̃ satis probabiliter reprobatur opinio: qui ex quadã prestigiosa varietate fortune rerum temporaliũ metiunt euẽtus:cum hanc ipsam mutabilitatẽ euentuũ dei prouidentia in se immutabiliter operetur. Idcoq̃ in capite libri scriptum est de prestigijs fortune: nõ vt fortuna sit aliquid, aut eius prestigia:sed vt in magnificentia vel humiliatiõe hominũ (que a multis fortuita z incerta creditur) cuncta ꝓcedere conuincãtur ex dispensatione diuina. Et vt hoc occulta fide agnoscas:quinq̃ huius noui operis quaternos tibi mitto/ vt translegas:non transcribas:ipsosq̃ michi per latorem presentium cum omni festinatione transmittas. Bene valeas amice in christo carissime.

¶ Optima exhozatio ad episcopos cum cõmendatione liberalitatis: z detestatione prodigalitatis. Epistola.xx.

Carissimis amicis suis dño Crispino:et magistro pagano Magister. P. Bleseñ. Bathoo. Archidya. Salutem in auctoze salutis. Promiserat michi dñs vester q̃ imponeret exilio meo finem/ meq̃ in terrã mee natiuitatis honozifice reuocaret:vtinam non esset apud eum: est/et nõ/neq̃ degeneraret in eo grauitas pastozalis. Scio q̃ detractozes(sicut apostol⁹ dicit)deo odibiles: magnificauerunt super me supplantationẽ. Habitãt siquidem in domibus episcopozũ z regũ rane pestilentes/cynomia/z cyniphes: musca egypti grauissima: loquaces adulatozes/garruli z mozdaces. De talib⁹ scriptum est. Edidit terra eoz ranas in penetralibus regũ ipsozum. Dentes eoz arma z sagitte:z gladius in labijs eozũ. Sic igitur michi domini vestri gratiã enozmiter toxicauit lingue meretricãtis adulatio/et inuidia detractozis. Hic est aer ille pestilens et aura corũpens/que hodie generaliter palatinos inficit/ z a magnatum lateribus viros approbate honestatis auellit. pestis em inuidie merita virtutum non põderat:sed formẽta cõscientie sustinet dũ ipsam precepsambitio/ z elatiõis ꝓprie appetitus excecat. Bñdictus aũt deus qui ad illius status moderantiã me reduxit/vt michi sufficiant ꝓprie facultates. Nemo mihi de cetero objicier. Ego dicã abraham. Iam non bibo de puteo samarie: de quo qui plus bibit: amplius sitit. Malo paucꝰ cũ puritate cõscientie: q̃ dignitates innũeras cũ verme qui non moritur possidere. Iam per gratiã dei me reuocare nõ poterit illa ꝓditozia z fallax parentũ affectio:que me quasi sub iactu alee totiẽs posuit/quotiẽs sub discrimine capitis transfretare coegit. Elegi michi latibulũ vt nõ videã mala gẽtis mee. Quia(vt verbo iob vtar) Terra data est in manus impij. Crede michi. Bene qui latuit bene vixit/et intra fortunã debet quisq̃ manere suã. Abrahe dictũ est. Egredere de terra/z de cognatione tua:z ego quare nõ egrediar/aut quare ad parentes meos regrediar/ apud quos nõ inueni nisi man⁹ arpiarũ/consilia architophel:vulpiũ dolos:aculeos scorpionũ. Licz parẽtib⁹ affectionẽ debeã naturalẽ:

illud tñ non debeo vt ꝓ eis me perdã/ aut pro eis ab
honestatis ꝓposito me reflectam. Vacce siquidẽ que
in bethsames deferebant archam dñi licet eas trahe
ret naturalis quedam affectio vitulor:ad eos tamen
colla sua minime reflectebãt. Multi ꝓ parentib⁹ suis
animas perdiderũt/dum in eis plus amant carnẽ q̃
spiritum:animas suas ꝓ amicis suis temere ⁊ crude-
liter posuerũt/leuita immo archileuita ego suz. Scri-
ptum est aũt in lege dñi vt nemo in sacerdotalẽ ordi-
nem/aut leuiticũ assumat:nisi prius dicat patri ⁊ ma
tri vale/id est nisi in eo penitus extinguat affectio pa
rẽtele. Reuertor ad dñm vestrũ: cuius familiaritatẽ/
⁊ suauissimã comitiuã perdidisse me doleo. Sperabã
q̃ esset ex mea cõuersatione industrior/ ⁊ q̃ nobile il-
lius ingeniũ diuesq̃ memoria:meis ammonitionib⁹
se in virtutũ culmen erigeret/ fructũq̃ in ecclesia dei
faceret tempestiuũ. Absentiam meã nunc suppleatis
amici carissimi: dñmq̃ vestrũ adhortari salutaribus
monitis nõ cessetis/vt lenitate iuuenili deposita põ-
tificalem induat grauitatẽ. Me siquidẽ illius nobilis
aĩe zelus/⁊ cura sollicitat. Non eñ inueni pontificem
adeo socialem/adeo mãsuetũ/adeo in oẽs munificẽ-
tias/⁊ liberalitates effusum. Omni petenti se tribuit.
Munificentiã eñ a tenera primitiauit infantia. Mi
sericordia cũ ipso coaluit:vt cũ beato iob fiduciaiter
dicat. Ab infantia mea creuit liberalis affectio mecũ
⁊ de vtero matris mee mecũ egressa est. Vellem tñ q̃
munificẽtijs eius ratio mensurã prescriberet: ⁊ dona
tiones quas militibus/ aut hystriõibus facit mode-
stia limitaret. Beneficiozũ eñ que pauperibus confe
runt/mẽsura debet esse immẽsitas. Qtũ vero ꝓ adu
latores mediãtibus donis eius opinio ad inanem ia
ctãtiam crescit:tantũ apud bonos ⁊ graues/ quasi in
vapore et fumũ sue beneficẽtie titulus euanescit. Nõ
militibus/ sed pauperib⁹ erogare tenet patrimoniũ
crucifixi:cuius ipse nõ dñs/sed tutor est vt misereat ⁊
cõmodet ad vsus egentiũ tanq̃ testamẽtarius dispẽ
sator. Vidi eũ q̃nq̃ sic extranitũ liberalitatib⁹ extra
ordinarijs q̃ eum inuitũ et dolentẽ adigebat necessi-
tas exactiõibus ⁊ rapinis:vtinã memoriter/⁊ efficaci
ter obseruasset ꝗba pauli in secũda epistola ad corin
thios. Nõ dico(inquit)vt gratia vestra sit alijs remis-
sio/vobis aũt tribulatio: sed vt abũdantia vestra sit
eis inopie supplementũ/vt fiat equalitas:de qua scri
ptum est. Qui multũ habuit nõ abundauit:⁊ qui mo-
dicũ habuit non minorauit. Instate(queso)oportune
vt gloriã nobilis ecclesie carnotẽsi. non obscuret: sed
eam supportet auxilijs/⁊ ꝓsilijs erigat/meritisq̃ san
cte cõuersationis illustret. Si vult salubriter ei seruire
cui seruire regnare est: et habere laudẽ in noĩe ipsius/
ascẽdat ex aduerso: ⁊ opponat se murũ ꝓ domo dñi.
Non eñ potest esse preclarior fame titul⁹ in prelato/
q̃ si viriliter tueat statum ecclesiastice libertatis. Si
quid perperã fecit:si quid vitã eius aliquo tẽpore ob-
fuscauit:totũ reformat ⁊ redimit zelus dom⁹ tue de⁹:
et iustitie amor hec duo faciũt vt fama hoĩs mortua

reuiuiscat. Et qui prius obnoxius erat accusantibus
linguis: postea in libertatẽ publici fauoris et gratie:
odorẽ suauitatis effundat. Sane sicut audiuim⁹ exijs
edictũ a philippo rege vt describeret gallicus orbis:
⁊ onereť ecclesia decimatiõibus recidiuis. Sic paula
tim trãsibit decimatio in cõsuetudinem:⁊ presumpta
semel abusio ignominiosam ecclie seruitutẽ infliget.
Offert dño nostro celitus gratie triũphalis occasio.
In optione ipsius est aut degenerẽ et deiectũ animũ
turpiter ad seruiendũ submittere:⁊ improbabile iugũ
suis successoribus imporare/ aut corone immarcessi
bilis eminẽtiam obtinere. Regie queso indignatiõis
mot⁹ nõ timeat. Cũ eñ sit equalis regi genere:nõ est
eo inferior dignitate. Ad ministrũ dei dicit per ꝓphe
tam. Erũt reges nutriti tui: ⁊ mãmilla regũ lactabe-
ris. In hac aũt causa deus qui maior est oĩbus: cau-
sa finalis est. Bonus aũt pontifex in ꝓsecutione semi
nat/q̃ in gaudio metet. Potens in terra erit semen
eius:pressura eñ libertatẽ/afflictio iocunditatẽ/ama
ritudo dulcedinẽ germinabit. Si se ꝓ xpi ecclesia eru
bescentie ⁊ cõfusioni opponit:scriptũ est.qz ꝓ confu-
sione duplici et ruboze in terra sua duplicia posside-
bunt. Quid dubitet xpianus cui viuere xps est/⁊ mori
lucrũ? Quicquid ei accidat si xpm diligat: vita eius
abscondita est cũ xpo in deo. Eum queso fauor aure
blãdiẽtis nõ moueat/ nec turbo tẽpestuosus inclinet.
Turbo q̃nq̃ motus est vt helyas rapereť in celũ. Cer
tus est qz moriatur:qñ vero morieť incertus. Debitor
nature est vt ei mortis vectigal exsoluat. Nescim⁹ q̃d
vẽtura pariat dies. Et quis de die presenti secur⁹ est?
Quis scit si mors ignominiosa/mors turpis/mors su
bita eũ rapiat/⁊ nõ sit qui eripiat? Cũ dulcior ⁊ locun
dior est homini vita sua:tũc separat amara mors. Te
ste scriptura. Cũ dixerint pax ⁊ securitas/tũc repenti
nus supueniet eis interitus ⁊ dolor: sicut in vtero ha-
bẽtis:⁊ nõ effugient. Job etiã dicit. Deducũt in bonis
dies suos et in pũcto ad inferna descendũt. Horrẽdũ
est in cidere in manus dei viuẽtis. Sãcta ergo et salu
bris est cogitatio se ꝓ eo vite/aut fame periculo gra-
tanter exponere:qui est auctor vite/ ⁊ glorie retribu-
tor. Tutius est homini ꝓ xpo aiam suam perdere vt
eam custodiat/q̃ custodire vt pdat. Sũma huius ex-
hortationis est: vt dñs vester sibi circũspecte prospi-
ciat:vt nõ terrene suppellectilis eũ iactura deterreat/
non alliciat fauor principum: non eneruet ambitio:
nec ipsum spes vite productioris:fallax ⁊ proditoria
blandiendo seducat.

¶ Increpatur superbus ⁊ fatuus despi-
ciens increpationes. Epistola.xxj.

Petrus blesen. bathonien. archiẽ. quon
dam dilecto filio ⁊ amico. H. Salutẽ
⁊ spiritum humiliorẽ. Sollerter inqui-
rens ⁊ diligẽter examinans vniuersa q̃
habes ex bñficio nature vel gratie ad
plenũ ammirari nõ sufficio vnde tibi
obrepere possit elatiõis occasio:q̃ ex pluribus causis

in vnũ cõcurrentibus debueras in oculis tuis esse hu
milis/⁊ abiectus. Cũ nuper te rothomagi inuenissem
atq̃ ad ꝗba mutue societatis ⁊ amicitie descẽdissem:
nec vnũ a te verbulũ mansuetudinis aut dilectionis
extorsi. Quicquid hũano cordi suggerere potest hũili
tas siue modestia ꝓponebã: vt aliquod verbũ man-
suetudinis ⁊ humilitatis elicerẽ. Tu vero in supbia/
⁊ in abusiõe sublimes ⁊ infrunitos oculos distorquẽs
in fastũ quadã põposa ⁊ superciliosa facie despiciens
vniuersa:⁊ oĩa quasi ꝓ imperio agẽs/amicũ cui nũq̃
necessarius esse potes:⁊ cuius auxilio semp eges:vix
⁊ cũ indignatione respexisti. Respexisti/⁊ despexisti.
Ideo eñ respexisti vt despiceres:et vt ab eo qui te di
ligebat ex aĩo faciem tuã cum quadã fastuosa oculo
rum extollẽtia declinares. Causam hui⁹ rei nescio ni
si qz magnus apparere desiderabas in oculis tuis/q̃
in oculis aliorũ forte abiectissimus reputaris. Sũmã
reputo insaniã si mẽte captus prudentẽ se iudicet:nec
minorẽ vesaniam cẽseo si ignobilis/ ⁊ imprudẽs arro
ganti elatiõe se inflet. Certe in filio regis satis intole
rabile esset superciliũ qõ pretẽdis: publice tñ scitur q̃
nõ es filius regis: licet is q̃ te genuerit fuerit coronatus.
Adhoc vnde tibi venerit pes supbie. Vnde cõce
peris superbiendi materiã:nisi qz forestarijs es addi-
ctus vt tyrãnicas exactiões quibus pauperes oppri-
munť/rediges in scripturam. Porro illi te scribunt ⁊
ꝓscribũt apud dñm in libro mortis/quos apud fore-
starios pagine dãnationis ascribis. Cũ esses litterato
rie artis oñino ignar⁹: scis qz amici tui epl'e quas
depravasti te fecerunt canonicũ: teq̃ per easdẽ facile
ex canonicari posse si significarẽt summo pontifici cũ
alijs enormitatibus tuis dãnate vsurpatiõis officiũ
quod exerces. Porro dictum est danieli. Daniel clau
de sermonẽ:⁊ signa libr̃ũ vsq̃ ad tẽpus statutũ. Sic ⁊
ego cũ patiẽtia sustinebo: nec aduersum te spiritũ cõ
cepte indignationis effundã: donec experiar quid in
te possit opari familiaris/⁊ amica correctio. Ego qui
dem fatuitati ascribo q̃ fatuũ doceo et superbũ. Cuz
salomon dicat. Qui arguit impiũ ipse sibi maculã ge
nerat:⁊ qui docet fatuũ quasi qui cõglutinat testã. In
eo eñ est correctio superuacua:quẽ in corrigibilẽ pti-
nacia sua facit. Testimonio salomonis. Si contude-
ris stultũ in pila quasi ptisanas feriẽdo desuper pilo:
nõ auferetur ab eo stultitia eius. Descẽde queso in te
ipsum/⁊ fode cõscientie tue parietẽ: videbisq̃ abho-
minationũ genera: quibus te iudicare poteris infeli-
cem. Sic eñ dicit dñs ezechieli. Fili hoĩs fode parie-
tem:⁊ cũ fodisset ecce multitudo reptiliũ/et abhomi-
nationũ. Hunc parietẽ foderat/suecq̃ miseriã condi-
tiõis attendẽs alius ꝓpheta dicebat. Ego vir videns
paupertatẽ meam/verũtamen nõ potes humiliter sa
pere: qz ambulas in magnis ⁊ mirabilibus superte/
atq̃ ventũ elatiõis magne cõcipiens ad nubes/⁊ im
possibilia te extendis. Disperdet dñs labia dolosa/et
linguam magniloquã. Extollentiã autem oculoꝝ ne
dederis michi deus. Caue queso ne magnificẽtia cor
dis tui tibi occasio sit ruine. Scriptũ est eñ. Ante rui
nam exaltabitur cor. vidi(inquit) impiũ exaltatum ⁊
eleuatũ. Et subiũgit. Transiui:⁊ ecce nõ erat. Vnum
noueris/ q̃ cũ hac superbia tua nec deo/ nec homini
potes esse acceptus. Hã nec auis acceptať in sacrifi-
cio dñi/nisi plume/et pulmonis vesicula deponatur.

¶ Consolatio in exilio beati Thome archie
piscopi Cantuarien. Epistola.xxij.

Carissimo amico suo Hagistro Johanni
de Salesberijs. P. Blesen. Bath. Archi
dyac. Salutẽ in auctore salutis. Quotiẽs
cões ecclie anglicane pressuras/ dñiq̃ ve
stri Thome archiepiscopi Cant. exiliũ di
ligẽter attẽdo/plurimũ michi cedit ad solacium q̃ ꝓ
iustitia dei/et ꝓ ecclesie libertate se murũ opponit/et
ex ipsa hac persecutiõe finẽ merebitur gloriosum. Ci
deo qz positi estis inter malleũ ⁊ incudẽ/et assidue su-
pra dorsum vestrũ fabricãt peccatores. Verũtamen si
in xpo/⁊ ꝓ xpo pugnatis/ipse nõ permittet vos tẽtari
supra id qõ potestis ferre:sed faciet cũ tentatiõe ꝓ-
uentũ:tolletq̃ dñs virgã peccatorũ desuper sortẽ iu-
storũ vt nõ extendãt iusti ad iniquitatẽ manus suas.
Si veritas nõ mentiť: vestre persecutiõis exitus bea
titudo interminabilis erit. Beati(inquit)qui persecu
tionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã. Petrus apls dicit. Re-
mo ex vobis patiať quasi homicida/aut fur/aut ma-
leficus/aut alienoꝝ appetitor. Martyriũ eñ facit nõ
pena:sed causa. Sicut apls ait. Sed ⁊ si quid patimi
ni ꝓpter iustitiã/beati. Donũ quidẽ dei est. Sed ⁊ do
num optimũ ꝓ xpo cõtumelias sustinere. vobis(in-
quit apls) donatũ est ꝓ xpo/non solũ vt in illũ creda
tis:sed vt etiã ꝓ ipso patiamini. Vobis iraq̃ cõgra-
tulor qz iustitiam in iudiciũ cõuertistis:qz iniquoꝝ re
bellionem atq̃ cõtumaciam suspẽsionis aĩaduersio-
ne reprimitis:si tñ hoc facitis ratiõis ⁊ iustitie motu/
nõ zelo vltiõis: aut aliene iniurie appetitu. Michil q̃-
so faciatis ex rãcore vẽl odio:sed oĩa vestra in carita-
te fiant. Nec eñ ex persecutione hac salutis manipu-
los colligetis:nisi tota intentio vestra ꝓcedat ex intí-
mo caritatis. Porro cũ per clibanum iracũdia/siue
persecutio in sacra pagina designeť: in leuitico docẽ-
mur sacrificiũ qõ in clibano coquendũ est/pri⁹ aspẽ-
gere oleo caritatis ne cõburatur. Illius ei animus q̃
ad tolerantiã persecutiõis se preparat ꝑ us demulcen
dus est oleo caritatis/vt nec ĩ aduersis a caritate de-
ficiat:nec aduersus fratrẽ suum zelo vltiõis/aut odio
inardescat. Meritoriũ igiť vobis est/ atq̃ apud deũ
⁊ homines cõmendabile si in obediẽtiam subiectorũ
iustitia mediãte cõpescitis. Beati eñ qui custodiunt
iudiciũ/⁊ faciunt iustitiã in omni tẽpore. In executio
ne quidẽ iustitie non debet esse ꝓsonarũ acceptio/ aut
dilectio. Si sit frater aut filius: si sit prelat⁹ aut subdi-
tus:semp queratur fructus iustitie: semp iuste iudicẽt
qui iudicant orbẽ terre. Hã cum leuite occidentes fra
tres ⁊ filios suos vlti eũt peccatũ ydolatrie/ ait illis
moyses. Cõsecrastis man⁹ vestras hodie vnusquisq̃

in filio suo/ꝛ in fratre suo vt detur vobis benedictio. Salomon quoq; dicit. Qui arguūt laudabūtur: ꝛ super eos veniet benedictio. Plurimū quidē cōmendabile est in dño vestro q̄ sic solus ascendit ex aduerso: q̄ opponit se murū ꝓ domo israel: et arguit ꝓ mansuetis terre. Justū habemus hodie singularem/ꝛ vnicum inter filios excussorū. pro patribus nostris natꝰ est nobis filius: qui exēplo apostolorꝫ solus hodie factꝰ vindictā in nationibus: increpationes in populis. Et sicut illi principes populorū qui modo cōgregati sunt cū deo abrahā ꝓ iustitia xpi tanq̄ dij fortes terre vehemēter eleuati sunt: Sic ꝛ honorisfiꝰ (si in exhibitione iustitie pseuerauerit) eleuabit in immensum. Q; eñ nunc exulat: q̄ multa in eius cōtumeliam attentātur/ei totum hoc in gloriā beneficio patiētie cōuertetur. Q̄d leue est ꝛ momentaneū tribulatiōis nostre (dicit apls) immēsum gloie pōdus operat̄ in nobis. Exhibeatis vosmetipsos tanq̄ dei ministros in multa patiētia. Mā virtus est vidua: quā nō patiētia firmat. Et quis a primitiuis ecclie cunabulis sine patientia triūphauit: Sane licet plurimū habeat de spiritu fortitudinis dñs vester: dicitur tñ q̄ ꝓpter coronationē nouī regis anglorꝫ ab eboracensi factā/ atq̄ ob quedā priuilegia (sicut dicūt) contra iplum subrepitie impetrata adeo turbatꝰ est q̄ a pusillanimitate spiritus/ꝛ tēpestate pene moti sunt pedes eius/pene effusi sunt gressus sui. Verūtamen vos q̄ estis manus archiepi et oculus eiꝰ: sanctis exhortatiōibꝰ vestris ꝓfortate manꝰ dissolutas: ꝛ genua debilia roborate. Nō est mirū si turbet̄ a tribulatiōibus ꝛ pressuris: verūtamen si totus innitat̄: totus inhereat ei qui in electis suis mittit radices/ oēm ventū tentationis et turbinis securus excipiet. Certe patres antiqui cū essent quandoq; inter angustias/frequēter tedio sunt affecti. Unde ꝛ fortis illa tolerantia passionum quaferuebant in dño/ tepere videbatur ad tempus: donec virtute induti ex alto per gratiā diuine cōsolationis in spiritu fortitudinis resurgerēt. Helyas fugiēs a facie iezabel/ꝛ affectꝰ tedio huius vite ꝓecit se subter vnam iuniperū/petijtq̄ anime sue vt moreretur. Sufficit (inquit) michi. Tolle aiam meā. Apls etiam simili tedio intabescēs. Supra modū (inquit) grauatiꝰ sum ita vt tederet nos viuere. ꝓpheta hec tedia frequēter exptus dicit. A fortitudine manꝰ tue ego defeci: et tabescere fecisti sicut araneā aiam meā. Porro caritas in eis inualescebat ex tedio: ꝛ ex ipsa infirmitate fortitudo crescebat: q̄ alicui forte incredibile videret: nisi apls qui frequēter hec in libro experiētie legerat: testimoniū sup hoc ferret. Quando eñ (inquit) infirmor/tūc fortior sum. Sed et ei dictū est: q̄ virtus in infirmitate perficit. Si ergo ꝓpter ingruentiā malorū que sustinet dñs noster: aut ꝓ suorū desolatiōe/ aut ꝓ exilij hui ꝰ diuturnitate/ videritis ei torporem mētis obrepere: sitis ipsi solatio ne desperet/ne titubet. In primo est eñ tēpus visitationis sue. Nam si mirabiles sunt elationes maris/mirabilis est ꝛ in altis dñs qui ꝓcellam cōuertit in aurā: ꝛ indignatione regis in gratiā. Per legatos aplice sedis intellexi (cū quibus a romana curia vsq̄ ad bononiā veni) vel an glorū regi in ꝓtimo firmissime reconciliabitur/vel ad maiorꝫ patriarchatus eminētiam transferet̄. Sane qualitercūq; voluerit dñs negociū eius disponere/si talis pseuerat qualis est hodie/securus expectet exitum huius pugne. Idcoq; voces palpantiū nō attēdat: sed sequat̄ spiritum dei qui in eo est: et quocunq; ibit spūs/ꝛ rote pariter gradiant̄. Scio eñ q̄ gloriosus erit sui certaminis cursus: si tantūmodo perseueret in eo quē cepit fortitudinis ꝛ cōstantie statu. Qui eñ legittime certauerit coronabit̄. Cūq; omnes virtutes currant ad brauiū/sola pseuerantia coronatur. Rogo aūt vos tanq̄ dñm ꝛ magistrū meū: vt me de vestro ꝛ ipsius statu frequētius instruatis. Nam cum aliud nō possum oro iugiter ꝓ vobis/ vt preueniente altissimi gratia regis anglorū gratiā: vestrarūq; rerū liber ā amministratione obtinere possitis. Libū vestrum de nugis curialibus legi/et mirabiliter me refecit. Nam ꝛ ibi optima forma eruditionis est: ꝛ ꝓpter artificiosam sententiarū varietatem: inestimabilis materia voluptatis. Bene valete.

¶ Contra symoniacos ꝛ ambitiosos. Epla.xxiij.

Carissimo dño/ et amico. O. sancte romane ecclie cardinali presbytero apostolice sedis legato. Ꝓ. Blesen. Batho. archiō. salutem. O curas hominū. O q̄tū est in rebus inane. O inanis glia. O ambitio ceca. O terrent honorꝫ inexplebilis fames. O tinea cordiū/ animarū subuersio/ cupiditas dignitatū. Eñ obrepsit hec pestis: Unde inualuit hec execrāda presumptio: vt indigni dignitates ambiāt: ꝛ q̄to minꝰ meruerūt ascēdere ad honores: tāto importunius honoribus se imponent: Hodie per fas ꝛ nefas: hodie in aie corporisq̄ discrimine currūt infelices ad cathedrā pastorꝫ lem: nec attendūt quid sit eis cathedra pestilētie/ dñ sibi ꝛ alijs occasio sunt ruine. In gregibꝰ et armētis (teste hieronymo) aries ꝛ taurus/corpore ꝛ animositate prestātior alios antecedit: homo vero bestijs oribus bestialior: tanto indiscretius ꝛ audaciꝰ meliorꝫbus anteesse presumit: q̄to minus de virtutū titulis/ aut cōscientie sinceritate cōfidit. Utinam saperent ꝛ intelligerēt/ac nouissima ꝓuiderēt: nec populi iniquitates suis excessibus aggregarēt: verba sunt ecclesiastici. Noli querere ab hoie ducatū/neq̄ a rege cathedram honorꝫ. Nō queras fieri iudex: nisi valeas irrumpere iniquitates populi. Nō te immittas in populum/nec alliges tibi peccata duplicia. Qui nichil didicit/aliorū doctor efficitur: ꝛ quasi es sonans/aut cymbalū tinniēs/vsurpat predicantis officium: cū sit trūcus inutilis/et ydolū mutū. Apud veteres erat cōditio sapiētū inestimabiliter venerabilis: hodieq̄ prudentia tanq̄ vilis ꝛ abiecta calcat̄: quadā vero abhominali mutatiōe stultitia ponitur in sublimi. Hoc est q̄ ecclīastes deplorādo cōquerit. Vidi inquit malū

q̄ sub sole est: stultum positū in sublimi: et sapientes sedere deorsum. Sacre scripture prorsus exptes/onꝰ importabile dignitatis vsurpant: de aliena potius q̄ de sua sciētia presumētes. Alia erat apostoli sentētia discipulum instruētis. Tibi (inquit) cōmendo fili thymothee regere ecclesiā dei: scōm q̄ noui te scientiā habere sacrarū litterarū. Scientia siquidē spūalis gladius est in manu potētis. Hec est pera in qua dauid tres lapides limpidissimos posuit: quibus goliā prostrauit: hec est afine mandibula qua sanson mille hostium stragē fecit: hic est vomer ille aratorꝫ/quo sangar sexcētos philisteos occidit. Eps illitteratꝰ/preceptor est mutus: prelati est erudire subiectos: reddere populum acceptabilem deo: aperiendo mysteria scripturarum. Petro eñ ꝛ successoribus eius precipit̄ ducere in altū rethe: id est ꝓfundam sacre scripture intelligentiā in capturam hominū aperire. Verūtamen hodie sicut populus: sic sacerdos: sicut tenebre eius ita ꝛ lumen eiꝰ. Erubesce sydon ait mare. Erubescat/doleatq̄ prelatꝰ preesse ppls: nec ꝓdesse: docētis assum pisse officiū: et in doctrina populi mutū esse. Verbū lamētatoris ꝓphete est. Grex ꝓditus factꝰ est populus meus: pastores eorū seduxerūt eos. Canes muti nō valētes latrare. lupos a gregibꝰ suis arcere debuerant: sed ipsi lupi sunt in suos: nec de sua suorū ve salute curātes: se cū gregibus suis in foueā mortis eterne precipitāt. Hodie in epi dignitatem adolescentuli ꝓmouentur et molles. Sic vēditur ioseph putiphari eunucho/ dū xpi magisteriū: dum dispēsationē sacramentorū dei sibi dānabiliter vsurpare presumit infructuosus et mollis. Porro dum ad eruditionē populi mittit dñs hieremiā quē sanctificauerat ex vtero matris sue: ꝓpheta suū cōsiderans imperfectū/ tāq̄ adhuc elementarius/ꝛ rudis in formatione verborū/respondit a/a/a/dñe deꝰ nescio loqui. Moyses etiam dū a dño destinatur ad liberationē populi israel de egypto. Obsecro (inquit) dñe: mitte quē missurꝰ es aberi et nudiustertius: ex quo locutus es ad seruū tuū impeditioris lingue factus sum. Et quis hodie a pōtificali onere se excusat? Quis hodie allegat insufficientiā suā? Quis hodie inuitus trahit̄/aut reclamat? Ubi hodie similis ammonio inuenit̄: quem cū clerus ꝛ populus in epm elegissent: electioni nullatenus cōsentire volebat/preualētibus illis et inuitum trahētibus: aurē sinistrā videntibus cūctis sibi radicitus secuit dicēs: lex diuina nullū precisa aure epari permittit. Cūq; thymotheus patriarcha cōsuleret hūc epatu dignū: etiā si nare ꝛ auribus trūcatus esset/ dūmodo sciētia ꝛ virtutibꝰ premineret: Illis rursum ammonitū capientibus/ꝛ inuitū trahentibus ammonius dixit/linguam meā ꝓpter quā vobis placeo: nisi me citius dimittatis abscindā/dignitatis equidē appetitꝰ natione celestis est. In celo cōcepit/ꝛ peperit iniquitatem. per hāc affectabat sedere in lateribus aquilonis qui nondū laborauerat vt sederet. Sed ꝛ isti nondum laborauerūt vt sedeant: vt eminētiam cathedre pastoralis ascēdant. Nondū ꝓpositum perfectionis aggressi sunt. Nondū cum petro rethe: cū iohāne sindonem: cū matheo theloneū: cum ioseph pallū: cum hoie euangelico sepulturā patris: cum muliere samaritana ydriā (id est cupiditatē seculi) reliquerūt. Peccato taliū (quasi filiorꝫ bely) translata est hodie archa siue gloria dñi de israel in azotū/in ignē scz cōcupiscētie. Ignis aūt iste nō in flammat sed infumat/nō illuminat sed excecat: sicut scriptū est. Supcecidit ignis ꝛ non viderūt solem. De azoto transferē in templū dagon: id est tristitie vel desolationis. Nōne ydolū tristitie ꝛ merorꝫ est prelatus illitteratꝰ et fatuus: q̄ in ira dei ꝛ populi desolatione eligit̄: ꝛ quasi ydolū erigitur vt veniat q̄ legit̄ in matheo. Cū videritis abhominationē desolationis stantē in loco sancto (id est in ecclesia dei) tūc ve pregnātibus/et nutriētibus. Illi eñ qui spiritū salutis cōceperant exemplo taliū suffocātur. Qui veto vite celestis alimēta petebāt/nullo verbi diuini pabulo sustentant̄. paruuli (inquit ꝓpheta) petierūt panem: et nō erat qui frāgeret eis. Tu igitur amātissime pater q̄ a latere summi pontificis missus es vt legatione fungaris ꝓ xpo: surge in extirpationē execratissime pestis huius. Ecce cōstituit te dñs supgentes ꝛ regna/vt euellas ꝛ destruas: vt disperdas et dissipes: ꝛ edifices ꝛ plātes. Accēdatur ꝛ ignescat zelus tue auctoritatis aduersus ambitiōis malū: dissipa ꝛ euelle plātationes iniquas. Edifica ꝛ plāta in ecclesia dei tales quos hūilitas/ quos innocētia/ quos vita ꝓbatior ꝛ litteratura cōmendet: q̄ subiectos doceant: qui diuites nō palpent/pauperes nō grauent/ qui minas potentū nō timeāt: qui crimina corrigāt/ ꝛ marsupia nō emungant: quorū sermo sit doctrina: quorū cōuersatio sit iustitia: quorꝫ auctoritas sit nō in habitu/nō in fastu: sed in eruditiōe ꝛ defensione fidei: quorū vita sit publice cōmendabilis: quorꝫ memoria in benedictiōe. Ad tuū ꝛ college tui ingressum quesoleteꝰ ecclia xpi: vt symoniacis ꝛ ambitiosis oppressa sub vestra cōsolatione respiret. Cōgaudeant clerici/ꝛ exultēt populi se hodie in vobis suscepisse ciues apostolorum ꝛ domesticos dei: portantes pacē/ꝛ illuminantes patriā: nobis ꝛ alijs vite eterne poscentes premia: vt de laboze et sollicitudine vestre legatiōis immarcessibiles iustitie manipulos reportetis.

¶ Littere excusatorie. Epistola.xxiiij.

Doletis et causamini q̄ ad archidyaconū salesb. me cōtuli: sed si in culpa est accessisse ad eū: reddit me necessitas excusatum. In verbo dñi dico vobis: q̄ nec nouerā/nec audieram q̄ dñs noster aduersus eū aliquid rancoris/aut odij concepisset. Nunc aūt certissime noui q̄ vestro dño reconciliari toto corde desiderat: ꝛ iam nisi inimicꝰ homo impedisset ꝓ omnia satisfacturus se ipsius pedibꝰ humiliter aduoluisset. Adhuc etiā correctionē/et cōuersionem ipsius expecto quotidie/ ꝛ ad hoc operā adhibeo diligētem. Sed sunt aliqui cum eo qui semināt

zizania/et firmiter interdicũt ne dño vestro recõciliẽt si patris sui quẽ super oia diligit/ac totius sui gñis salutẽ ⁊ quietẽ desiderat. Scitis equidẽ q̃ homo circũspect⁹ est/⁊ industri⁹/vobisq̃ ac dño vestro fructuosissimus esse posset si staret vobiscũ: si in se partẽ vestre pseculõis exciperet. Scio etiã q̃ ad hoc eum tenuissima exhortatio dñi cantuariẽn. efficaciter inclinaret. Date operã queso vt ad eũ a dño vestro super hoc littere diriganꝯ. Quod si nõ facitis vestre vtilitatis intuitu: faciatis hoc saltẽ sue cõuersionis ⁊ salutis obtẽtu. Certe moyses vt obab ab erroe gentilitatis auerteret/volens ipsum tanq̃ necessariũ retinere dicebat. Proficiscimur ad locũ quem dñs daturus est nobis: veni nobiscũ et benefaciem⁹ tibi: q̃ dñs bona pmisit israel. Noli nos relinquere: tu ei nostis in quibus locis castra ponere debeamus: ⁊ eris ductor noster. Si moyses gentilẽ postulabat sibi fieri ducẽ: non erubescat queso moyse minor archidyaconũ sibi adiũgere dolorũ et laborum participẽ. Archidyaconus eñ hoc precipue desiderat vt ꝓ eo/ ⁊ cũ eo laborem/ et dolorẽ inueniat. Super legebamus in libro regũ: et occurrit nobis xbũ illud ethei gethei ad dauid egredietem nudis pedibus de hierusalẽ a facie absalon et dicentẽ q̃ ille reuertereꝯ: illeq̃ rñdit: viuit dñs q̃ non derelinquã te/neq̃ in vita/neq̃ in morte. Suspirans ergo archidyaconus. Sic faciat michi (inquit) dñs et hoc addat anteq̃ moriar vt sic possim dño cãtuariensi ⁊ ex corde hoc dicere/⁊ opere adimplere. Suggerite queso dño archiepo ne clericũ suũ verbis puocet/ aut minis exasperet/ ne dũ ligna cũ primo cedũꝯ in silua/ferrũ de manu brio securis euadat. primũq̃ interimat. Ligna eñ teste gregorio cedimus cũ per increpatione primi peccata succidimus. Sed ferrũ securis elabit/ primũq̃ occidit: dum cõtumeliosa correctio cõscientiam primi vulneratã a dilectiõis spiritu in mortale odiũ vertit. Sane nõ est ammonitio accepta in oculis altissimi q̃ nõ fit ex caritatis intimo: ⁊ in spiritu lenitatis. Qõ liquido patet ex verbis helie dicentis. Ecce spiritus dñi subuertẽs mõtes/⁊ cõterens petras/⁊ nõ in spiritu dñs. Et post spiritũ cõmotio: ⁊ non in commotione dñs. Et post cõmotionem ignis: ⁊ non in igne dñs. Et post ignẽ sibilus aure tenuis: ⁊ in sibilo dñs. Rã cũ per predicta terribilis increpatio expimat/per sibilũ aure tenuis blãda ⁊ amica exhortatio designat. hec fit cũ silentio: illa fit cum iracũdia/⁊ tumultu. Sicut scriptum est. Qm̃ aque siloes cũ silentio currũt/aque vero rasin transeũt cũ tumultu. Porro dñs cantuariẽn. qui sicut michi videt iam aggressus est articoris/et altioris vite ppositum: nõ spiritũ huius mũdi accepit: sed spiritum q̃ ex deo est. Caritas ergo dei q̃ diffusa est in corde illi⁹/ queso vsq̃ ad primũ se extẽdat/sicut decet sanctũ. Nam si salesb. archiẽ. pseuerat in ea satisfactione ⁊ obediẽtia quã pmittit: aperienda sunt ei viscera caritatis. Ego aũt magnũ reputo tantũ lucrificare virũ: qui si vestigijs dñi cantuariẽn. inhesert: fructũ in ecclesia dei faciet tempestiuũ. Si adhuc residet in aio eius aduersus archiẽ. aliqua suspitiõis occasio: anteq̃ eundẽ in sacrariũ sue familiaritatis admittat fidẽ ipsius experiat operibus. Josue quidẽ nõ prius angelũ amicum recepit q̃ amicũ esse cognouerit/sciscitans prius su⁹ ne esset an aduersarij. Illud verbis assero cõfidenter: qm̃ si cõuersionem eius pcurare voluerit: in eo q̃ saulum repperit/paulum inueniet. Sup cõuersione quidem ⁊ salute archidyaconi anxia sollicitudo me tangit. Non eñ possum eum nõ diligere qui frequẽter in suis benedictionibus me preuenit.

¶ Cõtra exactionem officialiũ. Epl'a.xxv.

Magister. P. Bleseñ. Bath. archiẽ. O. officiali epi carnoteñ. Salutẽ: ⁊ salubre consilium. Quia te affectuosissime diligo in visceribus iesu xpi: pposui te salutaribus monitis adhortari: vt de vr caldeorꝯ: ⁊ de medio babilõis tẽpestiuus exeas: ⁊ ministeriũ dãnatissime villicatiõis omittas. Scio q̃ munerũ cupiditas subuertit cor tuũ vt fieres officialis epi. Qñq̃ legeras sed fortasse negligebas verbũ illud beati Job. Ignis deuorabit corpora eorꝯ qui munera libẽter accipiũt. Ideo btis est q̃ excutit manus suas ab omni munere. Credo hmõi officiales non ab officio nomine/sed ab officio verbo mutuasse vocabulũ. Nam genus hoc hominũ qõ dicunt officiperdi. Tota officialis intentio est vt ad op⁹ epi sue iurisditioni cõmissas miserrimas oues quasi vice illius tõdeat/ emungat/ excoriet. Isti ei sunt epoꝯ sanguisuge: euomẽtes alienum sanguinẽ quẽ biberũt. Quia testimonio scripture diuitias quas cõgregauit impius euomet: ⁊ de fauces illius extrahet eas de⁹. Isti sunt quasi spõgie in manu premẽtis: quasi quedam colatoria diuitias suis dñis influẽtes: ⁊ execrãdis acquisitiõibus nichil sibi preter peccati sordẽ ⁊ fetulentiã retinẽtes. Quod eñ aggregãt per oppressionẽ pauperũ: epis quidem ad delitias cedit/officialibus ad tormẽtum. Sic vos nõ vobis mellificatis apes. Sic vos non vobis accumulatis opes. Isti sunt secretiora illa hostiola: p quem minist⁹ belis sacrificia q̃ super mẽsam ponebantur a rege clanculo asportabãt. Sic eps quasi lõga manu bona aliena diripit: ⁊ notam criminis a se remouens suis officialibus culpe/ ⁊ infamie discrimẽ impingit. Ideo quasi sub vmbra epi/ et obtẽtu iustitie palliate subditos opprimũt/ecclesias grauãt/reddit⁹ alienos violenter inuadũt/oculos habẽt ad munera/pupillo ⁊ vidue nõ intendũt. Verba sunt filij syrach. Cõcupiscentia spadonis deuirginauit iuuẽculam: ita ⁊ q̃ facit per vim iudiciũ iniustũ. Spado virginẽ opprimit: ⁊ plem in oppressione nõ querẽs corrũpit/nõ gignit. Sic prelatus iracũdie/aut auaricie sue satisfaciens/ nec fructũ iustitie querẽs corrũpit/nõ corrigit: exasperat/nõ emendat. Quod eñ fit pretextu fucate religionis/aut simulãte iustitie nõ fructificat ad vitã: nõ edificat ad salutem. Parcit saul optimis gregibus amelech: quasi ea sacrificaturus deo/ et diuinam incurrit

offensam. Gedeõ de preda madianitarꝯ facit ephoth: ⁊ hoc et ⁊ domui sue xlum est in ruinã. Hanc amministrationẽ quã tibi dãnabiliter vsurpasti patientius ferrem: nisi sacrarũ litterarũ sciẽtia premineres. Cause ⁊ iudicia quibus te imprudẽter (ne dicã impudenter) immisces/potius cõsuetudinarie/ et seculari iure decidũtur. Verum litteratũ/et ecclesiasticũ nõ sic decebit secularib⁹ negocijs implicari. Apl's ad corinth. scribẽs dicit. Secularia negocia si habueritis: eos q̃ cõtemptibiliores sunt inter vos cõstituite ad iudicãdum. Officiũ officialiũ quorũ te numero aggregasti/ hodie est iura cõfundere: suscitare lites: transactiões rescindere: innectere dilationes: supprimere veritatẽ: fouere mendaciũ: questũ sequi: equitatẽ vẽdere: inhiare exactiõibus: versutias cõcinnare. Isti sunt q̃ hospites suos grauãt supflua euectiõe: ⁊ multitudine clientele. Querũt delicatos ⁊ superfluos cibos/ cũ scriptũ sit. Comedẽtes ⁊ bibẽtes que apũd illos sunt. Ne alieno eñ pdigi/de pprio sunt auari/ verboꝯ insidiatores/⁊ aucupes syllabarũ/tendũt laqueos/ ⁊ pedicas in capturã pecunie. Iura interpretanꝯ ad libitũ: et ea p voluntate sua nũc abdicant/nũc admittunt. Bene dicta deprauãt/prudenter allegata peruertũt/ rumpunt federa/iuriũt simultates/fornicatiões dissimulant/matrimonia distrahunt/adulteria fouent/ penetrãt domos: ⁊ mulierculas oneratas peccatis captiuas ducũt/diffamant innoxias/et nocẽtes absoluũt: Et vt multa sub verboꝯ paucitate cõcludam/ dũ oia venaliter agũt/filij auaritie/serui mãmone/ se dyabolo venales exponũt. Dñs in euãgelio dicit. Gratis accepistis/gratis date. Et salomon in parabolis. Veritatẽ eme/⁊ noli vẽdere sapientiã/iustitiã/ et doctrinã. Vereor ne te rapiat spũs elationis/ et dñandi libido ad vanitates ⁊ insanias falsas: vtinã attẽderes verba sapiẽtis talibus cõminantis. O vos qui placetis vobis in turbis/ data est vobis potestas a deo: q̃ interrogabit opera ⁊ cogitationes vestras: qm̃ cum essetis ministri regni illius/nõ recte iudicastis. Horrẽde autem apparebit/⁊ iudicium durissimũ his qui presunt fiet: atq̃ fortioribus instat fortior cruciatus. Amice in harena huius seculi periculosissime pugnas/mors te sequitur: vita fugit: caro palpat: mũdus allicit: leo rugiens: et querẽs quem deuoret circũcurrit. Omnis qui in agone contendit/ab omnibus se abstinet: vtinam ab omnibus huiusmodi noxijs abstineres: vt nil in te quod suum est princeps huius mundi/ et in palestra qua curritur ad brauium nil haberet aduersarius quo te caperet/aut teneret/aut a brauio retardaret. Si michi credis/immo si credis in deum: relinque maturius officialis officiũ: ministerium damnationis: rotam malorũ: et spiritum vertiginis qui te ad inania circũuoluit. Miserere anime tue placens deo: cui placere non potes cum isto perditionis officio.

¶ Littere affectionis. Epistola.xxvj.

Domino suo B. ⁊ carissimo socio suo P. Bleseñ. Archiẽ. Batho. Salutẽ. In epistolari salutatione feruẽtior extitisset nostra deuotio: nisi vel nimia locoꝯ distantia: vel raritas itinerantium contrairet: vicarias ergo salutatiões presens et nũq̃ intercisa suppleat affectio. Cunq̃ ciuilis possessio corporalem assistentiã non vendicet: me licet remotũ ppinquiorem habetis/et fortius possidetis absentẽ: nec intersticiũ locale: corporũve remotio: vel tẽporũ intercursus robur dilectionis euacuat. Q̃ si de verborũ obligationibus legem primã attẽditis: interualum medij tẽporis obligationem nõ viciat: vester vobisq̃ deuotissimus/ operã theologie partiũs indulgeo: Bononiensis castra militie crebro suspirans: q̃ vehemẽter citius et premature deserui. Legimus tamẽ de vsu ⁊ vsufructu legato. q̃ fructuario liceat maturitatẽ fructuũ preuenire: soleq̃ ex oliuis citra maturitatis tẽpora/vberior olei copia emanare. Currẽs ergo ad oleum qõ aaron cũ laganis iubet offerre/ leges seculi saluto ad rẽpus: ne peccatoris oleũ me impinguat. Lex eñ dñi lex immaculata cõuertens animas/meq̃ preuari catorẽ legis diuine cõstituerem: nisi cum aliquali theologie notitia: nisi cũ pugillo simile thus offerrem. Lex equidẽ secularis gloriosa supellectili verboꝯ/leporeq̃ oratiõis vbanitate la sciuiẽs: me vehemẽter allexerat/et inebriauerat mẽtẽ meã. Sz abhorret ppheta aureũ calicẽ babilõis/vbi designatus est lepor eloquentie edificãs ad gehennã. Adhuc tñ q̃ nondũ dilatauí gressus meos in lege dñi: lectioni codicis et digestorũ/ plerũq̃ ad solacium: non ad vsum tẽpus vacatiõis impẽdo. Res plena discriminis est in clericis vsus legũ. Totũ eñ hoiem adeo sibi vẽdicat: vt eũ rei familiaris, pudentiã fraudet: suspendat a spiritualibus: a diuinis auellat. Ideo crisostomus (sicut tripertita refert hystoria) licet sciẽtia ciuili ⁊ facũdia premineret/ noluit tñ ad instantiã amicorũ gerere officiũ aduocati: periculosum est ita legibus humanis se impẽdere ne mẽs per horulã a diuine legis meditatiõe iejunet. Nemo simul potest precari/⁊ orare/petere/⁊ postulare: exercere xpi ministerium/⁊ officiũ aduocati: ne dũ in vtroq̃ festinat/neutrum bene peragat. Nõ inficior: bonũ est scire leges/ sed nõ ad questum/ non ad iniquũ iuris cõpendium: sed ad inquisitionẽ veritatis et iudicij equitatẽ si forte me aut aliũ aliquãdo esse oporteat iudicẽ/aut iudicis assessorẽ. Hodie soli auaritie militant patroni causarum: illudq̃ quondã venerabile nomẽ et gloriosa professio aduocati: notabili venalitate vilescit dũ miser ⁊ perditus linguã vendit/lites emit/matrimonia legitima dissoluit/amicitias rũpit/sopitarũ litiũ aures resuscitat/pactiones violat/retractat trãsactiones/ pãuilegia frãgit/⁊ in capturã pecunie pedicas ⁊ retiacula tendẽs/iura omnia interuertit. Ideo cõstitutio imperialis ab officio postulandi remouet litiũ redẽptores. Iure aũt pretorio atq̃ interpretũ in puaricantes

vel alias delinquētes personas pene extraordinarie statuūtur: debuerat aduocatus qō gratis acceperat gratis dare: aduocare ꝓ pupillo ⁊ vidua: ꝓ utilitate reipublice: ꝓ ecclesie libertate nil exigens: spōte oblata suscipiens/eripiēs inopem de manu fortiorū eius: egenū ⁊ pauperem a diripientibus eum: fructuosius esset ei salariū modicū ⁊ honestū: q̄z sinum inexplebilis auaritie per fas et nephas extēdere in immēsum: nam melius est modicū iusto super diuitias peccatorum multas. ¶ Talentū scientie sibi a dño cōmendatum sponte ⁊ gratis expenderitis/ nō est abbreuiata manus dñi: vt ei respondere ad meritū/et amplioza etiam ferre non possit. hoc igit̄ secure cōmodet patri orphanorum/et iudici viduarum. Ipse promissor est magnificus: ⁊ munificus retributor.

¶ Cōsolatio super morte Thome Cantuariensis archiepiscopi. Epistola.xxvij.

Carissimis fratribus et amicis suis canonicis de Bello magister. P. Bleseñ. Bath. archiēpi. Salutē: ⁊ dilectionem. Decessit pastor aiarum nostrarū: cuius obitum flere decreueram: sed recessit nō decessit: abijt non obijt. Mors eñ. per quam mirificauit dñs sanctū suū nō est mors/ sed dormitio: portus mortis ⁊ porta vite: introitus in delitias celestis patrie: in potētias dñi: in abyssuz claritatis eterne. Peregre siquidē ꝓfecturus saccū pecunie secū detulit/in plenilunio reuersurus. Eius ei anima diues meritis recedēs a corpore in resurrectione generali/ ⁊ plena ad antiquū hospitium reuerteť. Cū multas virtutes quasi merces varias in vnū fasciculum cōportauerit ad celestes nūdinas ꝓfecturus: plena dierū vetula mors seculi scilicet anus imprboba: litigiosa: querula: importuna: inuida: inimica et subdola cepit reuoluere sarcinulas eius: ⁊ scrupulosius explorare: si quid esset in illo meritorū inuolucro: qō ad ipsius dñium pertineret. Ipse aūt tanq̄z vir circūspectus et prudēs noluit vie sue sustinere dispendiū: diu eñ desiderauerat dissolui ⁊ esse cū xpo: et tūc permaxime suspirabat exire de corpore mortis huius. Ad dicū itaq̄z pulueris ꝓiecit in os vetule: quasi vice tributi/et noīe vectigalis. Inde cepit falsius ille rumor populariter euagari: ⁊ passim plebescere: q̄z fera pessima deuorauit ioseph. Tunica siquidē qua spoliatus est/fallax nūcia mortis erat. Ioseph eñ viuit/ ⁊ dñatur in tota terra egypti. Beata eius aia corruptibilibus exonerata exuuiis/et de puluere huius cōuersationis libera euolauit in celum. Assumpta est ab eo q̄ dicit. Vado parare vobis locū: iterū autē veniam: et assumā vos ad meipsum. Cōsummatus in breui expleuit tēpora multa. Raptus est ne malicia immutaret intellectū ipsius. Vocatus est in celū quo mūdus nō erat dignus: nec est extincta lucerna hec/ sed flatu transitorio pcussa est vt luminosius splēdeat: ⁊ iā sub modio nō abscōdita luceat oīnibus q̄ in domo sunt. Vitius est oculis insipientiū mori: sed vita eiꝰ absconditа est cū xpo in deo. Ad ors eū vicisse/ ⁊ absorbuisse

visa est: sed absorpta est mors in victoria. Desideriū cordis eiꝰ tribuisti ei dñe: diu eñ militauerat tibi ꝓpter verba laboriū tuorū custodiens vias duras. Sane a primitiuis adolescētie moribus cepit mox maturitate senescere: atq̄z carnalis insolētie morꝰ vigiliis/ ieiuniis/disciplinis/cilicio/ et iugis cōtinētie baltheo cohibere. Vocatꝰ est itaq̄z a dño tanq̄z aaron ad dādam scientiā salutis plebi eius reddere populū acceptabilem dño sectatorē bonorū operū: et parare dño plebē perfectā. Elegit eū dñs in sacerdotē sibi/ vt esset in populo eius ductor ⁊ doctor: vite speculū: penitētie forma: ⁊ sanctitatis exemplū. Deus scientiarū dñs dederat ei linguam eruditā: ⁊ infuderat ei abūdāter spiritū sapiētie et intellectꝰ: vt esset inter doctos doctior: inter sapiētes sapiētior: inter optimos melior: inter humiles socius: inter maximos maior. Erat precoverbi diuini: tuba euāgelij: amicus sponsi: colūna cleri: oculus ceci: lingua muti: pes claudi: sal terre: patrie lumē minister altissimi: vicarius xpi: xpi domini. Tota cōuersatio eius erat scola honestatis: morū edificatio: ⁊ structura salutis. Erat in iudicio rectus/in dispēsatione industrius/in precipiēdo discretus/in loquēdo modestus/in cōsilio circūspectus/parcissimus in cibo recipiēdo/in donādo largissimus/in ira pacificꝰ/in carne angelus/inter iniurias māsuetus/timidus in prosperis/securissimꝰ in aduersis/in elemosinis effusus/ in miserīcordijs totus. Erat religiosorū gloria: delitie plebis/timor principū/deꝰ pharaonis. De isto possumus fiducialiter dicere ⁊ cantare: q̄z post aurum non abijt/nec sperauit in thesauris pecunie qui nec acceptor munerū/ nec acceptator esse dignatus est personarū. Ceteri in eminētie cathedralis apicē sublimati: statim curam carnis ꝓpēsius agunt/circūspectius se dietāt: nō minus timent corporis egritudinē q̄z gehēnam: ⁊ in oibus spaciū vite ꝓductioris affectāt. Iste vero a primo sue ꝓmotionis ingressu summo desiderio appetebat finē vite (immo vt verius loquar) viuēdi principiū. Nam sicut salomon ait. Cum cōsummauerit homo/tunc incipit: huius enim vite transeuntis egressus/ingressus est ad illā que nō transit/ nec desinit vitam. A teneriorib⁹ annis incipiēs/singulis etatibus/quasi singulis diei horis/tanq̄z diligēs cultor/ ⁊ strēnuus in vinea dñi sabaoth laborauit: ⁊ sic in consummatione sanctorū vite transitorie cursum clausit. Sane iam diu cōuersatione celestis/ ⁊ a corpore prognans anhelabat ad illas celestes delitias tēporalis vite trāsire cōpendio. Ideo ꝓpositū ⁊ signū peregrinatiōis arripiēs de torrēte in via bibit: ꝓpterea exaltatum est nomen eiꝰ in patria. Sic dñi ⁊ fratres nostri monachi cathedrales pupilli facti sunt absq̄z patre. Deꝰ autē qui eduxit de mortuis pastorē magnū ouiū in sanguine testamēti eterni dñm iesum xpm: ipse (vt verbo moysi vtar) ꝓuideat virū qui sit sup multitudinem hāc. Porro plurimi cōquerunť/ ⁊ impatientissime ferūt q̄z xpi tunica incōsutilis inter eos ⁊ epos terre scissa est/nec tantū vacca ⁊ aries: ſz turtur et colūba

diuisse sunt ⁊ altrinsecus separate: ausa est irrumpere vsq̄z ad religionis professores magistra illa discordie: odij fomes/ ⁊ occasio scādaloꝝ presumptuosa. s. vsurpatio seorsum ⁊ singulariter eligēdi: vt cōtēpta et abiecta eporum et abbatū deliberatiōe cōi fieret electio clandestina/ ⁊ furtiua/ ⁊ consuetudini cōtraria: inimica legib⁹/dāmata decretis/ ⁊ morib⁹ reprobata. Dēs ceteri qui nūc iniuriam ⁊ cōtemptū suum reputant eā quā monachi fecerunt electionē in personā que noīata est/sua vota libēter ⁊ vnanimiter sine oīni scissura/ ⁊ scādalo cōtulissent. Nunc autē vereor ne hec electio (qō deꝰ auertat) sit eius deiectio: ⁊ hec acquisitio vmbratice libertatis cōuertatur ecclesie xpi in materiam seruitutis. Sane pestis hec ⁊ alie innumerabiles corpus ecclie generalis hodie inficiunt ⁊ corrūpunt. Irruunt layci in sancta sanctorū: sanctuarij vo lapides dispergūtur in capite oīm platearū. Conuertūtur hodie claustra in castra et fora: religiosi in ethnicos: pastores in lupos: lilium in spinā: aurū in scoriā: frumentum in loliū: vinū in acinū: oleū in amurcā. Respiciat dñs in faciem testamēti sui: et nō det in cōculcationē vineā quam plantauit dextera eiꝰ: ecclesiam quā acquisiuit in sanguine suo: suscitet spiritum moysi: ⁊ erigat cornu illius vnicornis: epi illiꝰ vnice summi ⁊ singulariter generalis: quatenus arripiat iudiciū manꝰ eius: vt cornu suo ventilet syriā: intonet cōtra edom fulminet cōtra vitulos bethel: cōtra ydola egypti: cōtra pingues samarie: cōtra sacerdotes baal: cōtra pastores pascētes seipsos: cōtra iudices qui condūt iniquas leges: cōtra canes mutos nō valentes latrare: cōtra amphoram zacharie: cōtra vasa pastoris stulti: cōtra ambitionem symonis magi: cōtra tyrannidem seculi ⁊ ambitionē claustri: contra peuaricātes: contra arrogantes: cōtra oppressores pauperum: contra turbatores ecclesiastice pacis: et fidei subuersores.

¶ Archiepiscopus rothomagēsis implorat auxilij ab archiepo senoneñ. Epla.xxviij.

Guillelmo senoñ. archiepiscopo: et apli ce sedis legato. R. rotho. Salutē: ⁊ spiritū cōpassionis afflictis impēdere. Si ad memoriā reducātur eccle nascētis exordia: sicut inter credētes erat vnitas in fide/in spū/in baptismo: sic in vnū faculatibus cōtributis/ vnū erat omnibus. votū pauperū releuare indigētias: ⁊ omniū necessitates tanq̄z ꝓprias reputare. Una siquidem ⁊ indiuisa est dñi tunica: nec vnq̄z passa est diuortium sponsa xpi: nec cōtumelias pellicis aliene sustinuit: cuius vnitatē spōsus in cāticis attestat dicēs. Una est colūba mea/dilecta mea. Voluit eā numerosa pluralitate censeri: licet eñ plures sint ecclesie: sic tñ in vniꝰ cōpagem corporis vniūtur/ vt sicut vnius mēbri lesione mēbra corporis oīa quodam cōpassionis participio molestanť: sic vnius ecclesie desolatio in cōem gemitū conuertatur. Cum tracz in viculo caritatis singularitas locū nō habeat: sed in dispendiū cōmune redundet quicquid tolerat a singulis: q̄z ex presenti regū discordia exitialē ecclesie rothomagen. videmus imminere ruinā: ad vestrā gratiam deuolamus: de cuius dilectione et prudētia pleniorem in xpo fiduciā reportamus. Vos eñ estis in cuius cōsilio ⁊ auxilio potissimā sue salutis anchoram nauicula beati petri cōstituit: cū inter scismatice pseccutionis fluctus periculosius estuaret: vobis cōtulit deus in pueritia sup senes intelligere: et futurā nature canicie/ maturiore morū senio preuenire: fluxos adolescētie motus in vobis ratio magistra cohibuit/ vt oīni lasciue libertate prescisa/nec forma/nec nobilitas/nec opum exuberātia/ nec potestas/ nec cetera quibus pudicitia expugnatur ꝓpositum interuerterent castitatis: sed modesta in omnibus conuersatio plus angeli q̄z hominis exhiberet. Ceteras virtutes quibus miraculose fulgetis sub silentio preterimus: nec eñ nostra preconia mēdicatis: cuius honestatē/ et prudentiā fama celebris latissime ꝓmulgauit. Ad nostras et ecclesie nostre pressuras reuertimur/quib⁹ nos hostilitas circūuallat. Scitis eñ qualiter in normannoꝝ pernicie francia tota cōiurauerit: nec imminētis ruine dispendiū rothomagen. ecclesia declinabit/nisi vestre celsitudinis ope/ ⁊ cōsilio fulciat. Si ergo ad prefatā ecclesie vnitatē respiciatis/vestrum est auertere qō timemus: vestrū est necessitates nostras oīni preuenire cautela: quatenus caritas non ficta/ ⁊ amica cōpassio se talē negocijs alienis impēdat/ qualem se ꝓprijs exhiberet. Recordeť dñs rex francorū rothomagen. ecclesiam suā esse/que ꝓ illo assidue tāq̄z ꝓ rege suo vnico specialiter interpellat: suasq̄z facultates oīnino de eius iurisdictiōe cognoscit. Regie maiestati nō cōgruit depopulari qō suū est: aut illas expugnare ecclesias: quarū tutor est et patronus. Si nos aliꝰ infestaret: ab ipso et nō aliūde remediū quereremus. Andeliū ergo et alias possessiones nostras ipsius ⁊ vestre ꝓtectioni cōmittimus/et tutele. Sane cū de discretione ⁊ cōsilio vestro dispositio regni frācorū tota pendeat: cum in manu vestra corda sint regum/et ad vestre ordinationis arbitriū populi inclinentur: vobis incumbit que ad pacē sunt querere: vel si hec dissensio ad pacem reformari nō potest: saltem res ecclesiasticas quas vestre tuitioni cōmisimus ab incursibus bellicis liberate. Cunq̄z andelium nobis/ ⁊ cōmensalibus nostris vnicum sit viuēdi subsidium: ville vestre parcite: si vultis parcere vite vestre.

¶ De cōmendatione hospitalitatis. Epla.xxix.

Reuerēdis patribus/ ⁊ amicis abbati/ ⁊ cōuentui sancti albani. Magister. P. Bleseñ. Bath. archiēpi. Salutē in vero salutari. Super de archidyaconꝰ mei visitatiōe redibam premittēs seruiētes meos apud vveralingeford. qui michi hospitiū prepararēt: ipsi vero cū a priore loci illiꝰ domos ibi vacātes ad vsum vnius noctis michi cōmodari peterēt/ ⁊ iam illuc oīa que nobis ⁊ iumētis erāt necessaria cōportassent: prior eis in multa superbia ⁊

abusione respōdit: ⁊ pene vsq; ad verberū contumeliam prūpens/eos ignominiosa verbor turpitudine lacessiuit. Dom⁹ equidē vestra noiatissima quōdā in obseruātia religionis ⁊ ordinis:in hospitalitatis etiā exhibitione longe lateq; solebat odorē suauit ,tis/et fragrātiā gloriose opinionis effundere. Nūc aūt in iniuriam capitis mēbri inferioris putredo refundit: et ex particulari corruptiōe totius corporis vicium estimatur. Verbū apostoli est ad hebreos: hospitalitatē nolite obliuisci:ppter hanc enī placuerūt quidam angelis in hospitio receptis. Vbi est queso illa hospitalitatis gratia:quā olim vestri antecessores exercebāt in chichitr: Mutius/appollonius/pannutius/machabrius/anthonius/paulus:inter quos diutissime certatum est pia cōtentione quis alteri panē frangeret/cū dñs gratia hospitalitatis quotidianū annone stipendium duplicasset. Edictū principis apostolorum est: Estote hospitales inuicē sine murmuratiōe:princeps etiam principū in iudicio tremēdo quibusdam dicturus est. Hospes fui ⁊ nō collegistis me:hospitalitatis fuit meritū q; duo discipuli euntes in emaus (acrisia sublata) in fractione panis dñm cognouerūt: plerique etiam autumant beatū gregoriū fuisse illū patrēfamilias q̄ in expositione eiusdē euangelij legit in leproso dñm suscepisse. Prosapia regis anglie qr vn⁹ de antecessoribus et⁹ cuidā leproso quē in hospitio receperat gratiā officiose humanitatis exhibuit/ ab officio forestarij in eminētiā regie dignitatis ascēdit. Hospitalitatis gratia suscepit abrahā de sara sene ⁊ sterili filium in quo dñs benedictionē omniū gentiū reprōmisit. Angeli hospites liberauerūt loth de subuersione/ ⁊ incendio sodomorū. Raab ab hospitibus suis Caleph/ ⁊ iosue in euersiōe iericho salutē sue dom⁹ obtinuit:hospitalitas sunamitis dedit ei filiū precib⁹ helizei:eūdemq; mortuū suscitauit. Pauperi vidue(qr helyam hospitio suscepit ⁊ pauit)celesti gratia influēte/postea nec oleū nec farina defecit. Expressa similitudinis forma dum in monasterijs florebat hospitalitas/ ꝓncipes terre loca religiosor passim ⁊ certatim magnis facultatibus ampliabāt:deficiētibus aūt vasis oleum stetit. Ex quo enī tēpore in monasterijs tepere cepit liberalitas hospitalis: stetit ac cessauit magnatū largitio. Vereorq; ne paupis vidue filij quos ꝓpheta liberauerat/iterū a creditoribus rapiātur in seruos. Sancta enī religio que monachorū mater est datur hodie in cōculcationem/possessiones illi⁹ trahūtur in direptionē ⁊ predā: ⁊ q̄ olim deuota principum munificētia cōtulit/modernorū auaritia nō sine magno fenoris dispendio reuocare ⁊ auferre p̄sumit. Multos equidē a magnatū familiaritate ⁊ gratia separat defectus hospitalitatis. Sic brachio contrito humerus a iūctura sua cadit/dū reuerenda olim religionis auctoritas principū oppressione calcata vilescit/ ⁊ euenit imprecatio illa iob. Si comedi buccellā meā solus:qr ab infantia mea creuit miseratio mecū: ⁊ de vtero matris mee mecū egressa est. Si foris stetit peregrinus. Si hostiū meū viatori nō patuit/ humerus meus a iunctura sua cadat/et brachiū cum ossibus cōteratur. Sane prefatus prior quādoq; grauiter occasione eiusdē delicti punitus est/ credebamq; q; ei vexatio dedisset intellectum: sed adhuc manus eius extenta est/nec a vestre domus debonestatione cessabit donec humerus a iunctura: morbidū pecus a grege:mēbrumq; putridum a corpore precidatur.

¶ Visio in somnis de ꝓmotiōe amici in episcopū Bath. Epla.xxx.

Carissimo dño/et amico. R. Bath. electo P. Bleseñ. Bath. Archiō. Salutē: ⁊ prosperos ad vota successus. Cum humane cōditionis status motu multiplici variet:nichil in tēporalibus inuenio ꝑter vnū q̄ō vite celestis ymaginē repzesentet. Sola dilectio est quā non alterat casualis euētus: quā separatio corporalis nō diuidit:quā temporis longitudo nō abolet:que defectui nō succumbit. Sola dilectio est per quā dños et amicos absentes videm⁹/alloquimur/amplexamur. Quē sic quadā angelica agilitate/et ymaginario cōmeatu transuolat ⁊ recurrit: vt nichil de dāno corporee molis/aut distātie localis iniuria cōqueratur. Mestram itaq; presentiā michi ymaginatiōibus dies/visionibus noctes offerūt incessanter: sed nūc in vobis nō prius aspectos titulos noue maiestatis intueor:et fortasse mēs anxia de vestra ꝓmotione: vel q̄ō factū est iam sentit:vel q̄ō in ꝓximo futurū est voto certiori presagit. Deo teste/et cōscientia mea loquor:dñica die illa qua cātatur Ego sum pastor bonus:michi videbatur in somnis q; te pontificalibus indumētis ornabat quedā pregrādis/ ⁊ admodū reuerenda persona:q̄ statura ebroicensem epm/ rothomagen. vero archiepm preferebat etate. Cūq; illi operi hylaris ⁊ devotus assisterē: videbā pedes tuos in caligis: et manum tuā nullo armillo insignitā. querebā tacitus q̄d hoc esset: respondēsq; ille vir venerabilis. Anulū(inquit)aureū nō habebit ad tēpus/sed lapideum: id est quem gēma vna circulata cōtinuet: preciosior vero sandalia/ ⁊ maiorē anulum sua mater ei tandē daturа est per astutiā adolescentis cui a sacerdote corona ꝓmittetur:sed vterq; sua expectatiōe fraudabit. Iste cito transibit ad patres:ille auersus ⁊ reuersus donatiuis vter:vnum scias qr receptis argēteis vtraq; sandalia extorquebis. Dū hec in somnis agerē: et inanes caperem delitias visionis:ad matutinas pulsatū est; et abstulit campanarū improbitas q̄ō beata dormitio cōferebat. hāc visionem secūdo ⁊ tertio eadem rerum serie nox secūda replicuit. Cūq; curiositatis humane sortibus: et reuolutiōe psalterij huius visionis euentū diligentius explorarē/primū oculis meis versus ille sē obtulit. Moyses et aaron in sacerdotibus eius. Ego quidē quid reuelatio nocturna portendat ignoro. Veruntamen qr fidelitati/ ⁊ deuotioni vestre quā regie necessitatis experientia tot laborib⁹/ tot ex inanituit periculis/ nō videbam equa lance respōdere

sugiter longa voti expectatiōe torquebar: et credo q; de reliquijs cogitationū quas diutissime spes incerta protraxerat/anima dormientis sibi presage visionis ymagines figurauit. Faciat tibi dominus scōm cor meum: ⁊ in te mirificans volūtates meas/suo nō fraudet effectu diligentis affectum.

¶ Q̄ dulcia sunt flagella dei. Item gratiarū actio de cōpassiōe infirmo impēsa. Et q; de⁹ ex misericordia flagellat/ ⁊ q; infirmitas carnis stimulus est ad salutem. Epistola.xxxj.

Reuerendo patri et dño. R. dei gratia abbati de fontanis Su⁹. P. Bleseñ. Bath. Archiō. Salutem in eo sine quo nō est salus. Audiui q̄ pia benignitate cōdoletis meis doloribus: ⁊ mala q̄ patior cōicatis vobis quodā sustinentie participio/et intime cōpassionis affectu. Gratias ago gratie largitori: qr me misericorditer flagellauit. Cum enī ambularem in magnis et mirabilibus sup me: ⁊ quasi super ventū me cōtinuata prosperitas eleuasset:eleuās allisit me dñs/ ⁊ humiliauit me q̄ est ante secula. Scōm duriciam meā/ ⁊ cor impenitens thesaurizabā michi iram in die tremēdi iudicij:xp̄s iram michi cōuertit in gratiā infirmari me volēs ne graui⁹ infirmarer. Eram salutis mee neglector ⁊ immemor: sed desidē/ ⁊ in via dñi lentescentē infirmitatū multiplicitas stimulauit ad cursum:vbū ꝓphete est. Multiplicate sunt infirmitates eor: postea accelerauerūt. Adhuc tū grauissime affligor: vtinā que patior sustineam patienter. Omnis enī cordis aut corporis afflictio citra meritū ⁊ fructū salutis est sine patiētie cōdimento. Ipse virtutes nisi patiētie habeant fundamētum/nomē virtutis ⁊ officiū perdiderūt. Nam virtus est vidua/quā nō patientia firmat. Quidam in ꝓsperis fortes sunt confitentes dño cū benefecerit eis:sed in misertis nō subsistunt. Sane patiētia sepissime periclitatur lacessita iniurijs: nec enī fortitudo hominis enea est/vt sustineat: sed tolerātia ipsius iurta diuine dispensationē gratie ꝓmouetur/aut deficit:minuitur aut grādescit. Quis miseriā ⁊ infirmitatē inter dei dona nō computet:cū xp̄s apl'o dicat. Sufficit tibi gratia mea:nā virtus in infirmitate perficit. Idcirco idē apl's edoctus in scola experiētie quod magister q̄ncq; predixerat. Quādo(inquit)infirmor: tūc fortior sum/ ⁊ potens. Q̄ō enim apud sapiētiam huius mūdi(que stultitia est apud deū)videtur afflictio/ consolatio est his q̄ recto sunt corde. Unde apl's. Pro me(inquit) nichil gloriabor/nisi in infirmitatibus meis. Job afflictiōe corporis ⁊ substantie tēporalis amissione multatus: qui afflictus est (inquit)erit in gloria. Q̄ō impatiētia suppliciū reputat:humiliter patiēti ad solaciū cedit. Cum enī patientie fructū cōsideratius pēsat leuigat onus/ ⁊ dulcescit afflictio: dum in ipor presura grauaminū futuras cōsolationis ꝓmicias iam pregustat:ppterea idē iob dicit. Tollat manū suā/ ⁊ succidat me:et hec sit cōsolatio mea/vt affligēs me dolore nō parcat. Abacuc etiā in cāntico suo cecinit dicēs. Ingrediat putredo in ossibus meis ⁊ subter me scateat: vt requiescā in die tribulatiōis ⁊ ascendā ad populū accinctū nostrū. Sciebat q; sequeret vindemia post triturā:post afflictionē letitia:cederetq; cōtumelia corporis ad coronā. Apl's ad corinth. scribēs dicit Sicut abūdant passiōes xp̄i in nobis: ita et per xp̄m abūdat cōsolatio nostra. Et ad eosdē. Spectaculū facti opprobrijs/ ⁊ turbatiōibus rapinā bonor nostror recepim⁹ cū gaudio:cognoscētes nos habere meliorē ⁊ manētē substantiā. Jacobus etiā sciēs q̄ magna sit multitudo dulcedis dei in flagellis ipsius dicit. Omne gaudiū existimate fratres/cū in tētatiōes varias incideritis: flagellat ei dñs oēm filium quē recipit/visitat eū diluculo ⁊ subito,pbat illū/visitat ⁊ ,pbat:vt sic spiritū ei⁹ a spū maligno custodiat. Et visitatio tua(inquit q̄dā egrot⁹)custodiuit spiritū meū. Flagello dñi pulsus excutit/quē ad deformationē aie iniqtas assiduata congessit/ ⁊ exterior vulnere sanat plaga interior. Nā testimonio salomonis:liuor vulneris abstergit mala: ⁊ plaga i secretioribus vētris. Sic ira scit dñs vt mā suescat:affligit vt parcat: pternit vt erigat. Et quis dñe nouit potestatē ire tue? Plena est ei miseratiōib⁹ ira dei: ⁊ iudicia tue aīaduersionis quā tēporaliter perces i tuos/ certa sunt pietatis indicia. Justorū siquidē aie in manu dei sunt:iōo inter delicias ⁊ dolores irā dñi/et miam sapiētes in flagellis agnoscūt. Exultauerūt(inquit)filie iude ,ppter iudicia tua dñe. Omnis disciplina in pñti amarissima est: in futuro aūt reddet fructū pacacissimū. Sane q̄ in laboribus hominū nō sunt/ ⁊ cū hoibus nō flagellant:cū demonibus flagellabūtur. Justo itaq; meli⁹ est hic incidi/hic vri:vt eternos cruciat⁹ absorbeat vexatio tēporalis. Transiuimus pignē ⁊ aquā(dicit quidā) ⁊ eduxisti nos in refrigerium. Justus ei(testimonio bti iob)miserie sue obliuisceт/ ⁊ quasi a quarū que ꝑterierūt nō recordabit. Sicut meridian⁹ fulgor ꝓsurget ad vesperā: ⁊ cū se ꝓsumptum putauerit/orieт vt lucifer. Plane adhuc anxie affligor: adhuc sagitte dñi in me sunt/ quarū indignatio ebibit spm meū. Scio tū q; minor est pena q̄ que precessit culpa. Donū dei est q; infirmor: dei gratia q; affligor. Medicus nō semp dulcia ministrat egroto: sz frequēter amaras porrigit potiones. Colera cui cibus delicatior causam dedit/sepe purgat absinthio: et apostemata q̄ ex ocio et crapula succreuerūt/vsto sanat ⁊ purgat incisio: ꝓ purgatorio michi est vicissitudo febrilis caloris ⁊ frigoris. Spero aūt i eo q̄ spes nostra est/ q; nō ꝓsurget duplex tribulatio:nec iudicabit me dñs bis in idipsuz. Si pñtes carnis molestias patiēter ⁊ cū equanimitate sustineo/morē interminabilem pena redimet momētanea: ⁊ tēporalis afflictio trāsiget cū eterna. Patior quidē ꝓ iniquitatib⁹ meis: vtinam michi desuper datū esset ,p iustitia pati. Beati ei qui persecutionē patiūt ,ppter iustitiā. Nemo(inquit petr⁹ apl's)patiat vt fur/aut homicida/aut auarus/aut alienor appetitor: sz si būfacētes sustinetis:

hec est gratia apud deum. Sepe legimus illustres viros: autenticos senes: elegãtes pueros: virgines etiã delicãtas: pro xpo flagella/ignes/gladios/bestias/⁊ ceterã supplicioꝝ genera pertulisse. Illi pro iustitia torquebant: ego pro iniquitate mea affligor. Sufficit michi ad sustinentiam xpi gratia: vt habeam patientie illius documẽta/nec deficiat a pusillanimitate spiritus/⁊ tempestate caro debilis/⁊ totiens flagellata.

¶ Littere amicabiles. Epistola.xxxij.

CArissimo consanguineo suo viro prioꝝ Cant. P. Bleseñ. Bathonieñ. archiõ. Salutem: et si quid preciosius est salute. Ea est lex amicitie/et cõditio caritatis/ vt amici in mutuis necessitatibus suos interiores affectus exteriorũ operum psequantur effectu. Amicitias siquidem de recẽti cõtraximus: et gratiam quã crebra non extorsissent obsequia/quam longo temporum tractu non vendicasset familiaritas senex/spacio recisiore firmauit ad plenum exuberans et feruẽs affectio. Momentanea itaq; collocutio ⁊ notitia breuis/ sic me vobis in glutino caritatis vniuit: vt vestrũ omnino me censeã/immo vos me alterum reputarem si tãta possit esse idẽtitas corporum q̃ta est singularitas voluntatũ. Fortasse decipior nec in eis ex equo respõdetis affectib⁹/ sed inurbanum foret vos in amicitia claudicare/quẽ verba/quem opera/quem facies/quem incessus/quẽ quelibet alia amicũ efficacem et stabilem pollicẽtur. P. latorem presentium/et negociũ quod habet ergã cõuentum cantuarieñ. vestre dilectioni mitto/⁊ committo rõgans humiliter vt in eo experiar qualiter ad mutuũ amicitie vinculum respondere velitis. Quod enim vestra gratia obtinuerit/michi reputabo impẽsum. Absentisq; ac noui amici obsequiũ/me ad vberiores gratias obligabit. Valete.

¶ Increpatur iunior rex anglie: qꝛ patrem suum expugnabat. Epistola.xxxiij.

HEnrico dei gratia illustri anglorum regi P. archiepiscopus Rothomageñ. Salutẽ in eo qui dat salutem regibus. Quoniam ex officio nobis iniuncte amministratiõis incumbit animarũ curam agere: quarum exactissimã rationem district⁹ iudex in examine terribili postulabit a nobis. Excellentie tue quesumus non sit oneri si te deprecamur vt dominũ/hortamur vt regem/docemus vt filium: nec eñ alligatum est in ore nostro verbũ domini: sed in spiritu libertatis loquimur quod salutem animabus: quod quietẽ populis: quod ecclesie libertatem: qõ honorem deo: et patrie liberationem cõferat: atq; de erroris inuio ad viam veritatis et iustitie te reducat. Nõ attendis fili carissime qõ inceperis: nec incepti operis metiris exitũ. Clotis odietium te festinas satisfacere: ⁊ in ꝓpium caput prouocas inimicũ. Nõ barbaras impugnas natiões: sed familiares ⁊ domesticos: nõ extraneas regiones: non hostiles munitiones inuadis/sed tuas: subiectũ tibi affligis populum non rebellem/nõ hostem sed patrẽ: immo nõ patrem persequeris/sed teipsum. Pater siquidẽ tuus postha bita corporis ⁊ aie sue cura/se omni laborẽ ⁊ discrimini exponebat vt tuum faceret qõ nec vis facere tuũ: ⁊ vt verius loquar: qõ intẽdis facere ne sit tuum. Magis vero non tuum facies pugnando qõ paterna tibi cessio/qõ generale votum populi/qõ iuramẽta principum/qõ hereditaria successio deferebat. Quod rex et princeps pacifice possidebas: hoc tyrãnus et inuasor spoliatione ecclesiarũ: oppressiõe pauperum/ incendijs ⁊ rapinis: ⁊ ad vltimũ parricidio nunc vsurpas. Parricide siquidẽ censeñt qui in parẽtes armati insurgũt/quos ⁊ leges seculi damnãt: ⁊ canones a beneficio successionis excludũt. Ius tuum in iniuriam cõuertisti: dũ quod equitas offerebat/per iniquitatẽ extorquere intendis: qõ sane puerile dicerem: nisi qꝛ hoc maliciam ꝓuecte etatis excedit. Si cum patre cõuenias ad cõflictum: dubiũ est vtrum tibi expediat/aut vinci/aut vicere. Si pietas habitaret in terris/gloriosius assereres patri cedere: q̃ triũphare de patre: patri cedere et subijci: hoc lex moysi: hoc lex euangelij: hoc cẽsura canonũ: hoc apostolorum institutio: hoc leges imperiales: hoc ipsa hominum cõditio/⁊ lex naturalis indicit. Dei et iustitie inimicũ: oimq; legum transgressorẽ cõstituis si patri nõ obedis: cui totũ debes qõ ipse es: de cuius carne et sanguine sementine originis ⁊ nature beneficio carnẽ et sanguinẽ mutuasti. Quis tibi materiã existentie prebuit: Pater tuus. Quis te educauit: Pater tuus. Quis te in armis militarib⁹ instruxit: Pater tu⁹. Quis se exinaniuit vt te regẽ faceret: Pater tuus. Quis in oibus laborauit vt quiete oia possideres: Pater tu⁹. Michil in patre tuo inuenit accusandũ/nisi exuberãtem gratiã tuãq; deuotionẽ quã forte remissior munificẽtia meruisset: sola benigna ⁊ effusa liberalitate demeruit. Frãcorꝛ igit gentibus successit ad votũ. Normãniã eñ eorꝛ imminentẽ ceruicibus quã semp munitã et inexpugnabilẽ inuenerũt nũc ex oñi parte/te mediãte diminuũt: vt nec de cetero caput ꝓtra eos erigere/ nec incursus hostiles valeãt sustinere. O leuitas adolescẽtie deplorãda: nec mirũ. Si eñ tibi deus cursum vite lõgioris indulserit: flebis etate ꝓuectior qõ amittis ipubes: nec erit tunc locus penitẽdi: cũ res in eã desolationẽ venerit/vt reformari non possit. Tibi dilectissime fili (licet amare: tũ ex amore) sic loquor: incõsultos ei animi tui motus equanimiter tolerare nõ possum: ⁊ vtinã mors quã me cogis optare ꝓuenisset hos dies: q̃b⁹ te pris ⁊ patrie ꝓsecutorẽ cõspicio: quib⁹ te amicũ hostib⁹ tuis et amicis hostẽ intueor: q̃b⁹ in eo statu te video quasi gladiũ tuo gutturi affixisses. Ad hec scias andelemũ vnicũ esse subsidiũ vite nre/ipm tue cõmitto custodie. Si ꝓdonib⁹ ⁊ incẽdiarijs andelemũ exposuer⁊ michi viuẽdi materiã adimes q̃ das aim morietẽdi. Valete.

¶ Rescribit episcopo qui eum vocauerat in familiaritatẽ suam. Epistola.xxxiiij.

REuerẽdissimo domino ⁊ patri P. Petragoricensi episcopo P. Bleseñ. suoꝝ cõsanguineorum immo seruorũ minimus Salutem: ⁊ cõtinuos ad vota successus. Fortis est dilectio vt mors. Cũ enim cõpagem membrorũ/ animeq; et corporis fedus amicabile mors abrũpat: dilectio ecõtrario diuersas voluntates cõflat in vnam: ⁊ in glutino caritatis diuersarũ animarũ consolidat vnionem. Dilectio absentie damna nõ sentit. Cũq; diuturnitate temporũ pleraq; soleant infirmari: dilectio et temporis tractu/⁊ locali distantia cõualescit. Hoc in vobis experientia mediante cognosco: qui me in vestre magnificentie parentela minimum: et quasi inter ceteros abortiuum/ benignior tandem oculo respexistis. Mandastis siquidem (si mandatũ fideliter recolo) vt ad vos festinantius venirem tanq; domesticus/ ⁊ cõmensalis vester penes vos moraturus. In verbo benignitatis vestre spũs meus votiuo exultabat applausu: ⁊ iam ad vos festinare decreuerã/ iam ad precinctum itineris feruentius anhelabam: cũ dominus ille quem scitis ꝓmissionibus immẽsis/⁊ quibusdam blanditiarum prestigijs me minus circũspectum cõuenienis/ et circũueniens vie propositum reuocauit. Expectaui sustinens/ ⁊ multiplex interim beneficiorum occasio se obtulit. porrigebam preces/ mea etiã pro me necessitas allegabat. In nullo repperi munificam eius manũ. Adhuc benignioris euentus vota concipio: ⁊ forte venturũ cum britonibus prestolor arturum: ⁊ messiã cum iudeis expecto. Mobiles ⁊ magnificos decet nil ꝓmittere: sed quasi presagire desideria hominũ/ ⁊ eorum petitiones largitionibus preuenire. Adhuc expedit michi perdere modicũ temporis vt volũtas eius exactissime explorẽt: cur scilꝛ tanta ꝓmiserit: cur me voto longiore suspendit: ⁊ vtinam sue fame discrimen attendat: nec de ꝓmotione mea: sed sua opinione sollicitus verbũ illud salomonis frequẽter attendat. Velẽus/⁊ nubes/⁊ pluuie non sequẽtes: vir gloriosus ⁊ ꝓmissa non cõplens. Si infra paucissimos dies munificẽtia sua michi clementius non arriserit/ponam in te domine cogitatũ meũ/⁊ tu me enutries. De tua eñ potissime miseratione presumẽs aliũ de suffragiũ non expecto. Memor esto verbi tui seruo tuo/in quo michi spem dedisti. Si illi⁹ pie liberalitatis/⁊ mee vocationis affectio perseueret in vobis: sit de beneplacito vestro michi maturiore nuncio vestrã expimere voluntatem. Patrem siquidem meũ/⁊ matrem meam de grege hominũ/ alea fatalitatis eremit: ⁊ quos michi potissime necessarios estimabam/mors amara prima facie deprẽdata est: extreme calamitatis exemplũ me faciens/et fortune ludibrium. Cum igitur fiduciam in vobis habeam singularem /facite vt sub manu magnificentie vestre de longa infortunij tempestate respirem. Valete.

¶ Commendatur sanctitas monialis. Epistola.xxxv.

MAceline dilecte in xpo P. Bleseñ. Bathon. archiõ. Salutem in eo cui seruire regnare est. Exultat ⁊ gratias refert gratie largitori cõiuoto sancta ecclesia qꝛ te ancillam humilem respexit deus: que inter voluptuosas palatine dignitatis illecebras educatã/ ad religionis ꝓpositum: ⁊ vite pauperis appetitũ spũ cõsilij et fortitudinis animauit. Audi ergo filia/⁊ vide: ⁊ inclina aurẽ tuam: ⁊ ne inter initiate sanctitatis primitias te fauor aure popularis alliciat/obliuiscere populum tuum ⁊ domũ patris tui. Multi siquidẽ sunt qui de calice babilõis tibi ꝓdiorie adulationis venena ꝓpinant: qui pulchritudinem tuã/et generositatis tue titulũ recẽsentes: quasi dolendo ⁊ ꝓquerẽdo submurmurãt/ q̃ abiecta sis in domo dñi/⁊ nõ habites in tabernaculis pctõꝝ. Clerũ recolere debes q̃ ei generositatẽ et pulchritudinẽ tuã dedicasti q̃ speciosus est pre filijs hoim: cuius pulchritudinẽ sol ⁊ luna miranꝛ: cuius nobilitatẽ ꝓpheta nõ sufficiens apire Generationẽ ei⁹ (inquit) q̃s enarrabit: Et flore adolescẽtie illibatũ inter castitatis lilia ꝓsecrasti: quem adolescẽtule dilexerũt nimis: q̃ de seipso dicit. Ego flos cãpi et lilũ cõuallium. Cogitat⁹ itaq; tuos ⁊ inchoate cõuersatiõis euẽtũ: illius cõmitte arbitrio q̃ te ad immaculati thori nuptias/⁊ desiderabiles inuitauit amplexus. Cui cũ seruieris/libera es: cũ amaueris/tu casta: cũ retigeris/impolluta. Scio equidem vota parẽtũ tuoꝝ ad hoc ꝓpaliter cõcurrisse/vt te nepoti ducis burgũdie mrimoniali cõmercio ꝓiũgerẽt/ quaten⁹ cũ eo ꝓtracta affinitas/⁊ mutue dilectiõis occasio esset/⁊ potẽtie incremẽtum. Sane adolescẽs ille q̃tũ ad dotes corporis vniuersis ꝓuincie magnatib⁹ ꝓminebat: strennuitate ei armoꝝ/ ⁊ forme elegãtia in oculis hoim in stupore/⁊ miraculũ ꝟtebat: ⁊ qõ poterat animũ ꝟginis fascinare/ nullus erat in ꝟbis vzbanior: null⁹ ꝟberior in munerib⁹: null⁹ ad oẽs liberalitates effusior. Vlex ⁊ ꝓuidẽtia cõsultiore: ⁊ artiore custodia tibi obseruãtã castitatis indicẽs/ ibi gl'iosi⁹ de libidine triũphasti/vbi grauior ꝓflict⁹/et pugna suspectior imminebat. Jã in portu nauigas: ⁊ adhuc tũ de terra dissilitudinis vẽtus tẽtatiõis erũpẽs occulte tibi subsibilat. Si nũc esses in seculo: te inter matronarum cuneos virorꝝ illustriũ brachia supportarẽt. Si nũc esses in seculo affluẽtia opũ ⁊ varietate supellectilis cõspicua incederes: parentũ nũerositate: ⁊ fecũditate sobolis gl'iosa. Si nũc esses in seculo/vniuersa nũc tibi exuberarẽt advotum: nũc claustrali angustie mancipata es vbi oĩs euagãdi licẽtia ꝓclusa est: vñ oĩs risus/oĩs lasciuia: oẽsq; voluptates seculi/et mũdi desideria relegantur/vbi funeree vestes: vbi cõtinuate vigilie: vbi est potus aque/vinicq; cõfusio: cibus ꝟo legumina/et panis austerior. Sic tibi dilectissima suggerit hũani generis inimicus/ incõmoda mũdane cõuersationis palliando versute. Taceo eñ de voluptate hominũ q̃ sit sterilis ⁊ incerta: que si plerũq; placeat penitudinẽ inducit: et si delectat ad modicũ/ ꝓductiore spacio

displicebit: diuitias siquidē z honores sollicitudo in separabiliter cōcomitaf. Mundi pompa/z fauor populi fumus est/z aura subito euanescēs. Adde q mulier in dolore z discrimine maximo parturit: et q frequentissime gloziam filiorū: nunc inualitudine: nunc captiuitate: nūc morte casus amarior interrūpit. Serua itaq; cor tuum omni custodia/vt possideas vas tuū in sanctificatione. Thesaurus nāq; pudicitie incomparabilis est. Sola pudicitia agnū quocunq; ierit sequitur: sola vitā reformat angelicā. In amissione pudicitie voluptatē virgines fatue suspicātur: cū amitti nō possit sine erubescētia z dolore: iactura eiꝰ nō recipit estimationē. Et cū omni pctō p penitētiā medeamur: solꝰ lapsꝰ vginū restitutionis remediū nō mereť.

¶ Scribit sanctimoniali vba exhortatoria sanctitatis z pseuerantie. Epla.xxxvj.

Carissime sozori sue xpiane: suum P. Bleseñ. Bathoñ. archiō. Salutem in eo sine quo non est salus. Magnificat aia mea dōm. Et exultauit spūs meꝰ in deo salutari meo. Quia ambulas in spū salutari custodias vas tuum in sanctificatione/z odore suauitatis. Unde z sicut vnguentū effusum est nomē tuū: publice dicitur apud deū et homines laudem plurimā meruisti: q ab eo tempore quo vitā sanctimonialis pfessa es: ab obseruātia castitatis/z sanctimonie nō cessasti. Ulñ z scōm nomen tuū sic z laus tua i fines terre. Cū esses nuptijs mortaliū destituta/te filius altissimi desponsare dignaꝰ est. Sicut ipse p pphetam loquiť. Despōsabo te (inquit) in mia et miserationibus: z sponsabo te michi in fide. Desponsanť siquidem virgines xpo/vt suam ei offerant castitatē. Despōdi (inquit apls) vos vni viro virginē castā exhibere xpo. Eas eñ sponsalitio amore sibi libētissime federat deus: quas seculū non fedauit. Amator z zelator est virginitatis/ qui nasci de virgine preelegit. Ideo aūt specialiter de virgine nasci voluit: vt matrē suam virginem pudicitie/ et humilitatis exēplo alie sequerētur virgines/atq; cohabitationis eterne glorie fierent participes/et cōsortes. Adducētur (inquit) virgines post eam: prime eius afferenť tibi: afferentur in letitia z exultatione: adducenť in templum regis. Uide ergo sozor carissima ne in vacuū gratiā dei acceperis. Gratiam siquidē xpi accepisti inuacuum: z lampadē deferes vacuam: si nō habes oleum caritatis: id est si xpm ex toto corde nō diligis. Tunc ei pulchra est/ et xpo placet castitas/si eius comes est caritas. Juxta illd. O q̃ pulchra est casta generatio cum caritate. Caritatem ergo habeas sozor/et humilitatē que illi acceptissima est q̃ in celis habitat/ et humilia respicit in celo/et in terra. Super quē (inquit) requiescet spiritus meus nisi super humilem z mansuetū/et tremētem ad verba mea? Mariam virginē respexit dominus: nō q pulchra/non q nobilis/non quia sapiens: sed q humilis erat. Respexit (inquit) humilitatem ancille sue. Sis ergo humilis: que p xpo te humiliasti: z elegisti abiecta esse in domo dei magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorū. Non pdest humilitas nisi finaliter perseueret. Cum eñ omnes virtutes currant ad brauiū: sola perseuerantia coronať. Omnis gloria eius filie regis abintus (inquit ppheta) in fimbrijs aureis: fimbrie sunt vestimēti extremitates. Est ergo gloria sanctimonialis in fimbrijs. Michil eñ pdest gloria bone cōuersationis in pncipio/ nisi sit gloriosus et finis. Spes fructuū releuat agricolam a labore: fortēq; pugilem contēnere facit molestias ictuū spes corone. Tibi quoq; furet grauamina claustri: et grate seruitutis officiū/expectatio iubilei. Tunc collība septimo die emissa ad archam iterum nō redibit: z iuxta verbū iob. Filij ceruarum eūtes ad pastum/ nequaq̃ ad matres iterū reuertentur: q tu z consimiles tui euntes in gloziam filiorū dei eritis in loco pascue: nec redibitis ad molestias hui⁹ vite. Hec te dilectissima sozor breuiter exhortari/z exorare decreui: non vt ammonitione mea indigeas: sed vt ad palmā z brauium animosius curras: q iuxta gentilem. Non nocet admisso subdere calcar equo.

¶ Excusatur mendaciū. Epla.xxxvij.

ꝛ egressus est ignis de ramno et deuoꝛauit cedros li-
bani. Egressa est ab octauiano malicia: que totũ oꝛbẽ
tumultuose cõcussit. Sed tandẽ manus dñi per mini-
steriũ lingue vestre (pꝛeter spẽ ꝛ vota omniũ) oñia vir
tute ineffabili trãquillauit. Vester sum: ꝛ vtinã se offe
raꝛ oportũitas/vt me ꝓbetis vestrũ esse. Adhuc me-
moꝛiter teneo q̃ pie/q̃ misericoꝛditer me ab exilio re
uertentem/vagum ꝛ ꝓfugum apud vos exceperitis/
nudum cooperuistis/pauistis famelicum: ꝛ vt multa
paucis includam/ in me totum misericoꝛdie senariũ
compleuistis. Ille pro me vobis retribuat/qui bono
rum retributoꝛ est operum: ꝛ pauperum fideiussoꝛ.

¶ Contra eos qui detraxerunt patri
suo moꝛtuo. Epistola.xlix.

Carissimis amicis ꝛ socijs G. decano carno-
teñ. et G. archiõ. Bleseñ. P. Bleseñ. Bath.
archiõ. Salutẽ: ꝛ viscera cõpassiõis induere.
Patioꝛ patioꝛ vehemẽter/ꝛ nõ est qui cõpa
tiatur/q̃ misereatur afflicto. Miseremini mei/miserẽ
mini mei saltem vos amici mei: q; manus dñi tetigit
me. Diu laboꝛaui in gemitu meo: sed nũc materiã ge
mitus deduco in publicũ. Ideo et verba mea doloꝛe
sunt plena. Exitus aquaꝛũ deducũt oculi mei/ꝛ toꝛẽ
tes effluũt lachꝛymaꝛum. Sagitte eñ dñi in me sunt/
quaꝛũ indignatio ebibit spiritũ meũ/ꝛ toꝛrẽtes iniqui
tatis aliene cõturbaueꝛũt me. Vtinã aperiãt cataraꝛ-
cte miseꝛi capitis mei/vt totus in lachꝛymas fluam.
Adultis ei solatio sunt lachꝛyme/ ꝛ ex parte maxima
magnitudinẽ doloꝛis imminuũt. Doloꝛ siquidem spe
ciem ignis gerit: q; dũ plus tegit plus ignescit. Si me
dñs in amissione reꝛũ temporaliũ/ aut amicoꝝũ moꝛ
te/aut in afflictione ꝓpꝛij coꝛpoꝛis flagellasset: totum
equanimiter sustineꝛẽ/sed plagã sentio que ad interio
ra coꝛdis mei penetraꝛt: nec minus angustoꝛ/q̃ si quis
mea viscera a me violẽter euellat. Nõne viscera mea
amici mei sunt quos foueo/ꝛ q̃ me fouẽt in obsequio
rum dulci cõmercio in idẽtitate affectuũ: sine quibus
oĩs cogitatio esset michi tediũ: omnis vita toꝛmẽtũ?
Quibus viuo nisi amicis/sine quoꝝ solacio michi vi
uere esset moꝛt? Ve sunt cruces amici mei carissimi:
quibus amicus vester affligit: he sunt angustie quas
deploꝛat: qñ amici eius conuersi sunt in aꝛcũ pꝛauũ:
vt sint inimici hoĩs domestici eius. Illi de quoꝝ dilec
tione cõfidentius pꝛesumebaꝛ/et ad quos diligẽdos
totam effuderaꝛ aiam suam/ facti sunt hostes eius in
capite dñi nostri carnoteñ. quoꝝũ frater et canonicus
eraꝛ/quos in interioꝛe homie diligebam/verbũ inq;
quũ cõstituerunt aduersum me. Posueꝛũt michi ma
la ꝓ bonis: ꝛ odium ꝓ dilectiõe mea. In causa siquid
dem quã habebam aduersus. R. sareb. sup pꝛepositu-
ra carnoteñ. quã adhuc michi vẽdico tãq̃ meã/ iu
dicib⁹ vestris infames litteras poꝛꝛexeꝛũt: meiq; pa
tris vitã nequissime depꝛauantes/sic nomen meũ de-
nigrare conati sunt: cõtra moꝛtuũ ꝛ aduersus innocẽ-
tem insurreꝛeꝛũt in me testes iniqui: ꝛ mentita est ini-
quitas sibi. Deũ testoꝛ ꝛ innocẽtiam xpi patrem meũ
viꝛisse innocẽter et sancte: fuit ei hõ simplex ꝛ rectus/
ac timẽs deũ/sine querela ꝛ dolo: ꝛ mãsuetus ꝛ mitis
Quod quidẽ non adeo confidenter asseꝛerẽ/nisi q; id-
ipsum vos ꝛ tota pꝛuincia cognouistis. Indubitanter
scitis/q; si pater meus litteris fuisset imbutus/prudẽ
tia/et sancta ei⁹ cõueꝛsatio copiosissime suffecisset ad
regimen eminẽtissime dignitatis. Confidenter extol-
lo et pꝛedico patrẽ meũ cuius me malo filiũ extitisse:
q̃ illi⁹ nobilis ꝓdituꝛis a quo noster emulus (sicut sci
tis) iactitat se fuisse ꝓgenitũ. Michil equidẽ michi cõ
scius sum: nec apud vos aliquid inuenire possetis: vt
de posset esse notabilis pater meus: nisi q; nõ fuit de
ditioꝛibus regiõis. Certe virtus in diuitijs nõ consi-
stit. Nam ecce peccatoꝛes ꝛ abũdantes in seculo obti
nueꝛũt diuitias. Et tũ satis iudico diuitẽ extitisse/cui
ꝛ pauperibus xpi (quoꝝ se ministriũ deuotissimũ sem
per exhibuit) sue facultates sufficeꝛẽt abundãter. Sa
tis cõmendabiliter diues fuit q̃ in edificijs/ in terris/

ac pratis/zvineis abūdauit. Sane z si pauperrimus
pamptas
extitisset: tū generositatis titulos paupertas non adimit. Sicut publice notū est/pater meus z mater mea de optimatibus minoris britannie traxerunt originem. Nec istud ad iactātiam dico: sed vt obstruat os loquentiū iniqua/qui de sua nobilitate satis degenere detrahendi sumunt audaciam: verā quidem z cōmendabilem reputo nobilitatē: que defert cum generis claritate virtutē: cuius omino exortes sunt qui patri meo obijciūt sui exilij paupertatē. Nōne exulauit brutus: nōne exulauit eneas? In eorū tamē exilio nō degenerauit troiana nobilitas. Illud p certo cōperi: q si quid turpitudinis in me vel in patre meo cognouisset emulus: libētissime illud in publicū deduxisset. Ego aūt bene cōscius michi: et nichil taliū suspicat⁹ Non expectato vulnus ab hoste tuli. In domo dei in
no. secundus
ecclia beate virginis carnotenſi, cuius canonicus erā amicus illius esse credebar: cuius erāt contra me oēs cogitationes in malū: qui sub lingua blandiēti venenum aspidū nutriebat. Q si inimicus homo maledixisset michi/sustinuissem vtiq. Tu vero homo vnanimis dux meus z notus me⁹/qui mecū dulces capiebas cibos in domo dei: ambulauimus cū cōsensu. dilexisti me in ore tuo z in lingua tua mēitus es michi: magnificās super me supplantationē: z pditorijs adinuētionibus cōmaculans innocentē. Vide dñe/z cōsidera: z audi voces aduersariorū meorū z iudica causam meā. Tu omnia scis: tu nosti innocētiam meā: et q odio habuerunt me gratis. Tu scis improperium meū/z cōfusionem meā/z reuerentiam meā. In conspectu autē tuo sunt omnes qui tribulant aiam meā. Auertant queso retrorsum et erubescāt qui persecuti sunt hoiem inopem/z mendicū/z aiam afflictam saturauerūt opprobrijs: pposueram certe in ecclesia/z obsequio beate virginis et morari et mori. Desiderū michi erat ecclesie necessitates in me suscipere: meisq p ea militare stipendijs: viuere oibus atq laborare/ et incōmoditate ppij corporis cōmoditates omniū pcurare. Rūquid redditur p bono malū: q foderunt michi amici mei fouea in precipitiū: atq in necessitate mea primi mei aduersum me steterūt? Alienus factus sum fratribus meis: et pegrin⁹ filijs matris mee Dom⁹ natiuitatis mee (iuxta verbū alteri⁹ pphete) facta est michi sicut cauerna leene/ et sicut habitatio strutionū. Quia vero nemo accept⁹ est ppheta in patria sua/dñs in exilio michi patria faciat: z qui deduxit me velut ouem ioseph: ipse in loco peregrinatiōis mee p semitas misericordie sue me deducat. Bonus es dñe sperantibus in te: aīe querenti te. Machinati sunt hostes mei domestici supplātare me: z a prepositura carnotensi omnino auertere. Sed ne auertat humilis fact⁹ cōfusus/repulsum z opprobriū meū maiore z vberiore bñficio redemisti. Sic iacob p rachele data est lya fecundior. Sic dauid p merob data est adriel malachite. Ego aūt donū dei altissimi z quicquid circa me benigne disposuit gratāter accepto: vo

tis meis reputans plenissime satisfactū: si eos humiliet quorū superbia semp ascendit: z mendaces ostendat qui maculauerūt innoxiū. Vos aūt carissimi dñi et amici si vestras nō potestis iniurias vindicare/ patienti saltem amico affectum cōpassionis impēdite.

¶ Arguitur episcopus q: penitētī et afflicto nō miseretur. Epistola.l.

Reuerendo patri ac domino H. dei gratia Baiocensi episcopo Suus Petrus Blesensis. Bathoniensi archidya. Salutē: z visceribus pietatis affluere. Auditur hodie qd non est auditum a seculis: quia deseuit in agno crudelitas/et in lupo seuicia mansuescit. Nouit fere vniuersitas orbis: q pre cunctis mortalibus/ precipue z singulariter pietatis gratia/ z spiritu māsuetudinis abundatis. Ideoq z omnibus vertitur in stupore/quare. H. camerario abbatis cadomensi. q in multa cordis cōtritione et humilitate penitētie omni satisfactiōi se offert/ita vos durū et inexorabile exhibetis. Q hominem interfecerit non inficiatur: sed q hoc fecit puocatus ab hostibus/et ob tutelam ppij corporis/mortisq paterne vindictā/plurimū de ēitate criminis rescidit. Nā z dñs rex q hmōi excessus pre cūctis hominibus districte z terribiliter punit/eū ad gratiam suā/z ad solū natale restituit. Porro vbi materialis gladius misericors est: gladi⁹ ecclesie in hui manus esse nō debet. Sanctorūq clamat auctoritas securi⁹ nobis esse si, ppter misericordie humanitatem ēq si ppter districtiorem iustitiā iudicemur. Recipe queso ad penitentiā hominē humiliatū z corde compunctū: ne si forte claudat ei sin⁹ misericordie incidat in desperatiōis abyssum. Gratius siquidem acceptat deus penitentiā peccatoris humilis z cōtriti/ēq immo cētiam iusti tepidi z remissi. Sed z maius gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitētiam agēte: ēq super nonagintanouē iustis qui nō indigēt penitētia. Cum in sacro eloquio per ouē innocēta simplicis vite: per capram vero peccātis immūdicia designetur: ouis tū in lege dñi lōge ab ostio tabernaculi iubetur offerri. Capra vero que pacifica hostia est in ipso hostio vnde ouis elongata est immolat. Sacra eñ scriptura vbiq inuitat z recipit ad penitētiā peccatores. Elongant autē a sanctuario qui vacuā z torpentē innocētiam ducunt: atq familiarius admittunt in sinu matris ecclesie qui malicia per penitētiā fortiter absterserūt. Vides dñm comedentē z bibentem cū peccatoribus/z publice ptestātem. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiā. Habes dauid/habes petrū/habes publicanū/habes paulū qui pīma meritorū gratiā/ fructuosa penitentia transcenderūt. Xps exurgens a mortuis nō sue matri vgini benedicte: sed marie peccatrici de qua septē eiecerat demonia prius dignatus est apparere. Capra igit nō abijciatur ab ostio tabernaculi sicut ouis: q deo z angelis eius gratior est peccatoris cōuersio/ēq tepida simplicitas innocentis. Si penitēti sinus mie precludat:

vereor ne nouissima hominis fiant peiora prioribus: z aia ipsius ppter duriciam vestram a vobis durius requiratur. Tota die petimus nobis peccata dimitti sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. periculosa est ei oratio dñica qui peccata primo non dimittit. Dimittite (inquit dñs) z dimittetur vobis. Mēsura qua mēsi fueritis (inquit) remetiet vobis. Idipsum docet poeta theologus dicēs. Det peccatori veniam peccator: vt equa Locēliet dñm cōditione sibi. Q si aduersus prefatū H. camerariū aliquid rancoris aut odij concepistis: benigne queso et caritatiue remitte. Caritas eñ benigna est: neq vllus in vobis caritatis est locus/si aduersus primū rancor vel odiū retinet. Sed nec bene diligimus deum/ nisi diligatur proximus ppter ipsum. Dilectio quidem bipertito affectu se diuidit/que a primo incipiēs in deum se porrigit/ vniens in eo diuersitates affectuū/quē z in quo principaliter causam totius dilectiōis instituit. Cum autem velit dominus diligi ppter proximū: non ppter se (bonorum enim nostrorū non eget) ab ipsius tamē voluntate non recedimus si proximū diligimus propter ipsum/immo diuine resistimus voluntati si primū non diligimus ppter deum: cum dominus in eo diligi petat: et primus sit in negocio diligendi tanq xpi vicarius. Ex dilectiōe primi nostros deus metit affectus. Quomō ei diligemus deū quē nō videmus/ si primo nō cōpatimur quē videmus? Sic ergo de⁹ primū in participiū et societatē dilectiōis admittit: vt nec eum sine se/nec se sine illo diligi velit. Nam dilectio nil pdest nisi cōbinata sit: omnēq calumniam singularitatis euacuet. Hinc est q coccus qui in veste sacerdotali ponendus erat bis tingi precipit: hinc est q helizeus doctoris sui spiritum in se postulabat duplicari: hinc etiam pars simile que offertur concrematur dño in altari: pars autem aaron z filiorū eius vsibus reseruatur: in quibus gemina notat dilectio: vt nec primus sine deo: nec deus sine proximo diligatur. Si ergo diligitis/ immo q diligitis deū: odiū qd cōcepistis aduersus prefatū H. transferatis in dilectionem z gratiam ppter deum. Vos qui viā perfectionis z inceditis z docetis: nō decet fouere odium/ nisi qd ppheta cōmemorat/perfecto inquit odio oderam illos. Odiū quidem perfectū siue perfector est si peccatum in homine/ nō hominē in peccato habetis exosum: publice dicit: et vos tamen idipsum fortitan ignoratis: q: quidam ex vestris in res eius hereditarias oculos iniecerunt: ideoq contra eum animū vestrum turbāt. Vulgo em dicitur. Aqua turbida visco sior est/ipsiq de vestra turbatione fructum successionis expectant: verūtamen cum nec deus nec ecclesia iudicet bis in idipsum/multis absurdū videtur q H. post satisfactionem penitentie/in bonis patrimonialibus puniatur.

¶ Q non est consentiendū voluptatibus pueorum. Epistola.lj.

Venerabili patri ac dño Jo. dei gra Sarespb. epo P. Blesen. Bath. archiē. Salutem z veritatē. Certissime michi pmi serat vestra benignitas q nepotes vros infra natale dñi primū erudiendos mi chi mitteretis parisius: z per eos debitum qd michi debetis annuū solueretis. Expectans expectaui dñm meū/nec intrēdit michi. Adhuc etiam pmissam expecto gratiā: fortasse sicut arturū britannia: sicut iudea messiā. Donatio quidē gratuita prius fuit z liberalis: sed q: in pmissiōe scripture vinculum intercessit/vt annuū fieret beneficiū/gratiā in necessitatem debiti cōuertistis: vtinā nunq fuisset hec pecunia: cuius expectatio tamdiu animū meū tosit: in cuius spe ego diffusiores expensas faciens/me debitis vsurarijs onerauī. Si simplex pmissio precessisset circūspectius expēdissem/ z vsus fuissem leniter leni verbo. Nūc in libro experiētie lego q sancta z efficax sit eruditio euāgelice veritatis. Sit inquit sermo vester est/est: nō/non. Nam qd amplius est/a malo est: hoc malum nunc sentio: cui carta epi z vehemens ipsius assertio causam dedit. Verba tū eporum qui apostolorum sunt filij z heredes vim iuratoriā in se habent/ vt in eis iusiurandū sit/qd est verbū simplex in alijs: z qd in alijs est simplex periurū/ sacrilegiū sit in illis. Attendite quid dicat doctor ecclesie. Nūquid inquit leuitate vsus sum/aut que cogito scdm carnē cogito/ vt sint apud me est: z nō? Promittētibus z nō solūtibus conuenit vox illa ysaie, pphete dicentis. Ecce vos ex nichilo: z opus vestrū ex eo quod nō est. Magna debet esse in pmissione discretio. Inanis ei promissio multotiens de familiaribus amicis sibi cōparat inimicos. Porro si cogitatis vestris pmissionib⁹ stare: nec michi accepta/nec vobis honesta est ista dilatio testimonio poete. Dilatio magna ruina ē: z mora donādi non leue crimē habet. Ne dicas amico tuo dicit salomon. Vade et reuertere: cras dabo tibi/ cū statim possis dare. Cras/cras/cras/vox coruina est/ nec deo/nec hominibus grata est pmissionis iteratio frequēs. Et hoc ipsum credo salomonē sensisse cū dicit. Fili ne iteres verbū in ore tuo. Date igit reuerēde pater voci vestre vocē virtutis/z affect⁹ liberales effectus adimpleat/ne labia euāgelio cōsecrata possit arguere mēdacij carta cōcepta in testimoniū veritatis. Illud aūt vehementissime reprehēdo q nepotes vestros qui se in castris scolaribus exercere debuerant: foueatis delicijs: palpetis blādicijs: sciatisq q hec oīa exinanitio sunt vrtutū/ et subuersio honestatis. Adhuc vita eorū in incerto est: q: biuium nondū pitagorice littere transierūt. Jō magis expediret eis corripi ēq palpari. Scriptū est. Qui parcit virge/odit filiū. Hely cū filijs suis percussus est a dño eo q filios suos minime correxisset. Dilexisti dixit dñs magis filios tuos ēq me. Hodie pro filijs quos abstulit prelatis ecclesie deus: habere nepotes in dissipatione patrimonij xpi/z in sue salutis dispendiū permittūtur/

filij q

perniciosa est circa minores blanda maior remissio. Ideo dicit sapiẽs: filie tibi sunt/ vultũ hilarem ne ostẽdas eis: vestra benignitas eis ad omnes illecebras frenum custodie relaxauit. Ideoqꝫ vereor ne vita eorꝫ in prão floze degeneret: sicut in Iob legitur Ledek quasi vinea in prão floze botrus eius: z quasi oliua, pisciens florem suũ. Porro enormiter peccat seqꝫ vite aliene reũ constituit/ qui pueros in etate tenera nimia familiaritate z suauibus verbis emollit. Cyrus sparciat⁹ de quo ducẽtis sexaginta annis ꝑus ꝑdixerat ysaias xpo meo cyro cuius apprehẽdi dexteram subijciã gẽtes z regna/ Cresum iuxta alim fluuiũ vicerat. Cũqꝫ multe illũ fecissent victorie gloriosum: qꝫ tñ gẽtem indomũ prius bellicosissimã fecit vacare cõmessationibus/ ludis atqꝫ amplexibus: vt sic gentem euitaret acerrimã/ a regina massagetarũ thamari victus z occisus est. que cũ illius caput in vtrẽ sanguine plenum misisset: bibe(inquit) sanguinẽ quẽ sitisti. Apprehendite inquit ,pphetã disciplinam/ne qñ irascatur dñs. Arguite z docete diligenter nepotes vestros: ne causam insolẽtie prestet nimis blanda z familiaris affectio. Informẽtur quesо ad opera honestatis/ ne sciãt ꝑ experiẽtiã quid sit peccatũ/ omnisqꝫ turpitudinis occasio precidat. Iudas z symon sicut in libro iudicũ legit/ regi bezec siue adonibezec q̃ eos infestabat/ summitates manuũ abciderũt. Sic z nos motus puberitatis preuenire oportet: atqꝫ iniquarũ prescindere primitias actionũ. Isti sunt paruuli babilõis: quos ad petrãm que xps est oportet allidi. Beatus em̃ qui tenebit z allidet paruulos suos sc̃z babilonis ad petrã. Scriptum est em̃ qꝫ pni sunt sensus hominis ab adolescentia sua in malũ. Amputetis igitur puriẽtem in tenera etate maliciam. Nam et spinarum plantaria facilius euelluntur anteqꝫ coalescant.

¶ Descriptio tempestatis. Et cõtra eos qui male suis respõdent seruiẽtibus. Epla.lij.

Carissimo dño suo. R. dei gratia Cãtuarẽ. Archiepo totius anglie primati z apostolice sedis legato. P. Bleseñ. Bathoñ. Archiẽ. Salutem in eo sine quo nõ est salus. De nuper ad obedientiã vestre tussiõis accinxerã/ iamqꝫ licẽtiatus/ et accepta vestre benedictionis gratia recedebã: tamen ,ppter negocia q̃ dã casualiter tũc emergentia reuocastis me/ ac firmiter iniũxistis/ vt vos frequẽtoribus nũcijs certiorarẽ de statu meo/ z de his q̃ mihi in via cõtigerant. Descẽderam ad mare/ z nauẽ ascenderam. Cũqꝫ iam expo sussemus vela vẽtis/ z vitam periculis: ecce grando/ nix/ ymber/ ac spiritus ,pcellarũ celos obduxerũt caligine: atqꝫ in terribiles aquarũ montes maris deformauere planiciẽ. Admirabiles erãt elatiões maris: fluctus eĩ ascendebãt in celos et descẽdebãt in abyssos: z aĩa mea in ipsis tabescebat. Omnes qui in naui erãt moti sunt/ et turbati sunt sicut ebrius: et oĩs sapientia eorũ deuorata est. Ille q̃ gubernaculo preerat/ z sedebat in puppi: abiecta arce et derelicta sede/ nauẽ forꝫ tuito cõmisit euẽtui: vniuersa patiebãt spũ vtiginis/ spũm abhominatiõis/ et nausee. Nõ erat q̃ manꝰ aut oculos in celũ erigeret: nõ erat qui porrigeret deo preces/ qui sanctificationi/ aut penitẽtie se offerret. Iacebant oẽs destituti officio membroꝝ/ atqꝫ aĩo ꝓsternati: z facti sunt velut mortui. Licet aũt tũc estiuale solsticium ad incremẽtũ diei plurimũ de noctis spacio recidisset/ nunqꝫ tñ nox aliqua adeo lõga visa est michi. Nã a meridie nox ista incepit/ que tempꝰ alienũ sibi quadam tyrãnide ,pcellosa vsurpans/ in suas tenebras lucẽ vertit. O nox dãnosissima/ nec in toto anni circulo cõputanda: nox turbinis: nox ire: nox horroris/ z mortis. Tota nocte hac pessima fuimꝰ in corde maris: et quasi in ventre inferi donec desiderãtissimus solis ortus nobis clemẽtioris aure gratiã nũciauit. Placauit mare q̃ imperat vẽtis z mari: statutqꝫ ,pcellam eius in aurã/ z siluerũt fluctus eius. Et letati sumus qꝫ siluerũt: z qꝫ deduxit nos in portum volũtatis nostre. Ego aũt quasi resurgens a mortuis/ die illa cibum nõ tetigi. Oẽm escam abhominata est anima mea: ideo perhẽdinaui sequẽti die: turbatus nãqꝫ pre cõfusione sonitus maris et fluctuũ/ non potui ad plenum de facili respirare. Hec z his similia quibus ꝑ vobis vehemẽter affligimur/ sollicita deberetis cogitatione reuoluere: z ꝑ quiete vestra duriissimos labores patiẽtibus affectum compassionis impẽdere. Verũtamen sicut publice dicit: illi qui in ocio apud vos torpẽt/ z qui dies suos in desiderijs z voluptatibus ducũt: hi apud vos fructũ gratie vberioris inueniunt/ atqꝫ in labores eorꝫ ingrediunt: qui ꝑdus diei z estus ꝑ vestris necessitatibus portauerunt. Porro ego et ablens z presens munificẽtiam vestrã semper inuenti magnificã/ voscꝫ tanqꝫ desideria mea presagiretis citra oẽm postulationẽ et supra omne meritum meũ me in vestris bñdictiõibus assidue preuenistis. Eapropter quotiẽs meã inuitauerit operã vestre necessitatis articulus/ nõ recuso laborẽ ꝑ vestro honore/ paratissimus ire in carcerẽ et in mortẽ. Dñs rex in vasconiam tẽdit: ego aũt duplomate vtens eum euestigio sequor: vtinam sic possim currere vt cõprehendam. Vos vero pater orietis altissimũ: vt gratiam in oculis eius inueniẽs/ negocijs vestris ,pspere z ,ppere cõsummatis/ ad vos cũ exultatione regrediar. Benevaleant magni rustici vestri magister G. et alij archidyaconi Baloceñ. Benevaleant et alij socij nostri quorum singulorum sum totus z omnium.

¶ Contra ordinationes episcoporum incognitorum. Epistola.liij.

Ricardus dei gratia cãtuariẽñ. archiepꝰ/ totius anglie primas: venerabilibus fratribus z coepiscopis in cantuariẽñ. ,puincia cõstitutis: Salutem in vero salutari. Licet futura omnino vitare scandala non possimus: necesse est em̃ (sicut legitur) vt veniant scandala: officio tñ nobis iniũcte administratiõis incumbit/ q̃tum possumus scãdalorũ materiã prescindere/

atqꝫ maturiore cõsilio periculis imminẽtibꝰ obuiare. Diu est q̃ angelꝰ sathane trãsfigurare se nouit in angelũ lucis: et in vestimẽtis ouiũ/ atqꝫ sub adumbrata simplicitate deseuit ab antiquo lupina rapacitas. Sz et diebꝰ istis quidã pseudo epi hibernieñ. aut scotice lingue simulãtes barbariẽ cũ a nullo manꝰ impositionẽ acceperint/ epalia populis administrãt. Teste quidem apl'o. Nemo sumit sibi honorẽ/ sed quivocatur a dño tanqꝫ aaron. Illi vo nõ per ostiũ sed aliũde intrãtes/ ecclesiam xpi cõmaculant: z vt vituperet ministeriũ nostrũ: presumptiõe sacrilega dehonestant epalis eminẽtie sacramentũ. Cũ em̃ gratiã sacreuinctiõis nũq̃ acceperint/ celebrãt ordines/ eccl'ias dedicãt/ altaria cõsecrant/ benedicũt abbates/ z sic victũ z vestitũ misere mẽdicantes/ sacramẽta nostre redẽptionis cõuertunt in questũ. Om̃ igit ex taliũ administratiõe in eccl'ia anglicana multiplex occasio scandali iã emersit/ eosqꝫ quorũ ordinatio dubia est sacri canones nõ admittũt. Vniuersitati vestre mãdamꝰ atqꝫ precipimus: quatinus ꝑ vestras dyoceses generaliter ,phibere curetis/ ne tales ministrare ꝑmittant epalia q̃ barbare natiõis sunt/ atqꝫ ordinatiõis incerte. Sicut em̃ nõ intelligit processisse dedicatio vel baptismꝰ: vbi de talibus dubitat: ita nec eos reputamꝰ epos quoꝫ cõsecratio ignorat. Preterea qm̃ in his partibus publica falsariorꝫ pestis obrepsit/ q̃ bullis adulterinis z litteris calũnias innocẽtibus mouẽt: z statũ iuste possidentiũ subuertere moliunt: ,puidentie vestre districte precipimus: quaterꝰ solẽniter denũciari faciatis excõicatos singulis festiuis diebus eos q̃ dñi pape bullam/ vel nostra/ vel vestra sigilla falsare ꝑsumũt: eisqꝫ cõsentientes: vt quos a sua malignitate non cohibet ,ppie iudiciũ conscientie: saltem frequẽs denũciationis narratio valeat deterrere. Benevaleatis in xpo.

¶ Q; mulier non est monachanda inuita. Epistola.liiij.

Carissimo amico suo. L. Pictaueñ. archiẽ. P. Bleseñ. Bath. archiẽ. Salutẽ: z intime dilectionis affectũ. Lamẽtabiliter cõqueritur et causat Adelicia neptis nostra/ q̃ eam in monasterio detrudere: z claustrali vultis inuitã et renitentẽ custodie mancipare. Cogitabat equidẽ cõiugales amplexus: fructũqꝫ posteritatis de carnis operibꝰ expectabat: nunc autẽ cõpellitur (sicut dicit) abiurare matris officium/ z a prio limine salutatis delicijs vite/ z desiderabilibꝰ huiꝰ mũdi/ se deplorat incurrere perpetue sterilitatis opprobriũ. Sane miror plurimũ de prudentia z modestia vestra. Nam cũ prefata A. iam etatẽ habeat: z ad annos discretiõis euaserit: non est sicut michi videt ad religionis ,ppositũ violenter vrgẽda: maxime cum scriptura testet/ deo grata nõ esse coacta seruicia. Sed et canonũ clamat auctoritas: qꝫ monachũ siue monachã facit ,ppria ,pfessio: non paterna deuotio, ,ppie em̃ ,pfessionis vinculo non ligatur/ qui huic ,pfessioni q̃tum potest renititur z reclamat: nec astringit ipsam paterna deuotio: qꝫ non est in sacris patris/ z quasi emãcipata per patris mortẽ/ et in alienam potestatẽ non recidens/ liberam animi sui adepta est facultatẽ. Vtriusqꝫ iuris beneficio matrimonia libera sunt. Ideoqꝫ si matrimoniũ carnale gaudet libertate indulta: spirituale matrimoniũ priuilegiatũ est pleniore gratia libertatis: nam vbi spiritus ibi libertas. Si neptẽ vestrã filio altissimi desponsare disponitis: scitis q̃ spõsus sibi exhiberi desiderat mẽtem sanctã/ spontaneã/ nõ coactam. Nã in genesi legitis in desponsatiõe rebecce: qꝫ eius voluntas diligẽter inquiri precipitur. Sed z iosue in optiõe populi israel ponit seruire dijs mesopotamie/ aut dijs amoreorũ/ aut dño deo: insinuans seruicium nõ esse meritorium apud deũ quod ,preter liberã arbitrij beniuolentiã est extortũ. Porro neptis vestra publice protestatur q̃ eam inutiliter fatigatis/ z ad ipius cõuersionem laboratis in vacuũ. Esset em̃ sicut asserit ex ipsa cõuersione peruersior: z si millesies clauderet in claustris: ipa tamẽ in vestrũ dedecus z cõtemptũ tempestiuũ sibi ,pcuraret egressum. Tenent igitur vos (sicut michi videt) labor inutilis/ z cura supflua. Vereoꝫ ne vobis adaptet aliquis verbũ illud dñi: ve vobis q̃ circuitis mare z aridã vt vnum ,pselitũ faciatis: et cũ repertus fuerit factis eũ duplo gehẽne filiũ. Desistite itaqꝫ ab inceptis: z si neptis vestra iugũ religionis abhoret/ atqꝫ deo immortali despõsari detractat: homini despõset: z que in mõte saluari nõ potest saltem in segor modica ciuitate saluet. Quia tñ plurimũ litterata est: ego ipam adhuc z litteris/ z viua voce aggrediar: volẽs in ea experiri quid in talibus post gratiã dei possit humana facũdia. Humana em̃ persuasio sine gratia dei nichil aliũ est q̃ es sonãs/ aut cymbalũ tinntẽs. Ille solus donat esse et sapiẽtiã qui dicit Sine me nichil potestis facere. Tu igit dñe benignus aspira/ z q̃ de lapidibꝰ suscitas filios abrahe tu auferas ab ea cor lapideũ: atqꝫ in spũ timoris dñi immittas ei cõuersionis z sancte conuersatiõis affectũ.

¶ Exhortatio monialis ad religionẽ. Epla.lv.

Dilecte z predilecte in xpo Adel'. Magister Petrus Bleseñ. Salutẽ in dño deo salutari nostro. Gaudent oẽs q̃ te diligũt: sed z gaudiũ est angelis dei: qꝫ in desiderijs habes sanctioris vite ,ppositũ. Nam sicut dicitur renunciasti (occulte tamen) fallaci huic seculo: mundumqꝫ relinquere decreuisti prudenter anteqꝫ relinquaris ab eo. Beata es q̃ (spretis filijs hominũ) filium altissimi tibi elegisti in spõsum. Rex regũ et dñs dominantiũ ipse est q̃ cõcupiuit decorem tuũ: ad cuius copulã ,pphetã te inuitat. Audi (inquit) filia/ z vide: z incli. au. tuã z obliuis. p. t. z do. pa. t. Decor eius nõ in corpore est: sed in mẽte. Oĩs em̃ gloria filie regis ab intus. Tãto eris acceptior spõso tuo xpo quãto fueris in veste vilior/ in cultu corporis tui abiectior/ in sermone rarior/ in vultũ deiectior/ in aspectu verecũdior/ in incessu maturior.

Nõ est sanctus vt est dñs/ qm̃ ipse est sanctus sanctorũ: qui a te nichil aliud postulat nisi pudicitie sanctitatẽ. Scriptũ est em̃. Gratia sup gratiã mulier pudorata ⁊ sancta: vtinã ei q̃ te per ppheta filiam vocat dicas sicut scriptũ est: pater virginitatis mee tu es: ⁊ ipe tibi illud rñdeat qd̃ alibi legit. Patrẽ vocabis me: ⁊ post me ingredi nõ cessabis. Ingrediẽs post virginẽ matrẽ spõsi/ipa est em̃ virgo virginũ que p̃cedit. Adducent regi virgines post eã/ prime eiꝰ afferent tibi/ ⁊ adducent in templũ regis. Filie huiꝰ seculi filie babilonis: q̃ de carnis immũdicia sibi destinãt successores. In peccato cõcipiunt/in doloze pariũt/in timoze nutriũt: de viuẽtibus semp sollicite sunt: de mozientibus incõsolabiliter affligũt. Si vis parere/vis perire: partus em̃ in modũ vipere maternos artus onerat ⁊ disrũpit: mirũq̃ est q̃ fetus ille nõ lacerat/et rũpitur. pdiens aũt in vallẽ plozatiõis ⁊ miserie huiꝰ a plozatiõe incipit: ⁊ vsq̃ in finẽ huiꝰ breuis ⁊ miserevite ꝓtinuat in doloziꝰ dies suos. Sicut iob cõmemozat dicẽs: homo natꝰ de muliere breui viuẽs tẽpoze/repleꝯ multis miseriis. O q̃to beatior est eoz/earũve conditio/qui se castrauerũt ꝓpter regnũ celozũ: quoz laus est in euãgelio/quibꝰ dulcior est amor xpi q̃ numerositas filioz. Audi quid dicat de talibꝰ ysaias Non dicat(inquit)eunuchus. Ecce ego lignũ aridũ: q̃ hec dicit dñs eunuchis: dabo eis in domo mea/⁊ in muris meis locũ/⁊ nomẽ melius a filijs ⁊ filiabus. Eos vocat eunuchos tã ppheticus q̃z euãgelicꝰ sermo/ q̃ se p amoze xpi voto castimonie astrinxerũt. Olim dictũ est Crescite/⁊ multiplicamini/⁊ replete terrã. Et maledictus q̃ nõ reliquerit semen super terrã. Ideo filia lepte tanq̃z maledicto legis obnoxia exoztẽ posteritatis sue pudicitiã deploza bat. Verũtamen ex quo venit dñs legis legẽ adimplẽs/nõ soluẽs: ex quovoz turturis audita est: et preco pudicitie paulus consiliũ de virginitate dedit: impleuerũt nuptie terrã/et pudicitie paradisum. Prudẽter egisti q̃ p amoze xpi huius vite fallaces delitias/⁊ opes pdiziias dimisisti. Ipe zelatoz et custos casti cozdis et cozporis te sanctã/impollutã/⁊ angelice puritatis sociã conseruabit. Opti me incepisti: verũtamen nõ principiũ/sed finẽ attẽdit qui iudicat fines terre. Sic curre vt cõprehẽdas. Gloria em̃ virginũ est in fimbriis aureis: ⁊ sevsq̃ in oram vestimẽti vnguentum benedictiõis infundit. Michil queso seculare in corde tuo resideat: sed te totam offeras/vt sis coram dño placabile holocaustum. Ananias ⁊ saphira in interitũ dati sunt: q̃ quedã de oblatis domino recidere voluerũt. Renuncia omnino seculo/⁊ ingredere claustrũ: vtere habitu quẽ familiariter suscepisti: ⁊ cuius susceptionẽ iam dissimulare nõ potes. vota omniũ iam tibi predestinant abbatiam: ⁊ eterne felicitati diuitie tẽpozales accrescũt. Maturius igitur perfice quod cepisti. Nam si xpo illuseris/ ⁊ irritã feceris primã fidẽ: cũ filiabus babilonis babitura es sortẽ/⁊ infamia tua nõ delebitur in eternum.

¶ Correctio epi venatozis. Epistola.lvj.

¶ In hac epistola habet maxime detestatio venatiõis in clericis: et magis in prelatis. Et habet exhoztatio ad venationẽ spiritualem: scz animarum errantium.

Reuerendo patri ac dño vvaltero dei gratia Rofen. epo. P. Blesen. Salutẽ: ⁊ patientiam. Inter angustias cõstitutus nescio quo me vertam. Si em̃ vobis dixero q̃ dici oportet/incurrere vereoz vestre indignatiõis offensam. Si aũt tacuero(vt ꝟbis iob vtar) os meũ condẽnabit me: maxime cũ taciturnitas mea sit vobis erubescẽtie materia/⁊ subuersionis occasio. Malo autẽ vos offendere vestre saluti cõsulendo: q̃z tacere dãnabiliter vobis/⁊ ignominiã vestram dissimulare silentio. Certissime nouerũtis dño pape fuisse suggestũ/q̃ neglecta cõmissi vobis populi cura/ ⁊ ab tecta omino grauitate pontificis/ vitam vestrã canũ venationi totam impẽditis: nec tẽperat in vobis senectus maturior delicate puriginẽ leuitatis. Jã in vos ipse ⁊ cardinales grauissime animaduersiõis sententiam ꝓmulgassent: sed legato qui in primo vẽturus est/⁊ rei inquisitionẽ/⁊ executionem sententie cõmiserunt. Non decet amantissime pater virũ octogenariũ se talibus immiscere: nedũ eꝑm quem nec etiã iuuentus a talibus excusaret. Legimus q̃ nycolaus papa suspẽsionis ⁊ excõmunicationis sententiã in lamfredum eꝑm ferri cẽsuit q̃ venaticam artem exercebat/ licet ille excusabilior esset beneficio iuuẽtutis. Ab exordio mũdi percurrite sanctorũ patrum seriem. Venite ad patriarchas/accedite ad duces/descẽdite ad iudices: vitam sanctoz regum ⁊ ꝓphetarum/atq̃z sacerdotum inspicite: nullumq̃z eoz inuenietis venationi studiũ impendisse. Piscatorẽ sanctũ legi(dicit hieronymus)venatorẽ nõ legi. Nam si beatus eustachiꝰ legit q̃ñq̃z fuisse venator: sed ⁊ mathe⁹ quãdoq̃z thelonearius fuit: ⁊ paulus ecclesie persecutor. Nembroth robustus venator: ipe est qui in terra semnaar edificauit babel: vbi linguarũ scisma factum est/ ⁊ cõfusio labioz. Esau dum officium venationis exequit: gratia primogeniture/⁊ paterna benedictiõe fraudatus est. Si curratur ad inuentionẽ ⁊ initia venatice artis: patebit ex ipsa sua inuẽtione damnabilis. Huius enim artificij aut potius maleficij legit fuisse inuentrix gẽs thebana/feda parricidijs/ detestanda incestibus/infignis fraude/nota periurijs. Deriserũt eos athenienses fingentes sub quodam inuolucro/dardanum venatorem raptum ad pocula/ et a poculis ad illicitos ⁊ infames amplexus. Vt de sanctis patribꝰ taceam: vix in nũero virorũ illustriũ poterit inuenirl qui exercuerit artẽ venaticã vel qui gratia voluptatis fixerit aeripedem ceruam. Licet autem erimãti plantauerit nemora victor alcides. Si actor romani generis ceruorum corpora fudit. Si meleager aprũ strauit calidonie vastatorem. Isti in hoc non priuate voluptati/ sed vtilitati publice seruiebãt. Que tamen cõparatio est gẽtiliũ ad sacerdotem xpi? Qui mortis cruciatus

preeligere debuisset anteq̃z ad talia posset cogi. Sane aliud venatiõis genus vobis ex officio incumbebat: in qua subiectoz est salus/⁊ gloria presidẽtis. Dicit em̃ dñs per ppheta. Ecce ego mittam venatores ⁊ venabunt in omni mõte, prelati siquidẽ ecclesie venãtur in omni monte/dũ aias aberrantes quasi in predã ad obsequium xpi rapiũt in eminẽtia scientie doctrine. Apostoli missi in ozbẽ terrarum/increpabãt feras arũdinis/ dum adinstar magistri sui pharisevz ypocrisim/⁊ figuratiuã cerimonialiũ obseruãtiam reprozbantes/vna die multa milia hominũ venabantur ad fidem. Utinã huic venationi velitis operã dare/longiq̃z temporis iacturã quod in vanitates euanuit fructu vite melioris/⁊ eruditiõe populi cõpensare. Agite queso vt aduẽtũ legati castigatioz in vobis vita preueniat: veniet em̃ in spiritu vehementi vt non edificet aut plantet: sed vt destruat et euellat. Noueritis autẽ q̃ in ramis palmarũ accepi licẽtiam a domino papa/ ⁊ fratribus eius: atq̃z sequenti die iter arripui veniendi: legatus autem ea que vie et legationi sue erant necessaria cũ omni instantia ꝓcurabat. Festino ad dominũ regẽ post huiꝰ vite pericula ⁊ labozes: magnas apud ipsum fatigationes expectans. Benevaleatis.

¶ Arguitur in menacho consolatio secularis. Epistola.lvij.

Arissimo socio ⁊ amico. G. de alneto. P. Blesen. Batho. archiõ. Salutem: ⁊ in domino cõfortari. Ea inter nos ab adolescẽtia coaluit dilectionis affectio quã in cognatiõibus nec vinceret sanguis/nec natura transcẽderet. hoc in magno rerum discrimine frequenter expertus sum/q̃ si in corporis inualitudine/ aut aliis huius vite molestijs laborarẽ: astitisti michi adiutor fidelissimus ⁊ officiosissimus cõsolator. Ego etiã tua semper infortunia mea feci: atq̃z inter ca suales euẽtus sortem meã tuo statui amica multitudine et cõcatione gratissima coaptaui. Dicis te sanctionis vite ꝓpositum ideo specialiter elegisse: vt huius secuti tentatiões euaderes: nunc autẽ lamentabili cõquestione deplorasse te in ipso religiõis ingressu longe miserius q̃z prius tẽtationibus circunseptũ/ tuamq̃z carnem ex ipa sui seruitute legi spirituali cõtumacius repugnare. Nõne legeras q̃ vita hominis tentatio est/ ⁊ milicia super terrã? Mundus aduersus desertores suos fortius pugnat: ⁊ egredientes vite secularis illecebras graviozz cõgressus expectat. Nã et in exitu israel de egypto/pharao vehemẽtius excandescit: ⁊ sathanas egrediẽs ab homine quem ab infantia tenuerat/ ipsum grauius affligẽdo discerpit. Turbo mouet vt helyas rapiatur in celũ: nec aduersus beniamin prevalet israel donec multozũ milium occisione purget. Cõmunis cursus vite presentis est tentatiõibus apprehendi. Nã ad virtutis exercitium hierosolomitis relictus est iebuzeus: ⁊ apostolo spũs sathane datus est ne reuelatiõibus extollat. Arenam pugne accipitis ingressus es in qua nõ apprehẽdes brauium/ nisi curras: nõ coronaberis/nisi pugnes. Dñs aũt fortitudo plebis sue dñs virtutũ: dñs fortis et potẽs in prelio ipse doceat manꝰ tuas ad pliũ ⁊ digitos tuos ad bellũ. Ipse si tẽtari te permittit/faciet cũ tẽtatiõe, puẽtum: pressure tue(vt ꝟbo Job vtar)quasi aquarũ que preterierũt nõ recordaberis. Cũq̃z te cõsumptũ putaueris/orieris vt lucifer: ac de ifirmitate ꝓficies ad coronã: de pusillanimitate spũs ad triumphũ. Vũ autẽ amatoria iuuẽtutis ⁊ adolescẽtie nostre ludicra postulas ad solaciũ tediozũ/ expedire nõ arbitroz: cũ talia tẽtationes excitare soleãt/et fouere. Omissis ergo lasciuiozib⁹ cãtilenis/ pauca q̃ masuriozz stilo cecini/tibi mitto: si te forte releuẽt a tedio/⁊ edificẽt ad salutẽ.

¶ Cantilena de lucta carnis ⁊ spiritus.

Olim militaueram põpis huiꝰ seculi: quibus flozes obtuli/mee iuuẽtutis: pedẽ tamen rettuli/circa vite vesperam: nũc daturus operam/militie virtutis. Carnis insolentia pugnat cõtra spiritũ: nec metit exitum vite tẽpozalis: sed si iuxta meritũ referuntur premia: misere stipẽdia/moz erit immozalis. Diu carnẽ studui spiritui/fame/sitiverbere subijcere/ nec potuit domari: nam addicta voluptati/seruitutis iugũ parti detractat misera: tunc demũ libera si sciret ancillari. Felix illa seruitꝰ q̃ gemitus gehẽnales adimit/ ⁊ redimit de manu tribulãtis. Spõdet mũdꝰ libertatẽ: dãs peccãdi facultatẽ: cuiꝰ delicias fugaces fugias: ⁊ dolos adulãtis. Mũdꝰ ⁊ demoniũ fidẽ sanxere mutuã/ fraudis ad consortiũ/carnẽ trahentes fatuã: sic q̃ pdiziias blãdicias/insidias ꝓcurant: ⁊ in necẽ aie miserrime nequissime cõiurant. In fenestris capitis/occultãt retiacula: sed vibzãt in abscõditis/tẽtationum iacula. Seruat hostis aditus sollicitus/⁊ exitꝰ explorat/trahẽs hãc in publicũ q̃ lubricũ/ sophisticũ ignorat. Me deterret dyne raptus: cuius forma sychem captus/dũ affectat temere violati capere/primicias pudoris. Non est qui vim repãmat: vel oppresse redimat/opprobriũ sozoris. Cessa caro lasciuire: q̃ dies instat tre/ne te mũdꝰ rapiat: nõ te circũueniat/ fraus spũs immũdi. Mos hec vita deserit: et vt vmbra preterit/huius figura mundi. Rodos abrũpe veteres: vt superes hostis tentamẽta: ne templum dei polluat/ aut destruat christi fundamẽta. Qui habet aures audiat/sub quanta mole criminũ: clerus laborat hodie: dũ in christo luxuriat: nec vult placare dominũ ꝓ fructus penitentie. sed differt ⁊ induciat: falseq̃z sibi somniat: sortis in casu dubie: longũ viuendi terminũ. Ob nimiã molliciem: sordesq̃z vite varias nulli differt ordini: trahuntur in pernicie: per partes ⁊ minutias/ecclesiarũ termini. nec habet archa requie: malchus in xpi faciem: iason in vasa dũi/manus extendit impias Irreuerẽter confluunt omnes ad sacrũ ordinẽ: sed hominem veterẽ nunq̃z exuũt: nec feditatis diluũt antique turpitudinẽ hi calicis dulcedinẽ dãt in amaritudinẽ/et in venenũ aspidis. Jesumq̃z magnũ sordidis vestimentis induũt/ ⁊ polluunt testamenti sanguinẽ.

Singultuosis vocibusverbū salutis predicant/ꝛ explicant monitis salutaribus quid agēdum sit omnibus:sed esau sunt manibus/ꝛvoce iacob indicant. q̄ dum se passim implicāt flagitiosis actibus/ꝛ exemplis enormibus aias mortificant/edificāt syon in sanguinibus.Qui ꝓ laude verba vendis/cultoris vtens farculo: dū phaleras in populo sanctitatē quā pretēdis: nō possides in sacculo/ gaudes inani titulo/verbis vtens reuerendis. in te trabem nō attendis: que toti patet seculo/et festucā reprehendis in tui fratris oculo. Plebs ꝓ xpo bellicosa fugit a mundi precio/celum petit martyrio:sed in nullo fructuosa clericorū ꝓditio/enormi torpet ocio. O mors xpi preciosa/semper fuit copiosa apud te redēptio: sed in istis ociosa fit redēptoris passio. Quare non accipiunt salutaris calicem:ꝛ ꝓ xpo verticem gladijs obijciunt:Sed terrena sapiūt:nec timent iramvindicem/terribilēq; iudicem miseri despiciūt: colant enim culicem/ꝛ camelum glutiūt. Qui letargū pateris surgens expergiscere:hora est iam surgere:vulnus vnde moreris medico nō aperis. In tui cordis vlcere/scis fistulam obrepere:nec medicinisvteris erubescens temere ligaturam vulneris. In noua fert animus/ructare querimoniam/horenda que cōmittimus/superne syon filiam ad questum ꝓstituimus. Ioseph eunucho vēdimus/erigimus dagon in arche gloriā/ auriq; color optim⁹ versus est in scoriam. Ascēsurus in ardua/ crucem in dolo baiulat: erecta demū statua/nepotū turba pullulat: quos varijs ecclesijs intitulat: his influens superflua dissimulat q̄ vir honestus exulat:non implet vasa vacua:sed plena supercumulat. Professus euāgelium/abit in viam gēium: qui sancte pacis ocium elegerat/ redit ad ollas carnium. Regale sacerdotiū ad carnis improperiū degenerat:damnabile cōmercium fit membrū meretricium: qui membrū xpi fuerat. Quid hic agꝭ anima miserrima:pulsat mors ad ostium/carnis vt diuortium celebrent nouissima.hora estvndecima/nec finem habet ignium autvermiū/vel cinerum mors peccatorū pessima. Mente queso cogita sollicita/ q̄ incautos rapere sit solita/ mortis hora subita. Moli tēpus perdere prepropere:nemo se morti preparat/dū te mundus exhylarat/dum ꝓmittit viuere iocūdius ꝛ longius:runc mors amara separat. Quis aquā tuo capiti/quis dabit tibi lachrymas vt laudes regis incliti:fraudesq; ducis expimas? In regiōes vltimas planctu discurrat anxio ꝓditio:nostriq; regis captio:que tot affligit aias. Feda rubigo mentiū te pestis auaritie dux duxit in flagitiū: damnabilis memorie hostis herodes impie/inuasor christi glorie.nam regie nō nocens innocentie:sed christo sed ecclesie flos regum/ducum/ꝓcerum/iter q̄ō erat liberum sensit inexterminabile:dū incidit in cerberū/qui facile detexit cor ignobile/vas deo destabile/vas scelerum/ dū crucifigat iterum christū in christi pugile.Iudex xpm distraxerat:dux regem vendit anglie: sed crimen hoc exaggerat ydolatria pecunie.nam impie pace cū rege finxerat/ dū ei rex improperat q̄ fugerat relicta crucis acie/cedēs in partē syrie.Xpi miles in hostiles irruebat cuneos:dux cū prauis ꝛ ignauis fabricabat laqueos/ in regis captionē sic seuit in leonem vulpecule versutia. bibe nūc auaricia/dū puteos argēteos larga diffundit anglia/ tua tecū pecunia sit in perditionē. Infidelis ꝛ crudelis triūphalem titulū crucis xpi polluisti: vēdidisti populū terre promissionis fili perditiōis. Rex reuertēdi studio firmauerat triēto discordiā in gratiam: sed tua machinatio cōfirmat in dauid solio tyrannum babilonis. Dū amicus suggerit fer cū patiētia: desere palatia:nā curia curis immo crucibus et mortib⁹ semper est obnoxia.figura mūdi preterit/homo cum interierit nō sumet secū omnia:dies hūc peremptoria comprehēdet/nec descēdet ei⁹ cū eo gloria. Quicquid ditas hodie curie iuuāt me delicie quarū prebent copie:q̄ō in vobis sum pplexus:quo me vertā nescio:pre gaudio dū aduersus glorie michi cedit ois sexus/etas ꝛ cōditio: tot⁹ feror in amplex⁹ voluptatis obuie. Tenētvos in curia cult⁹ delicatior/cib⁹ exquisitior/ꝛ lautior.q̄ timeor nec timeo:q̄ augeo parentū patrimonia: q̄ intono magnalia me diuitū cōsilia/me tenēt accidentia dignitatū/quas magnatū largit amicitia. Rex⁹ abrūpe curie/deo te totū immola/tēpus indulget venie ficulnee parabola. Rachel abscondit ydola sub fimo penitētie/sumptus pdis ꝛ operas/si differas: oblatā tibi gratiā:vincis/regnas/ꝛ imperas si tāgis xpi fimbriā:ꝛ ydriā samaritane deseras. Stulti sunt q̄ miserivolūt spōte fieri/nō est impatiēs xpi clementia/sera sufficiēs est penitētia.tu vba garriens dauid nō eripi presagis pessima michi nouissima:ſ sic intercipi non potest aia:nec est laus vltima placere pncipi. Quid te iuuat viuere/si vis vitā perdere in aie dispēdio:nulla est estimatio si vis vt te phēnibus absorbeāt supplicijs:mors ꝛ inferna palus:pfidas in principibus/ꝛ in eor filijs in quibus nō est salus. Grata est in senio religio/iuueni nō cōgruit: carnis desiderio ꝓsentio: nullus enim odio carnē suam habuit. neminē ab inferis reuertētē vidimus/certa nō relinquim⁹ ob dubia/somniator animo respuens presentia:gaudeat in aulibus/q̄b⁹ si crediderīs expectare poteris arcturū cū brītonibus. Diuitie tā anxie/quas acquiris cū tormēto:vt somniū surgentiū euanescēt in momēto:sine fine tāq; spine pungūt/angūt/lacerāt: scis quid tibi cōferant? q̄ seru⁹ es seruor:dū in his te crucias/vt seruias cliētum libidinibus/et ventribus equorū. Cur arguor si perfruor/bonis q̄ manus dñi/ dedit ad vsuz hominis? Quotiēs voluero miser eē potero/si michi soli vixero. totus sum mūdo pditus: benignus dei spūs non dedit ista celitus/vt in dolo nos eludat/ꝛ ꝓ ista nos detrudat in puteū interitus. O vanitatū vanitas: q̄ est hec securitas inter hastas hostium frendētium? astat mors in ianuis/ꝛ defluis in omne desiderium:sed irruet calamitas repēte super impium/ voluptatumq; breuiū:mutabitur iocūditas eternum in supplicium.

¶ Monet eps ad māsuetudinē. Epla.lviij.

¶ In hac epistola habet rationalis ammonitio ad episcopū/vel superiorem vt mansuescat. Ne vt non querat occasionem/ nec iniuste procedat contra subditum ordinem iuris non seruando.

Dilecto ꝛ predilecto dño ꝛ patri suo.R. dei gratia bath.epo. P.Bleseñ. Bath. archiō.suus cū salute obedientiā deuotissimā ꝛ obsequiū seruitutis. Celestre indignatiōis litteras immo tonitruū legi: in quib⁹ aia mea turbata est valde:ꝛ cor meū dereliquit me:veruntamen (vt verbo ꝓphete vtar) Inuenit seruus tuus cor tuum vt doaret te. Ozo itaq; q̄ quasi impetrata edicti venia/ dimittas me ꝓpus vt gustam saliuā meā: ꝛ plangam paululū dolorē meū: nō superbe arguēs/sed deuote respōdens. Interdum tñ exvehemētia doloris aliquid duri⁹ interponēs. Si ergo ex abūdantia cordis ore mea q̄nq; cursum deuote humilitatis excesserint/indulgeat michi libertas vestra:q̄ sicut sapiēs dicit: Feruor iracūdie ꝛ indignatiōis impet⁹ nō est in hois potestate. Ignoscere misericorditer suū cognoscētī excessum: q̄ inter primitiua legū cuna bula didicistis q̄ sanctitas ēpo dereliquit gloriam ignoscēdi. Scio q̄ queritis occasiones aduersum me:atq; pditoria suggestiōe contēptionis materiā suscitatis. Amātissime pater (vt ore iob vtar) Molo multa fortitudie cōtendas mecū/ aut magnitudinis tue mole me premas:pponas contra me equitatē/ꝛ appendat in statera iniquitas mea/ꝛ malum q̄ō patior. Si aperires oculos tuos ad iustitiam aduersus eum cuius delictū arguis: doleres te grauiter deliquisse/iuxta testimoniū salomonis. Nō est in litigio dehonestādus amic⁹:nā et⁹ dēhonestatio facile resarciri nō potest. Frequēter legistis in libro experientie quot pericula/quot labores ꝓ vobis tulerim/ q̄ sollicitā/ꝛ q̄ efficacē ꝓmotioni vestre operā dederim. Si cōsilia nostra secretiora recolitis:scitis certissime q̄ neq; mors/neq; gladius/neq; vlla turbationis occasio a vestra dilectiōe separare me debuit. Verūtā cū fortis sit dilectio vt mors:fortior dilectiōe adulatio michi vos abstulit:si tū eum michi potuit auferre quē patet sicut ex presenti euētu cōstat me nullo tēpore habuisse. In absentia mea(citra oēm solēnitatē iuris) ꝓhibitiōes vestras cōtra me fecistis min⁹ synodales in synodo: q̄ in eo dūtaxat michi moleste fuerūt/q̄ vestre ira cūdie impetū/ꝛ epalis eminentie intēperantiā monstrauerūt. Vicearchidyaconū meū cū omni satisfactioni ꝛ iustitie se offerret/in mei nois cōtumeliam suspēdistis. Videre si iuste iudicastis q̄ iudicatis ordē terre:recolentes q̄ ꝛ iudices iudicatur⁹ est q̄ iudicat fines terre. Nō ita in lateraneñ.cōcilio didicistis/vbi in omni sentētia suspēsionis ꝛ excōicationis ferēda pria/ꝛ secūda/ꝛ tertia erat ammonitio ꝓmittēda. Illa etiā priuilegialis ecclie romane ꝓtectio/quā sub regmine alarum vestrarū impetraui: ꝛ que tēpore cōcilij lateraneñ. longe plenior ꝛ solēnius michi roborata est/a vestre benignitatis memoria nō debuerat excidisse:in qua michi specialiter est indultum/vt nec archiēps/nec episcopus me aut meos excōmunicet/aut suspēdat/nisi publice cōuictos/aut in iure cōfessos. Et tamē verbis iobvtar. Si habuero quippiā iustitie nō respondebo:sed dñm ꝛ iudicē deprecabor/etiā si me occiderit sperabo in eo. Verūtamen vt verbo regis samarie vtar:queritis aduersum me occasiones: occasiones autē in prōptu sunt. Ego qui reliqui (ne vos offenderem)q̄ō preciosius ꝛ gloriosius habebam inter oīnia que michi cōtulerat fortuna clementior/ anteq; grauius offendamini michi: parat⁹ sum angliam/et oia beneficia anglicana relinquere/ atq; oīnes ambitiōis nexus(que vtinam nec in me/nec in vobis regnarent)abrūpere. Non abhorreo paupertatem in qua ditior fui et felicior/ q̄ in diuitijs maledictis. Si me perdideritis semel/me perdidisse forsitan dolebitis:ꝛ grauius feretis illius absentiā:cuius nūc presenti obsequio vti/ vel dedignamini/ vel nescitis. Apud vos oia in cōtrarium michi cedūt:dum em̄ honorificētie ꝛ ꝓmotioni vestre totus insudo:totus immorior:vos super dolorem vulnerū meor addere non cessatis. Ego autē omnia equanimiter sustinebo/nec ponam os meū in celum:nec loquar aduersus dominum meū/nec aduersus xpm ejus. Sed vt in humilitate iob vniuersa concludam. Qui flagellat occidat me semel: qui cepit ipse me conteratꝛ soluat manum suam ꝛ succidat me:ꝛ hec sit consolatio mea/vt affligens me dolore/non parcat.

¶ Rogatur eps indignationē suam remittere fideli suo. Epistola.lix.

Reuerendo dño ꝛ amico.R.Bath.electo/suus.P.Bleseñ.Salutē:et temperantiā.Rogatus vos rogare cōpellor: veruntamen ꝛ si mille preces ineā instātiā preuenissent/ teneor ꝓ amico meo apud vos humiliter supplicare: cuius merita si recoleretis/nec mee/nec aliene intercessiōis debuerāt suffragia mēdicasse. Ipse est q̄ se ꝓ vestris necessitatibus totiens piculis maris expoſuit:q̄ q̄nq; cū montes cilleniꝭ clausi essent/ pedesq; nostros apō terminū aeris intemperies defixisset:ꝛ strata montiū mortuorū cadaueribus plena essent: ipse quasi inter mortuos liber in ytaliā ꝓ mandato vestro transalpinare nō horruit:expletisq; negocijs vestris cū comite mauriane advos in eadē tempestatis insania duplomate vel deplumate remeauit. Tanti obsequij memoriam nec diuturnitas tēporis/ nec offense grādis enormitas exsufflasse debuerāt: necdum proditoria suggestio vestri symonis: cuius precipua est intentio vt vos sibi totum singulariter vēdicet/ ꝛ auferat vniuersis. Miror qualiter ad verbū vilis adulatoris potuistis ita excandescere aduersus hominem grauissime opinionis/ꝛ fidei approbate:nisi q̄ lingua adulatoris turbare oīnia potest:cuius cogitatio semper est in malum: verba autem oris eius iniquitas et dolus.

Jlectissimo magistro suo Petrus Blesen. Bath. archidya. Salutem: ꝛ in amicitie sinceritate constantiam. Equiuocationi vestre toto corde congratulor: nec reor hoc accidisse sine dispensatione diuina: vt nobis esset vniformitas nominū quos a puericia fecerat vniformes identitas volūtatum. Qm si homo se secretioris vite aut fame hūiliorīs huic nomini cōicaret: tātū derogaret cōibus titulis quātum nūc vel adeptiōe honorꝝ/vel magnatū familiaritate/vel populi fauore/ vel scriptis aut suauiorū gratia/nomen vobis equiuocū dilatatis. Jam in oēm terram ꝛ in fines orbis terre illud nomen exiuit. Nostra etiā scripta q̄ se diffundūt ꝛ publicāt circū quaq̄/nec inūdatio/nec incēdiū/nec ruina/nec multiplex secl'oꝝ excursⁿ poterit abolere. Sola scripta sunt que mortales quadā fame immortalitate ppetuāt: ꝛ actib⁹ veterū quos traducūt ad posteros/nullā pmittūt obrepere vetustatē. Ore legar ppl'i/p oia secula fama. Si q̄d habēt veri vatū ꝓsagia viuā. dicit ouidⁿ. Cū anthoniⁿ linguā ciceroīs abscideret q̄ in ipm dictauerat iuectiuas: ꝟz et cicero rūdisse. Nil agis anthoni: scripta diserta manent. Quis hodie lucillū cognouisset: nisi eū seneca suis epl'is illustrasset: Plus cesaris laudib⁹ addiderūt scripta ꝟgilij ꝛ lucani: q̄ oēs diuitie quas de diuersis mūdi puincijs adunauit. Paudētia ytaci et pelide ꝟtus sub tenebris ignorātie vsq̄ hodie latuissent: nisi eas diuina omeri mens carmine publicasset. Ideo principib⁹ terre ꝛ his q̄ res arduas mūdi gerūt nichil ad laudis acquisitionē posset cōpēdiosius inueniri: q̄ eos familiares et amicos habere q̄ scribēdo scirēt ꝛ possent res gestas ad posteros diriuare. Ceruntū sicut nup elegātissime tetigistis/eliminat a palacijs adulatio veritatē. Illi soli ad magnatū gratiā admittūtur q̄ palpant blādicijs/ꝛ aures fame bibulas calice babilōis inebriāt. Ampliāt eos bnificijs quos torquere debuerant: ꝛ a ꝓsumptiōe adulandi supplicijs deterrere. Legit q ātheniēses thimagoram inter officia salutatiōis dario adulātem capitali supplicio affecerūt. Lacedemoniorū etiā senatus caritolū interimi iussit/eo q maluit viris detrahere occulte/q̄ publice ꝛ cōstāter arguere: atq̄ in his tā adulatoribus q̄ detractoribⁿ silentiū indixerūt. Porro laudat hodie pctōr in desiderijs aīe sue: ꝛ niquus bñdicit. Mordacissimⁿ detractor in absentia nichil pñtialiter pponit/ sed qd placere existimat. Verba oris etⁿ iniquitas ꝛ dolⁿ. Nā se sentētie gnatonis addixit: cutⁿ ꝟba in comico hec sunt. Negat q̄s/nego. Ait/aio denicq̄ imperaui egomet michi oia assentari. Ratio cōmoda est rides maiore cachinno. Cōcutit flet si lachrymas cōspexit amici. Nec dolet igniculū bruinesi tēpore poscis Accipit andromadē: si dixeris estuo/sudat. Nō sumus ergo pares dicit ymbertⁿ. Melior q̄

semper et dūi nocte dieq̄ potest alienū sumere vultū A facie iactare manⁿ laudare paratus Si bene ructauit/ si cetera fecit amicus Et qui ꝓducti plozāt in funere/dicūt ꝛ faciūt ꝓpe plura dolentibus ex aīo. Sic deriso ꝟo plus laudatore placebit. Bene cū magnatibus agere si scirent inter adulationē laudēq̄ distinguere. Sed ceca laudis ambitio plus credēs alijs de seipo q̄ sibi: vtrūq̄ recipit indistincte. Illud etiā apō palatinos plurimū ꝓmouet cōditoris adulatorie sortem: qz ꝛ si nō oēs laudem appetant: nemo tñ renuit/ aut cōtemnit oblatā. Nescio si quē principū nostrorū vobis in laudū materiā elegistis. Ego in libro de prestigijs fortune (quē vestro cōmitto corrigendū examini) actus dūi regis anglie henrici scōi/ꝓ mea paruitate magnifico: cōfidens in dño q lector si nō fuerit inuidus/gratāter hoc opusculū acceptabit. Totū siquidem meū est/ vt dūs rex moriēdo non moriat: sed per laudem mortuus viuat. Cunq̄ oēs adulantiū lingue euanuerint/beneficio scripture memorialis eⁿ gloria eternet. Vos quesо aliquid semp scribite qō lectores eruditat: qō q̄ nomē vestrū in memoriā sanctoꝝ ꝛ odorem suauitatis effundat. Libri mei siquidē pria pars a magistro guillelmo fratre meo correcta est: sed qz ti meo ne sit indulgētior michi si q̄d in eo vicioſum inuenit: precor vt ab initio totū diligētiore studio recurratis: quatenⁿ nichil ibi resideat qō lectorē offendat/qō inducat errorē/ qō virtutē nō exerceat/ qō nō edificet fidē/qō vitam nō instruat/qō non sapiat honestatem.

¶ Congratulatio noue ecclesie blesensis. Epistola.lxxviij.

Jlectis dūis et amicis magistro. R. decano ꝛ capitulo scti saluatoris. P. Blesen. Bath. archiō. Salutē: ꝛ cū tēporaliū multiplicatiōe incrementa virtutū. Gratias ago gratiarū oīm largitori/q̄ scōm multitudinē dolorū in corde meo consolatiōes eius letificauerūt aīas nostras. Cum eñ culpis nostris exigētibus nostra tes vagi et pfugi super terram/reclinatoriū suo capiti non haberent: ille q̄ in celis habitat ꝛ humilia respicit/pater orphanorū ꝛ lugentiū consolator dispersos in gētibus de regionib⁹ cōgregauit. Legimus q filijs israel seruiētibus in tributo sub regib⁹ cusanrasathaim eglon moab ꝛ amalech/suscitauit dūs othoniel q̄ iugū exactoris auferret. Expressa pietatis ymagine dūm iohannem epm carnoteñ. misit dūs pro salute nostra/ vt reedificētur muri terre nostre hierusalē: quatenus ecclesia blesen. ruinis deformata veteribus in optatā redeat nouitatem. Vos torⁿ orbis expuerat ꝛ abiecerat a facie sua: nec mouebat vestra deplorāda captiuitas episcopos vel abbates ad compassionis affectum: vt vos ad aliquā ecclesiolā qualem etiam cum ꝗtolibet onere seruitutis admitterēt. Porro galfridus miles facultatibus quidē tenuis: sed sanguinis ꝛ animi generositate peclarus/ euāgelici samaritani fidelissimus imitator miam fecit in clerū blesen. cuius dolores sacerdos et leuita transeūtes cōtempserāt. Ea propter memoriale erit nomē eius in generatiōe ꝛ generatiōnē: ipiusq̄ domus bñdictionē hereditabit eternā. Argumētū huius rei trahimⁿ ab exēplo. Nā in libro regū legimⁿ: q̄ bñdixit dūs domui obededon eo q recepit apō se archam dūi. Cōueniēter ab eo archa dūi accipitur apō quē pauperibus xpi in dispersionē datis stabilis mā sio ꝓuidet. Reuixit spūs meus in hac miseratiōe altissimi q̄ diu fuerat dolore ꝛ meroꝛe cōfectus: videtur michi ꝓphetarū tēpora redijsse. Occurrit aīo meo cōmunis ꝛ celebris illa exultatio ppl'oꝝ: cū sub dario rege p zorobabel reedificat tēplū sub artaxerse. Bibliothecā esdras reparat/neemias muros reedificat/ignēq̄ absconditū. lxx. annis eruderās ꝛ effodiēs in crassitudine aque pficit holocaustū. Quadā ymaginatiōe gratissima depingit in se animⁿ meⁿ qualiter machabei dispsos fratres suos reuocāt/leges lapsas erigūt/ renouāt cerimonias/mūdant sancta coronis aureis/ ornāt templū/damna lōge desolatiōis eximie ꝟtutis cōpēdio redimētes. Bene recolitis q olim plures ecclesie clericales ꝛ prebēdales blesis erāt: sed antecessores nostri ꝓpter enormitatē vite defecti sunt: atq̄ inūeras terre ecclias traxerūt in partē ꝓcipitij ꝛ ruine. Patres nostri comederūt vuā acerbā/ ꝛ dētes filioꝝ obstupescūt. Sed iā nō erit hoc ꝓuerbiū in israel/nec in vobis: xps ei primicie resurgētū post illā clericorū ruinā/resurgēdi ꝓmitias circa nos ordinauit: erigens lapsos/fractos ꝓsolidās/liberās seruos/pauperes ditans/ magnificās humiles/ vagos congregās/ reuocans aberrātes. Cū itaq̄ sitis adhuc nouella plantatio: paci et quieti vestre vigilantius ꝓuideri oportet. Nam plāte q̄ nondū terre radicitus adheserūt: suspectam habēt horrealē tyrānidē: ꝛ vētoꝝ fortiores excursus. habetis emulos q̄ vestros ortus impedire conati sunt: q̄ xpi gratiā deprauātes in vobis/vestris pfectibus intabescūt. Sane cōgregatio hec noua xpi opⁿ est: sicut ipe locutⁿ est p ꝓphetā. Opus inquit manuū mearū hereditas mea israel. Non ergo in vos deseuit inuidoꝝ malicia: sed in xpm sicut moyses dicit ad populū incredulū et rebellē. Nos eñ quid sumⁿ inquit: nec ei cōtra nos est murmur vestrū: sed ꝓtra dūm. Sic a iebuseo israel/abel a cayn/iacob ab esau/ iustus ab iniusto/innocēs a nocētes vexat. ꝓficit aūt lilium inter spinas: ꝛ dū supra dorsum iusti fabricāt pctores/dilatat ecclia. In oēm ꝓtra vos armat malicia iniquitas supborꝝ. Vos aūt erga eos q̄ pacem vestrā turbāt cor habeatis pacificū: sicut ꝓpheta de seipo cōmemorat Cū his q̄ oderūt pacē erā pacificⁿ: vincite in bono malum. Nā ꝛ sapiētia vincit malicia: cōfringetq̄ dūs cedros libani. Leuabit manⁿ suas in superbias eoꝝ: et humiliabit oēm altitudinē extollētē se aduersus scientiā dei. Adhuc pauci estis/et vos multitudo expugnat. Nolite tñ timere pusillⁿ grex: dūs eñ sabaoth vincit: nō in multitudine sz in paucis. ꝛ vos q̄dē crescere opꝛ: illos aūt minui q̄ etiā iā declinat manifestissime i defectū. Ille q̄vocat illa que nō sunt tāq̄ ea q̄ sunt: ille q̄

infirma eligit vt confundat fortia: ipse vt reprimeret superbiam moab:vos in suo benedicto noīe cōgregauit: verbum aūt eius est. Vbi duo vel tres cōgregati sunt in noīe meo:ibi ego in medio eoꝝ sum. Testimonio ꝓphete. Bonū est ⁊ iocūdum habitare fratres in vnū. Sed nō est in vnū habitatio vestra:nisi sit in vobis cōiter vnio voluntatū. Eos quibus vnicū ⁊ precipuū votū est initiate eccl'ie videre ꝓfectum:certissime noueritis q̄ nō nisi p vnitatē habitura est incremētū. Recolamus eccl'ie nascētis infantiā/ ⁊ videbimus q̄ ab vnitate oꝝtū habuerit ⁊ ꝓgressum. In vnitate etiā cōplebitur. Nā in cubito vno cōsummata est archa. Vn⁹ spūs/vna fides/vnū baptisma: hec tria eccl'iam fundauerunt in eo de quo scriptū est. Audi israel. De⁹ tuus vn⁹ est. ꝓfecit etiā in mel⁹ bnficio vnitatis. Legitur enī q̄ multitudinis credentiū erat coꝝ vnū ⁊ aīa vna/ ⁊ erāt eis oīa cōia: hanc vnitatis gratiā paul⁹ in se et in aliis nutriebat. Oibus inquit oīa fact⁹ sum:vt oēs in xp̄o lucrifaciā. Et iterū. Rogo vos fratres/vt idipsuz sentiatis:⁊ nō sint in vobis scisimata. Petrus ap'ls eadē affectiōe ⁊ sollicitudie duct⁹. Ante oīa inquit mutuā in vobis caritatē habeatis. Pacē ait paulus habete vobiscū/ ⁊ sanctimoniā sine qua nemo videbit deū. habeatis igit vnitatē spūs in vinculo pacis. Nec enī inueniri pōt forma expressioꝝ cōuersationis angelice/ q̄ vnitas socialis. Illud etiā precib⁹ deuotis adiscio:vt in eccl'ia vestra quotidie ⁊ solenniter celebrēt obsequiū debite seruitutis. Sit in cātu/sit in psalmis obseruātia iugis:hoc est enī sacrificiū laudis quo dñs postulat honorari. Sacrificiū inquit laudis honorificabit me. Angeli psalmodie libēter intersunt si ordinata sit ⁊ ex deuotiōe ꝓcedat. Preuenerūt (inquit ꝓpheta) principes coiuncti psallentibus in medio iuuēcularū tympanistriarū. Et illud. In cōspectu angelorū psallā tibi deus meus. Si aūt murmuratis in choro:si serpentina cōsilia sibilatis adinuicē: si palme animū a deuotiōe subtrahūt ⁊ furātur:si obrepūt cogitatiōes immūde psallēdo:nō est hic psalmus iocūda/decoraq̄ laudatio. huic psalmodie angelus inimicus assistit:elongatur autē amicus ⁊ ꝓximus. Sic igit in psalmis ⁊ in cāticis/ ⁊ in sacramento altaris:in elemosinis etiā vestra exerceat deuotio/vt videāt homines opa vestra bona:⁊ glorificēt patrē vestrum qui in celis est. Sic enī plurimi societatis vestre desiderio accēdent:⁊ initiate facultates ecclesie cōtinuū in redditibus suscipiēt incremētū. Ego primus inter prios q̄ blesen. restituerunt ecclesiam:michi satisfactū fuisse crederē vsq̄ ad plenitudinē voti mei: si viderē fabricā nostre ecclesie cōsurgere ad ꝓfectū: domos claustrales disponi ⁊ erigi: vtēsilia ⁊ ornamēta multiplicari:numerū canonicoꝝ vsq̄ ad octogenariū crescere:⁊ ordinabiliter i ecclesia ministrari. Hec anteq̄ moriar videant oculi mei/vt magnificet aīa mea dñm:claudamq̄ diem nouissimū cum exultatione/ et in cātico symeonis. Nunc dimittis seruū tuum dñe scōm verbum tuum in pace. Bene valeatis vniuersi et singuli.

elegant

¶ Irridetur diaconus qui ꝓius feminas abhorrebat. Epistola.lxxix.

Magister. P. Blesen. Bath. Archiō. dilecto amico suo R. Salutē: ⁊ cauti⁹ negociari. Quis celū terris nō misceat: ⁊ mare celo? Credendū est de leui posse cōtingere quicquid cōisvsus abhorret:quicquid natura ꝓhibuit. Is qui muliebrē sexū a puericia detestatus est/qui in ei⁹ ignominiā semp linguā detractiōis armauit/nūc in foueā quam semp vitarat cecidit. Et qui in superbia ⁊ abusiōe quondā mulieribus insultabat: spōte sua se iugulis muliebrib⁹ alligauit. Gaudeāt itaq̄ mulieres: q̄ de ꝓsecutore suo triūpha uere feliciter. Captus est lupus ab ouib⁹: et a gallina simplici deprehensa est vulpis astutia. Perdittissime hoīm que te incātauit hericia/ que cerebrū tuū exturbauit herinis: vt gutturi tuo laqueū inextricabilem intiseres/et abiecta iocūdissima libertate ignominioſaz eligeres seruitutē? In eo siquidē in quo deliquisti iustissime puniuit te de⁹: nā hodie obstruūt mulieres os loquētium iniqua:que totiēs a te sustinuerunt lingue ꝓcacis iniurias/vt ꝓbo beati augustini vtar Hauigasti/vxorē duxisti. Satius tibi fuerat in extriū duci/ q̄ sic ducere. Nā et hec ipsa ductio nichil aliud est q̄ a bono fame/ ⁊ a trāquillitate animi lōgius exulare. Nō est sine plurima incōmoditate copula cōiugalis: vixq̄ posse obtineri credit pax animi cum vxore. Refert valerius maximus q̄ socrates rogat⁹ a quodā adolescētulo vtrū vxorē duceret/ an a nuptiis abstineret. Respōdit ei quodcūq̄ eoꝝ faceret penitere: hinc te inquit solitudo/hinc orbitas/hinc generis interitus/ hinc heres alienus excipiet. Illinc perpetua sollicitudo/contextus querelarū/dotis exprobratio/ affiniū importunitas/ garrula socrus/lingua succēsoria/incertus liberoꝝ euētus. Phoroneus rex ille nominatissimus in thesauris distributis potius q̄ retētis: die qua decessit legitur dixisse leōtio fratri suo nichil sibi defuisse ad plenam felicitatē si defuisset vxor. Leontio querēti causam respondit. Scīt hoc oēs maritī. Teste hieronymo Aureol⁹ theophrast⁹ in libro de nuptiis querit:an vir sapiēs ducat vxorem. Et cū diffinisset si pulchra esset/si bene moriger̄ata/si honestis parentibus/si ipse sanus ⁊ diues/sic sapientem posse nubere. Statiz infert. Hec aūt in nuptiis rarissime cōcurrunt vniuersa. Multa sunt inquit q̄ necessaria sunt vsibus matronarū: vt sint preciose eis vestes aurum/gēme/ sumpt⁹/ancille/supellex varia/lectice ⁊ exedra deaurata. Noctibus autē cōtinuantur garrule questiones. Illa inquit ornatior ꝓcedit in publicum: ego despectior. Illa ab oēsibus honorat̄ur. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum ancilla loquebaris? Quid attulisti de nūdinis? Non amicū habere possumus: nō sodalem. Alterius amorē suū odium suspicatur. Pauperē alere difficile est: diuitē sustinere tormētum. Si deformis/nō est cum ea iocunda societas: si pulchra erit/diligit: ei iugiter inherebis: ita vt te totū

habeat ab necessariorū tuorū participatione semotū: ꝓpter quod amicitias cum aliis cōtractas euacuas: atq̄ bonum fame ꝓpositum amittis. Versus es omnibus in fabulam ⁊ derisum: insuper sustinere nō poteris vt cum alio:vel alius cū ea loquatur. timeres tibi per amasium recētem illudi:q̄n in interiori hominē nulla tranquillitas est sine ea: nec cibū nec somnū sine ea gustare licebit. Dictāte enim te/ q̄ in absentia tua locutionis oportunitas pateat corruptor: super te oēsibus si cōferas anxietati: de corpore ꝓeter animē ⁊ fame dispendiū ⁊ veniam quā dispergis. Plura sunt tormēta inestimabiliter que tibi oriūtur/ q̄ de quib⁹ affluis solacia:immo totus effluis ⁊ erubescis. Cum marius filiā suam dote diuitē/forma nobilem/ fama celebrē/genere illustrem/ metello in cōiugio obtulisset:respōdit metellus. Malo inquit meus esse q̄ suus. Cui marius. Immo ipa tua erit:virū inquit metellus oportet esse vxoris. Nam ratiōe logice. Talia sunt predicata qualia subiecta esse ꝓmiserint. Sic vrbanitate verboꝝ/diuertit ab oneribus doꝝsum suum. Adde q̄ nulla est vxoris electio. Qualiscūq̄ aduenerit habēda est/si iracūda/si fetida/si superba/ si fatua si deformis. Equus/bos/asin⁹/canis/ ⁊ vilissima mancipia: sed ile ligneū/ vxceoli et lebetes ꝓius ꝓbantur: ⁊ sic emunt. Sola vxor nō ostēditur: ne ante displiceat q̄ ducat. Quoscūq̄ dilexerit illa licet ingrati sint/ tibi tamen amādi ⁊ colendi sunt. Si domū tuam et regendam cōmiseris/seruiendū est. Si quid tue dispositioni reseruaueris/fidem te sibi nō habere putabit: cōuertetur in odium/ ⁊ tibi si potest veneno exitiū cogitabit. Anus/aurifices/ariolos/ institores gemmarum ⁊ sericarū vestium si intromiseris/ periculum pudicitie est:si ꝓhibueris/suspitionis iniuria. Linia virum suum interfecit quē nimis habebat exosum. Lucilia suū quem vehementissime diligebat:hec poculo amatorio :illa veneno. defaniria mōstroꝝ domitorem veneno domuit mōstruoso/ dū in sanguine nessi quē occiderat hercules/sanguinē et vitam occisoris appetijt. Ideoq̄ valentinianus imperator eminentiorē esse gens vitam/pudicitiā vouit:nec vnq̄ carnē suam ad motus illicitos relaxauit. Unde cū iam octogenari⁹ moreret:audiret q̄ suoꝝ recoli preconia triumphorū: quib⁹ celeberrimus erat/dixit se in vna sola victoria gloriari. Requisitus autē de illa victoria:hostē inquit meū pessimū/carnē meā semper oppressi ⁊ vici. Poro liberoꝝ causa vxorem ducere/vel vt nomē nostrū nō intereat/vel vt habeam⁹ ꝓsidia senectutis: certisq̄ vtamur heredib⁹ stolidissimū est. Et que sunt hec senectutis auxilia: nutrire domi/q̄ aut pōr te forte moriat/aut perditis morib⁹ sit/ aut cū ad maturam etatē puenerit: ei nimis viuere videaris. heredes meliores ⁊ certiores sunt: quos arbitrio tuo eligas amici ⁊ ꝓximi/ q̄ quos inuit⁹ habere cogaris. Mulier quātū cunq̄ honesta sit et pudica: q̄citius potest deponere vestē: solet abiicere honestatē. Unde ⁊ herodotus ita scribit: Mulier cū veste deponit verecūdiam. Si illā

heredes mi

satyram iuuenalis Credo pudicitiā/frequētius relegisses: nulla te ꝓditoria mulierū malignitas in hanc miseriā deiecisset. Lanius poeta lenis facūdie ⁊ iocū de reprehēsus a linio peno graui ⁊ vxorato/ q̄ multarum feminarū gauderet amoribus: nostrā inquit philosophiā participare non poteris: dū a tot participaris. Non ei iunonē eo iecore amat titius/quod multi vultures in multa diuellunt. Cui canius. Si q̄nq̄z laboꝝ resurgo cautioꝝ. Si oppriꝝ/aerem resumo alacrioꝝ/ vices noctiū dies exhilarāt: sed tenebrarū perpetuitas instar inferni est. nō arguo nuptias in quib⁹ magnū est xp̄i ⁊ eccl'ie sacramentū: sed te nuptias cōtraxisse/ et qō mirabilius est te nūc esse vxoriū inestimabiliter miroꝝ eoq̄ maxime: q̄ vehemētissim⁹ eras in studijs/ ⁊ noiatissimus philosophie ꝓfessor. Legimus q̄ cum cicero rogaret/ vt post repudium terētie vxorē ꝓcij duceret/ ꝓrorsus oēs matrimoniū renuit dicēs se philosophie ⁊ vxori vacare nō posse. Scribit beatus hieronymus q̄ tote eripedis tragedie in mulieres maledicta sunt: ⁊ q̄ epicurus cū discipulus eī leoncion duxisset vxorē dixit sapiēti rarissime ineunda coniugia: eo q̄ plura grauissima incōmoda breuibus nuptiarū delitijs sunt admixta. Pacuuius flēs ait vicino suo. Amice arborē habeo in orto meo infelicissimā: in qua suspendit se pria vxor mea quam habui: ab eadē secūda vxor mea elegit suspendium. Ab eadē se suspēdit ⁊ tertia. Cui rūdit amicus. Adiroꝝ te in tātis successibus lachrymas inuentisse. Et idē. Disboni/ arbor illa a quor dispēdijs te suspendit: da michi sarculos de arbore tua/vt in morte vxoris mee vtificet ⁊ crescat: hec arbor tibi necessaria esset. Noueris aūt contuberniū istud/ne dicā matrimoniū: infaustos habiturū euētus. Quicquid enī in eo factum est: cōtra deum ⁊ apostolicas presumptū est sanctiones. Eras equidē electus in sortē dñi/ atq̄ in ordinē diaconatus ascenderas: eoq̄ forte pretextu ad vota matrimonij cōuolasti/vt cum appetitū noue libidinis saciasses/ ratione cōiunctionis illicite diuortiū celebraires. Poro nō preter aie discrimē periculosum est tibi ita parētibus tue vxoris illudere/ q̄ sui generis titulos nimis humiliasse frequēter cōquesti sunt/ eo q̄ te in sue parētele participiū admiserūt. Video te inuitabilib⁹ angustijs circūseptū: q̄ siue in matrimonio perseueres/siue ab vxore diuertas: vite aut fame periculum nō euades. Claleas ⁊ negociare ꝓsultius.

¶ Exhortatio ad perseuerātiam religionis. Epistola.lxxx.

Petrus Blesen. Bath. Archiō. charissimo amico suo. G. Salutē: ⁊ immarcessibiles patiētie fructus. Fama est q̄ velis interdictū ponere de migrando: atq̄ salutata a prio limine cōgregatiōe sancto rum: dicis q̄ inuidiā tue domus ⁊ periculum in falsis fratribus sustinere nō potes: vel nulla vel fructatoria est tui recess⁹ occasio: cui cedere debuisset ad gloriā habere vnde emulus inuideret: nam

solos miseros ignorat inuidia: vtũ fortem excitat ad
virtutis exercitiũ affert liuoris acule⁹: nec mētis oculos torpere pmittit inuidia detractor. Jacob q̃ in baculo suo tordane trālierat no redijsset cũ duabus turmis: nisi eum inuidia esau agitasset. Joseph nõ imperasset egypto: nisi ipm fratrũ inuidia vēdidisset. Scriptum quippe est Abel esse nõ pōt/quē caym malicia nõ exercet. Inuidebat forte tibi aliquis: sed habebas vindicē tuũ. Et qui aduersus innocentiã tuã erigebat tormēta inuidie: suũ gerebat in mēte tormorem. Nam iuxta verbũ ethici Justius inuidia nichil est q̃ ptinus ipsum Auctorē torquet/excrucians animũ. Nõne tormenta sunt ex bonis aliorũ marcescere/egrescere deperire. Audi poetã. Inuidus alterius marescit rebꝰ opimis. Audi aliũ pꝓteratem inuidie assignantem. Insultare malis rebusq̃ egrescere letis. Audi salomonē. Stultũ inquit interficit supbia: ⁊ paruulũ occidit inuidia. Pusillanimitas ei inuidiã parit. Jn eo ei q̃ alio inferiorē ⁊ minorem se reputat: malicia in ipso ignē liuoris inflamat. Sustine ergo q̃ inuidi et emuli tui seipsos occidant: vt gladius eorũ intret in corda ipsorũ. Sane golyas interfectꝰ est gladio quo dauid extitium intētabat. Aman suspēsus est in patibulo: in quo suppliciũ destinauerat mardocheo. verbũ salomonis est. Qui mittit lapidē in altum: super caput eiꝰ cadet. Nec eñ lex equior vlla est/q̃ necis artificem arte perire sua. Cũ hec pestis tolerabilior sit inuidioso q̃ inuido: nimis delicatus es/si tui emuli cruciatũ sustinere nõ potes. Detractores deo odibiles (sicut apls dicit) quãto malignius tuã deprauant innocentiã/tãto se pbant inferiores: ⁊ magnificētius tue virtutis titulos extollunt. Teste poeta. Sũma petit liuor: perflant altissima veti. Quorum vita fauorabilior est ad gloriam: acriores inuidie sentiũt morsus. Erit ei splēdore suo q̃ pregrauat artes infra se positas. Legit q̃ cum platoni eiꝰ socij inuiderēt/quesiuit a socrate magistro suo/qualiter eor inuidiã declinaret. Cui socrates. Esto inq̃t vt tersites. Jn q̃ manifestissime declarauit ibi deesse inuidiã: vbi virtutũ gratia nõ adesset. Innocentia xpi stimulos inuidie non euasit. Unde ⁊ dñicꝰ pylatus agnouit/q̃ per inuidiã tradidissent eũ. Nõne hic est fabri filius? Dicebãt non est hic homo a deo qui sabbatum nõ custodit. Jn beelzebub pꝓncipe demonioꝝ eiscit demonia. Quē nõ vterent verba hec que de fornace inuidie pcedebant? Sicut senex in andria docet. Si velles humilitati ⁊ patientie militare: inuenires vniuersos sine inuidia ⁊ amicos pares. Legitur q̃ iulius cesar audita morte cathonis cõpassus est eius morti: ⁊ egregiũ ciuem ademptũ de medio et ablatũ reipublice deplorauit. Professus est tñ q̃ cato actibus eiꝰ: ⁊ q̃ ipse glorie cathonis inuiderat. Nichil in te gloriosiꝰ video: q̃ q̃ habes inuidos/q̃ odiẽtes te affligis ⁊ vas: atq̃ in deliciis tuis crucias inimicos. Uereor tñ ne aliud q̃ inuidia fratrũ te excludat a claustro. Mouet ei tui animi leuitatẽ. Et si publice voci creditur nõ inuidiam claustralium fugis: sed secularium sequeris voluntatẽ. Vide ne sub pretextu maliuolentie aliene tuã velis palliare maliciam: ⁊ egrediẽdo claustrũ/ingressum tibi prepares ad gehennã.

¶ Exhortatio ad amorem studiorum. Epistola.lxxxj.

Magister. P. Blesen. Bath. archiõ. Symoni Carnotenſ. canonico cũ salute mentis et corporis desideriũ honestatis. Animã meã quam tua inualitudo plurimũ cõtristauerat/tua cõualescẽtia locũ dauit. Nũc aũt me in plenã exultationẽ animi reformares: si relictis puerilibus maturioribus intẽderes/q̃ fines puericie iam excedis. Spes equidẽ agricole vehemẽtius hylarescit: si plantã quam excolit florere cõspicit/fructumq̃ pmittere tempestiuũ. Ediuerso grauiter aio consternat̃ si planta nũq̃ turgescit in florẽ/si se tantũ diffundit in ramos/et in degenerẽ foliorum luxuriat vbertatẽ. Sane tẽpus est vt honestioribus studijs te impẽdas: atq̃ pueritiẽ primitias pubertatis sub artiore nodo custodie/⁊ puidẽtia vigilãtiore cohibeas. Obrepũt equidẽ desideria carnis: que latẽter exterminant gratiã studiorꝝ: ⁊ sub quadam etatis indulgẽtia militãt in dispẽdiũ honestatis. Si modicũ deliberasses de amore sapiẽtie ⁊ dulcedine studiorũ: spes virtutis in te michi securior arrideret. Nam cũ hactenus sub ꝛga disciplinẽ/⁊ sub iugo fueris magistrali: te doctoris instãtia quasi quedã sigillu violẽta impressio informauit ad mores. Sed certissima ꝛtutũ expiberes indicia: si timorẽ in amorẽ/si necessitatẽ in desiderium cõmutasses. Cum studiũ sit vehemẽs animi applicatio ad faciendũm/meditãdumve aliquid/studiosus esse nõ potest cuius animũ voluntaria discendi affectio nõ accẽdit. Qui aũt in talibus negligens est aut remissus: nõ multũ dissimilis est ab eo qui languente appetitu/atq̃ insipiẽte palato cibũ recipit/ciboscꝫ cõtradictorios gule/fastidiẽti stomacho violenter intrudit. Si semel suauitatẽ sapientie degustasses: oia preter illam in fastidiũ tibi verterenẽ. Habet eñ incõparabiles thesauros deliciarũ: atq̃ omniũ bonorũ gratiam largit̃ ad plenũ. ⁊ ad hoc forte ꝛba illa salomonis respiciũt. Super salutẽ inquit ⁊ oẽm pulchritudinẽ dilexi sapientiã ⁊ pposui p luce habere eam: venerũt inquit michi oia bona pariter cũ illa. Amor discẽdi semel admissus egre amittitur: atq̃ in desiderium transiẽs sua se voluptate perpetuat/⁊ cũ vita hois limitat̃. Legit q̃ solon tẽporibus suis athenienſis prudentie gloria singularis: cũ in vltimis laboraret/assistẽtibus suis amicis ⁊ inuicẽ cõferentibus caput erexit. Interrogatus cur hoc fecisset rñdit/vt cum istud quicquid id est de quo disputatis percepero moriar. Carneades philosophus laboriosus sapientie miles ꝛc. annos cõtinuauit ⁊ cõsummauit in studijs. Tu vero vix in studijs quadriẽniũ cõpleuisti/⁊ abiectis studijs temporaliũ rerũ sollicitudini te immisces. Rem tuam affectas disponere: q̃ pculdubio periclitabit in manibus tuis: ⁊ insuper euolabit in vẽtos quicquid

hacten⁹ didicisti. Scio q̃ vt filius seculi scicẽter appetis diuitias: sed consultius ⁊ fortius ageres: si cũ salomone sapientiã diuitijs anteferres. Studijs equidẽ ⁊ diuitijs pariter vacare nõ potes. Nec aiam illam dignat̃ inhabitare prudẽtia: quã videt infectam desiderijs/⁊ curis tẽporalibus inuolutam. Scriptũ est q̃ in maliuolam aiam nõ introibit sapiẽtia/nec inhabitabit in corpore subdito peccatis. Quondã aũt philosophie pfessores execrabanẽ diuitias: nec putabant cũ earũ sollicitudine posse aliquã obtinere prudentiam: aut digne in castris disciplinalib⁹ militare. Ꝛbũ poete est. Quis locus ingenio nisi cũ se carmine solo Erãt: ⁊ domib⁹ cyrenicecꝫ ferũt. Pectora nostra duas nõ admittentia curas. Magne mẽtis opꝰ/nec de lodice parãda. Sollicite currus ⁊ equos faciesq̃ deorũ Aspicere: et qualis rutilũ cõfundat̃ ertinis. Jdeoq̃ cũ pater democriti filio suo tãtas reliquisset diuitias: q̃ bus exercitum regis persis poterat vna die pcurare: Democritus patrimoniũ suũ donauit patrie: ⁊ athenis in discẽdo ⁊ docẽdo dies suos cõtinuans studiorũ militiã cõsummauit in aurea paupertate. Crates theban⁹ pfecto in mari nõ paruo pōdere auri Abite inquit diuitie pessime: ego vos submergã/ne vbmergar a vobis. Anaxagoras cũ post longa tempora studiorũ in patriam rediisset/proprias q̃ possessiones exlõga absentia sua inuenisset enormiter dissipatas: perijssem inq̃t nisi he mee diuitie perijssent. Uerbũ socratis fuisse dicit̃. Neminẽ studiosum fieri nisi se mediocriter pauperẽ opinet̃. Naz sicut supuacuas opes reijcit: sic paupertatẽ si tolerabilis ⁊ mũda nõ est studium nõ admittit. hec eñ vult animũ/he subuertunt. Sicut ethicus dicit. Cui non cõueniet sua res vt calceꝰ olim. Si pede maior erit subuertet/si minor vret. Qm igit̃ tibi copiose cõtulit deꝰ/vñ scolarẽ possis cõtinuare militiã: rogo/moneo/cõsulo vt laudabile tue indolis initiũ plenior studio pfequaris: et ad tẽpꝰ diuitiarũ acquisitiõe suspẽsa/totum te impẽdas amori sapiẽtie: cuiꝰ accessoria ⁊ subsecutiua erũt testimonio salomõis bona tẽporalia piter ⁊ eterna. Valete.

¶ Arguuntur cisterciẽſ. q̃ decimas auferunt. Epistola.lxxxij.

Dei gratia cantuariẽſ. archiepꝰ totius Anglie pmas ⁊ aplice sedis legatus dilectis in xpo fratribus ⁊ amicis Abbati ⁊ Cõuentui cisterciẽſ. Salutẽ ⁊ consiliũ salutare. Licet vos diligamus in xpi visceribus ⁊ in caritate nõ ficta: grauem tñ ⁊ publicã ad vos ⁊ de vobis querelam deferre cõpellimur. Nam cũ per gratiã dei domus vestra noiatissima sit in obseruãtia ordinis et perseuerãtia sanctitatis: periculosum est p re modica titulũ ⁊ gloriã tante opinõis perdere: atq̃ cõuertere in fame dispẽdium cõpendium tẽporale. Inter vniuersas ordinũ varietates quibus decorata est spõsa xpi: nullus ordo virtute fragrantior/nullus sancti nois odore suauior est in xpo q̃ vester si rem vnicã amoueritis de medio/per quã hostis humani generis sinceritatẽ vestram attẽptare presumit. Scitis q̃ oim maloꝝ radix est cupiditas: publice tñ dicit̃ ⁊ nos idipsum cũ lachrymis recẽsemus/q̃ vsq̃ ad cõgregationes vestras aula est irrũpere illa trãsgressionis mater/magistra nocẽdi/primipilaria iniquitatis/⁊ auriga malicie/sicaria ꝛtutũ seditiõis ozigo/fouea scandalorũ. Renũciastis mundo ⁊ cupiditatibus eius: atq̃ cũ iosue vestrã in vobis spiritualẽ hierico subuertistis. Sententiã maledictionis incurrit q̃ reedificat hierico: ⁊ cum achor filio carim lapidibus obruit̃/qui de anathemate hierico rapuisse cõuincitur. Uerbũ thobie est. Videte ne furtũ sit: furtũ siquidẽ cõmittitur quotiẽs res aliena invito dño contrectatur. Sed ⁊ rapine crimen in iure ciuili furtũ improbius diffinit̃. Neminẽ predonem vocamus aut furẽ: sed veremur ne vestram suggillet opinionẽ si rem cõcupiscitis aut rapitis alienã. Una oim vox est: q̃ cisterciẽſ. ordinis pfessores tanto differentius pre ceteris triũphales sanctitatis titulos referũt q̃to expressius religiõis aplice vestigijs inherent: vbi cũ in tenuitate ciborũ/in aspitate vestiũ/in vigilijs/in pfessiõib⁹/in disciplinis/in psalmis/in hũilitate/hospitalitate/obediẽtia/caritate/⁊ ceteris q̃b⁹ fructꝰ vite seminat̃ in terris depximatis carnẽ/spũm erigatis angelice vite vos hoies cõpararent: nisi cũ vobis in fauorẽ plenissimũ laus hoim cõmunis assistat/vnum nisi clamat in contrariũ: tantq̃ gloriose opiniõis faciẽ decolorat. Et que est ista maledicta cõiunctio/nisi que a xpi gratia ⁊ fauore hoim vos disiũgit? Inuiti ⁊ volentes hoc dicimus: sed ad dicendũ murmur vniuersoꝝ ⁊ cõis querimonia nos cõpellunt. Uota ⁊ linguꝝ oim in vestre sanctitatis preconiũ laxarẽtur/nisi rapertis q̃ alienũ est/nisi monachis ⁊ clericis decimas auferretis. Hec est cõiunctio quidem ⁊ dictio satis modica: sed que vitã vestram nõ modice deho nestat. Testimonio sacre pagie decime tributa sunt egẽtium aiarum. Et que est hec iniuriosa immunitas/vt exẽpti sitis a decimarũ solutiõe quibus obnoxie ⁊ ꝛre erant anteq̃ vestre essent: ⁊ q̃ solute sunt hactenus ecclesijs nõ personarum obtẽtu: sed territorij ratione? Si in vestram possessionẽ terre devolute sunt: quare in hoc periclitat̃ alienũ ius? Nam ad vos terre iuxta cõmunẽ equitatẽ cũ suo onere transierũt: vt quid in alienam iniuriã terras ⁊ nutrimẽta vestra pꝛiuilegiari facitis vt auferatis q̃ alienũ est? Nũq̃d abel de nutrimentis suis dñm nõ respexit? Nũquid iustiores estis primo omniũ iusto: vt vos cõtra dei iustitiã erigatis? Per pphetam precepit dñs decimas inferri in horreum suũ: vos ab eiꝰ horreo iubetis auferri: habet iustitia diuine legis vt in leuitarũ sortẽ cedant decime. Unde ⁊ iustitie dei manifeste resistit/q̃ ministris ecclesie nitit̃ ius decimationis auferre. Sane ⁊ ex his ⁊ cõsimilibus satis liquet q̃ si virtus obedientie esset in solutione decimarũ/aut redditiũ/aut in exhibitiõe iuris alieni: facile detractaretis obedientie iugũ. Milites galliarũ sibi ius decimatiõis vsurpãt: nec vestris

priuilegijs deferētes: eas a vobis potēter extorquent. Aduersus eos deberetis insurgere/nō aduersus clericos aut ecclesias clericorꝫ. Debetis recolere vos qñq; fuisse clericos: atq; sacramēta salutis in eorū ecclesijs percepisse. Sed xpiane pfessionis vinculū ⁊ deuotio filialis affectꝰ priuilegiales induit/⁊ sub religiōis pretextu trāsijt in cōtemptū. Nō ponimꝰ os nostrū in celum: nec de facto summi pōtificis disputamus. Sed si dñs papa indulgētia speciali qñq; priuilegia uitvos: dū ordo vester in pauptate gaudebat; dū in vsus egētiū sue tenuitatis viscera liberaliter effundebat/ potuit tolerari ad tēpus: licet in cōem redūdaret iniuriā qd causa necessitatis fuerat introductū. Nunc aūt qꝝ vestre possessiōes multiplicate sunt: etiā in immēsum: priuilegia hec potiꝰ ambitiōis q̄z religiōis instrumēta cēsenr. Quicq̄d indulgeāt priuilegia romanę ecclie vobis expedire nō credo: cōtra cōscientiam vestram qd alienū est vsurpare. Quid si a sede illa publicum emanasset edictū q; vbicūq; inueneritis clericos/ aut alterius habitus monachos equitātes vobis liceret eos de suis euectiōibus deijcere/⁊ equos rapiatis an decimas: nisi qꝝ decima res spūalis est: et ideo enormius sacrilegium in decimis cōmittitur q̄z in equis. Cum dñs precipiat decimas solui: quis cōtra eiꝰ preceptū potuit dispēsare? Ubi diuina et hūana iussio sibi inuicē cōtradicūt: obediēdū est deo magis q̄z hoibus. Cūq; sint due leges exterior ⁊ interior: interior semp preiudicat: qōq; puritas pscīēne dicat michi: exterior precepto fortius est/⁊ oēm indulgentiā aliene dispēsationis euacuat. Si filij israel de mādato dñi/et ob retributionē longi obsequij qd egyptijs impenderant/ vasa argētea et aurea abstulerūt: nō expedit vobis hec ad cōsequentiam trahere: nisi constet dñm hoc mandasse: ⁊ vos nobis tanq̄z egyptijs lōge seruitutis obsequiū impēdisse. Cōsultius ergo ⁊ modestius agētes date operā vt predicte ambitiōis nota: de vestre sanctitatis titulos deho nestat abscidat: vobis: nec p rebus perituris cōe in vos scādalum excitetis. Ve illis p quos scandalū venit. In restitutōe aliene rei nō credatis cōditionem vestrā in aliqd ledi: nā si quid vtilitatibus vestris deperit: in ha parte deuotio populorum que nūc ergavos plurimū turbata est totū hoc plenioze munificētia restaurabit. Qꝝ si ptinaces vos et inflexibiles exhibetis: vinculo anathematis innodabimus vniuersos q̄ aliquid vobis dederint aut vēdiderint vnde ius decimatiōis obueniat: atq; in celum clamabimus/ ⁊ ad thronū summi iudicis appellabimus: ne quis huius vinculū excōicationis absoluat. Principū etiā fauorē in hoc plenissime obtinebimus/ vt gladio spūali manus ciuilis assistat: et quicquid cōtra principale oraculū venditū/aut donatum vobis fuerit pfisceř. Antecq̄z ergo res in deteriorē vergat exitū/ vestre fame maturiꝰ puidētes: velitis assuescere solutioni decimarū: illarū maxime quas cū maiore oīm rancore ⁊ odio vsurpatis: ⁊ quas clerici siue monachi hactenus pceperunt. Nā si de noualibꝰ tm: (sicut beate recordatiōis adrianꝰ papa pstituit) decimas retinetis: nobis in ea re damnū erit tolerabilius cuius emolumenta non sensimus. Verū iuxta philosophi sententiam: Non sine dolore amittitur qd delectabiliter ⁊ cōmodē possidetur.

¶ Exhortatio vt diuortiū inter consanguineos celebretur. Epistola.lxxxij.

Arissimo dño ⁊ amico B. dei gratia Exoniesi. episcopo vvalt. de constant. Oxenefoꝛd. Archid. Saluē in eo q̄ iudicat fines tere. Cū plurima litteratura vsuq; et experientia negociorū prudentē ⁊ circūspectum vos fecerint in decisiōe causarū: miror ⁊ miramur ceteri qui sunt in vroq; iure periti: quare robertū ⁊ ysmenem cōsanguineā suā celebrare diuortiū tanto tempore distulistis: maxime cū mādatum dñi pape super hoc habeatis expressum: ⁊ cū sacri canones detestabile reputent cohabitationē talium sustinere. Testes equidē legitimi nullq; exceptiōi obnoxij, pducti sunt: qui si in causa hac verbis fidem non fecerunt ad pēnū: iuxta clausulam illam litterarum domini papę ebi dicitur/⁊ aliorum plurium auctoritate etiam a biani ⁊ celestini/atq; aliorum sanctorum patrum qui post eos ppinquiores/⁊ sanioris testimonij erant admittendi sunt/ vt sit lucerna pedibus vestris ad cōuertendam iustitiam in iudiciū diligens inquisitio veritatis. Qꝝto enim peccatū flagitiosius ⁊ immanius est incestus/ tāto scrupulosius certitudinem cōsanguinitatis exquiri oportet: vt in celebrando diuortio sententia iudicis non vacilleř. Nichil eñ dissimulanter agere iudici licet: vbi vertitur periculū animarū. Ideoq; amicorū parcite fatigatiōibus ⁊ expensis/ qui iam alterutrā debuerāt reportasse sententiam: qui etiam libenter secunde ⁊ tertie, pductioni renunciant: si scōm testificata aliorū velitis expedire negocium. Si ad plenioē notitiam rei alia, pductōe op⁹ est: ipsi iudicio ⁊ pductioni secūde se offerūt. vtrū velitis eligite: dūmodo vlterius nō velitis in eorū iniuriam frustratorias dilatiōes innectere. Porro vnum in hoc negocio est: qd precipue vos molestat. Nam cū ille robertus sit primogenitus vnigeniti fratris mei: ⁊ ab ipo ratiōe patris quasi a capite series parētele nostre tota dependeat: veremur ne cōiunctionis incestę vicium transfundat ad posteros. Concipiet eñ tota successio corruptelam: si a capite mēbra/ si a fonte riuuli/ si rami a stipite legittime non procedant. Sacra equidem scriptura testante: filij incestuosorum abhominabiles sunt deo. Et sicut beatus gregoriꝰ asserit. Ex incestuoso concubitu ples legitima nō succrescit. Facialis igitur prudentissime pater verbum abbreuiatum ⁊ mandatum domini pape: qd hactenus suspendistis sine morarum dilatione mancipetis effectui/ aut recurrentibus litteris nos velitis instruere quare in causa ista procedere non possitis. Valete.

¶ Excusantur epi qui curiam regis frequentant. Epistola.lxxxiiij.

Alexādro dei gratia summo pōtifici Ricardus Cantuarien. ecclie humilis minister deuotū humilitatis ⁊ obediētie famulatū. Detractores deo odibiles/serenitati vestre de nostris episcopis enormia suggesserūt: asserentes q; venerabiles fratres nostri. R. vvinr. ⁊ G. elien. atq; iohannes norwicen. epi sequentes odorē munerū ⁊ oīno abiecta sollicitudine pastorali: militie ne dicā malicie curialis fluctibꝰ se immergūt. Dicūt q; iudicia sanguinis exercent. Ideoq; tanq̄z viri sanguinū a sacris abstinent/⁊ ad mēsam domini nō accedunt. Eapropter succensa est aduersus eos indignatio vestra: nobilq; penā indicit: si excessus huiusmodi canonice non punimus. Inhonestū siquidē esset grauiq; aiaduersione dignissimū si esset in hac parte os loquentium iniqua veridicū: sed mētita est iniquitas sibi. Nā vt excerpamus pauca de multis vvinr. epo nullꝰ est afflictis cōpatientior/ nullus in oculis suis humilior/ nullus in altari deuotior/ nullus in bñficijs pfusior. Unde sicut vnguentū effusum est nomen eius/ ⁊ elemosinas eius enarrat oīs ecclesia sanctorū. Eliensis autem ex quo iuxta beneplaciti vestri formā citra oēm infamiam tamen/ ⁊ quasi de abundanti suam purgatione innocentiam declarauit: plene ⁊ efficaciter impleuit episcopū/ sanctaq; et honesta cōuersatione mēdaces ostendit qui maculauerūt innoxium. Ipse ⁊ eps norwicen. (cuius honestatē et prudentiā frequēter dū ad vos a dño rege mitteret/ diuina conuersatione ⁊ experientia didicistis) ecclesias suas paupes inuenerunt: sed possessiones earū prudēter ⁊ strenue reuocantes/ ⁊ amplissime dilatantes: ipsas nunc in statū optimū erexerunt. Non est equidem nouū/ q; regum cōsilijs intersint episcopi. Sicut ei honestate ⁊ sapiētia ceteros antecedūt: sic expeditiores ⁊ efficaciores in reipublice amministratione censenr. Qꝝ sicut scriptum est. Minus saluberiter disponir regnum/ quod nō regitur consilio sapientū. Scriptum etiam legitis Ve terre cuius rex puer est: et cuius principes mane comedūt. Beata terra est cuius rex sensatus est: ⁊ cuius pncipes vescunr tēpore suo. In quo notatur eos consilijs regum debere assistere: qui sciant/⁊ velint/⁊ possint patiētibus cōpati/ paci terre/ ac populi saluti pspicere/ erudire ad iustitiā reges/ imminētibus occursare periculis/ viteq; maturioris exēplis informare subditos: ⁊ quadā auctoritate potestatiua presumptionē malignantiū cohibere. Regnū hebreorū tēporibus roboam non fuisset diuisum: nec recessissent ab eo decem tribus: si prudētiores viros sibi cōsiliarios elegisset. Cū aūt esset samuel, ppheta inter eos q̄ inuocabāt nomen dñi: regnū tū dauid erexit ⁊ firmauit eius solū institutio samuelis. Rex ezechias oppressus a sennacherib: ⁊ quasi in extremis angustijs pstitutus p ysaiam ciuitatis liberationē ⁊ beneficiū cōsolationis obtinuit. Helizeꝰ accrissiam syris induxit/ et eius bñficio samarie obsessores conuertunr in fugā. Ioiada sacerdos ioas filium ochosie a facie athalie psequētis abscōdit: quē cum erexisset in regē/ sanctis eū moribꝰ informauit. Sz ioiada mortuo cepit ioas a dei legittimis declinare: quē cum zacharias argueret: eū lapidibꝰ obruit ⁊ cōtriuit. In quo manifestissime liquet q̄z vtilis ⁊ necessaria sit cōuersatio ⁊ doctrina iustoꝝ his q̄ populi regimen acceperūt. Nā tēporibus sedechie regis nō fuisset exterminatū regnū iudeorū: nisi aduersus hieremiā qui publice cōsulebat vtilitati preualuissent mēdacia pseudo ppheta rum. Ennū noueritis qꝝ nisi familiares ⁊ cōsiliarij regis essent prefati epi/ supra dorsum ecclie fabricarēt hodie pretores/⁊ immanitet ⁊ intolerabilir oppimeret clerū psumptio laicalis. Nūc aūt si quid in ecclesie arte ptaf iniuriā/auctoritate pōtificali corripit. Aut si ad hoc ecclīastica cēsura nō sufficit/spūalis gladij defectus ciuili supplef: ⁊ ad eorū arbitriū principalis animaduersio exercef. Si qñq; vt fieri solet aduersus insontes regis indignatio vehemētius excādescit: eporum precibus tēperaf. Istis medianibus māsuescit circa simplices iudiciariꝰ rigor/ admittir clamor pauperū/ ecclesiarū dignitas erigir/ releuar pauperū indigētia/ firmar in clero libertas/ pax in populis. In monasterijs quies/ iustitia libere exercef/ supbia deprimir/ augef laycorū deuotio/ religio foueř/ dirigunr iudicia/ leges acceptār/ decreta romana vim obtinēt: ⁊ possessiōes ecclesiastice dilatanr. Isti singulis pcipuis solēnitatibus suis intersunt ecclesijs: vbi elemosinarū largitiōe/ psolatione pupillorꝝ ac viduarū/ subiectorū correctiōe: atq; alijs sanctitatis operibus redimūt dies quos in curia cōsumpserūt. Porro archiepi vel epi qui in curia regis siculi cōuersanr: p septennīū aut decēnium a curia nō recedunt: nec referr viuāt aut decesserint q̄z ītū ad ecclesiasticarū possessionum custodiā/ vel regimē aiarum. Ab hac equidē curialitate nostros qñq; voluimꝰ epos, pbibere: sed cōsiliosis ⁊ prudētibus viris visa est expediens eorꝝ cohabitatio circa regē: quos si extraheremus a familiaritate illius subtraheremus quietē monasterijs/ oppressis solaciū/ ecclesijs libertatem: vnde licet, pter incōmoditates varias quas ibi sustinēt desiderio desiderarent egredi: publice tū vtilitatis obtentu/ cōi fratrū nostrorū consilio/ nō solum in hac vita castrēsi tolerari: sed ad eam trahi debuerāt ⁊ cōpelli. Utilitatem quidē anglicane ecclesie/ ⁊ maliciam detractorꝝ qui vobis veritati cōtraria suggesserūt velitis pater in libra equitatis appendere: et qd super hoc in oculis vestris acceptū fuerit/ nostre paruitati nuncio vel litteris velitis intimare. Rei veritate pus vobis declarata oportuit/ vt ad huiꝰ rei decisionē certius ⁊ cōfidentius pcedatis. Nos autē cum receperimus vestre sanctitatis oraculum: aplice iussiōis executores efficaces erimus ⁊ deuoti. Conseruet vos deus ecclesie sue per tempora longa sanctissime pater.

¶ Increpatoria aduersus gulosum.

Epistola.lxxxv.

Magister. P. Bleseñ. Bath. archiē. R. Saresb. Salutē in deo salutari nostro. Si tibi increpatoria ⁊ solito duriora ꝓpono: facit hoc insolētia tua: ⁊ iniquitas exadipe ꝓdiens: que cum multis exhortatiōibus meis amicabiliter ⁊ blāde sollicitata sit: correctionis tū beneficiū non admisit. Si de salute aīe tue: aut saltem de incolumitate corporis cogitares: plus aīe ⁊ minus corpori: minus ventri ⁊ plus spiritui deseruires. In aīe tue perniciem cōiurasti: atq; in ipsius graua me ventris imploras auxiliū: cuius ingluuies dū oīa deuorando viuere appetit: sua voracitate mortificat aīam ⁊ interioris hominis lumen obtenebrat. Enorme tui vētris incrementū patientius sustinerē: nisi ex eo grauissimū immineret tuis possessionibus detrimentū. Porro possessorē possessio tua imitatur et sequitur: q̄ dū ventrē facis ⁊ ventrē faciunt domus tue. Nō intelligis ruinā nobilium edificiorū que magnanimitas tui predecessores extruxit: dūmodo edifices ventrē tuū, pinguis aqualiculus ꝓpēso sequipede extat: sed ventrosi parietes ꝓhibētur extare: quorum altitudinē ⁊ robur humiliat ventorū liber excursus ⁊ iniuria pluuiarū. In domibus ruinosis non ve tustatē sed tuā vniuersi causant inertiam: dū te videt ad carnis delitias resolutū ⁊ in cute curanda plⁿequo sollicitū: ⁊ ridēt oīes epicuri de grege porcū. Quicquid in te spūale fuerat totum euacuat ⁊ puertit carnalis ista curiositas: que nec te dies tuos dimidiare permittet: nec illud modicū vite q̄ tibi superest cum iocūditate trāsigere. Nā in tanta mole corporis aīa quasi tenebris obsessa carceralibus ⁊ in spūale lumen respirare non potest. Ādēbra vero suis destituta officijs: ex lōga desidia ⁊ torpore somnicas passiōes expectāt. Multi ei ex nimia gulositate torpescūt: suāq; crapulam remediātur vomitu ⁊ turpiter egerentes q̄ turpiter ingesserūt. Galienⁿ equidē fidelissimus ypocratis iterpres (teste hieronymo) refert athletas ⁊ quorū vita ⁊ ars sagina est diu viuere ⁊ aut sanos esse nō posse: aīasq; eorū nimis adipibus quasi luto inuolutas ⁊ nichil tenue aut celeste sapere: sed semper de ructu et ingluuie cogitare ⁊ testimonio ypocratis. Crassa et obesa corpora necessariā habent crebram sanguinis demptionē ⁊ alios attenuationis modos. Alioquin paralisis podagra et alij morbi pestilētes erumpent. Ideo galienⁿ semp die decima vice medicinalis auxilij legit sibi abstinētiam indixisse: nec facile aliquē infirmari qui frequēter abstineat ⁊ aut regulam diete modestioris obseruet. Legimus quosdā morbo articulari ⁊ aut podagrico laborātes ꝓscriptione bonorum ⁊ simplicione mēsa membrorū officio restitutos. Refert pōpeius trogus ⁊ q̄ deterrimus ille tyrannus sicilie dyonisius: dū gule et edacitati vacaret ⁊ lumen oculorū perdidit. Nichil eñ magis predat oculos q̄ ingluuies vētris: et vt ait portunianus. Edacitas cibos frangit: sed oculos vorat. Ideo lucius silla lepidus cōsul ⁊ alij plerique legum tulisse leges cibarias: quas alibi catho censorinus sumptuarias vocat: in quibus viuēdi modus ⁊ sufficientia nature depingit. Nam quicquid epularū sumitur preter vsum necessitatis nō est debitum nature: sed vicium voluptatis. Sumptuarijs legibus se paulus alligauerat: cū dicebat. Habētes inquā alimēta ⁊ quibus tegamur his cōtenti sumus. Emilianus scipio cū amicis ambulans pane vesci solitus erat: ne aliquā diei partē perderet ociosam. Idipsum dicit magnus alexāder in cōsuetudinem duxisse. Augustus cibo vulgari ⁊ modico vescebat ⁊ qui ꝓ delitijs reputabat secūdarium panē et minutos pisciculos caseūq; bibulum manu pressum: ficus aūt biseras virides vehementer appetebat. Socrates dicebat quosdā viuerent comederēt ⁊ biberent: se aūt comedere ⁊ bibere vt nature satisfaceret ⁊ excursum vite fragilis sustētaret. Ethicus dicit. Summū crede nephas animā preferre pudori. Et ꝓpter vitam viuēdi perdere causas. Nō est equidem regnū dei esca ⁊ potus. Esca vētri et vēter escis: deus aūt hunc ⁊ has destruet. Quidam aūt tot sunt in gutture merito gurguliōibus cōparandi: quorū cogitatio tota de vētre ⁊ in ventrē ⁊ et sub vētre est: quibⁿ satisfieri omnino nō potest ⁊ donec ventre despumāte inuenerem ⁊ delectatio gule lumborū excitet voluptatem. Abiecta siquidē reuerētia ⁊ timore tremendi tu dicij relaxant ad oīes illecebras ⁊ in cūctis extraordinarijs voluptatibⁿ se volutāt. Sed cū lapidosa cyagra fregerit articulos: veterisq; ramalia fagi. Tūc crassos trāsisse dies lucēq; palustrem. Et sibi iam seri vitam ingemuere relictā. Ita conuertet dulcedo in amaritudinē ⁊ in asperitatē suauitas: delectatio in dolorem: eritq; instar inferni aut pene infernalis initiū ⁊ dolorū cōtinuatio ⁊ desideriū morīēdi. Illud ad cumulum dolorīs accedit: q̄ ex intēperantia gule quidam sibi nomē inane venant ⁊ gloriā sine fructu ⁊ putantes ex crapula et ebrietate hoīm sibi titulos gloriose opinionis acquirere: cū viros honestos quibus viscera sua claudūt ⁊ omni defectui vite hūane subiacere videant ⁊ publice mēdicare. In talibus libertatem precipuā reputāt: in quibus libertas quidē peccandi est ⁊ aīe seruitus ad corporis voluptatē. Sane sicut cicero ⁊ apuleius ⁊ q̄ maius est augustinus et hieronymus testant. Plus est aīa q̄ corpus. Isti autem damnū anime nō curantes ⁊ deuotissimā impendunt carni misere seruitutē. Sicut scriptū est. Sterilē pauit ⁊ vidue nō benefecit. Porro btūs ille iob plenissime nomen ⁊ officiū liberalitatis implebat: q̄ nichil indulgēs ꝓprie carni extra regulā modestie parcimonieq; cēsuram ⁊ se pauperū necessitatibus impēdebat. Nō alebat leones ⁊ vrsos ⁊ aut symias. Nō cōfluebāt ad eū hystriones dulcorarij fabularum ⁊ aut nugarū inaniū concentores: sed ex pure liberalitatis cōscientia ex corde sincero ⁊ caritate non ficta dicebat: humerus meus a iunctura sua cadat ⁊ brachiū meū cum ossibus auellatur si negaui pauperibus q̄d volebant: si vidue oculos expectare feci. Si comedi bucēllam meā solus: et non comedit pupillus ex ea. Si ostiū meū viatori nō patuit: si pretereuntē despexi eo q̄ nō haberet indumentū ⁊ sine operimēto pauperem ⁊ si nō benedixerint michi latera eius ⁊ si de vellere ouiū mearū nō fuerit calefactus. O q̄ melior ⁊ per oīa cōmendabilior est modesta ⁊ honesta ⁊ sobria hec liberalitas: que ad vitam eternā fructificat ⁊ q̄ illa que subuertit animū ⁊ rationem ebetat ⁊ corpus destruit ⁊ edificat ad gehennā. Si te ieiunijs affligeres: si ieiunia et afflictiōes pauperū releuasses ⁊ puidisses tibi cōsultius: nec baratrū ventris aut gule scillea vorago domos tuas in precipitiū deuoluisset. Nunc vero post dispēdiū aīe tue specialiter illō plāgo q̄ domus tue vētos ⁊ pluuias circūquaq; admittūt ⁊ q̄ vespertilionibus sunt peruie ⁊ q̄ in horrorem solitudinis redacte sunt ⁊ q̄ in precipitiū pendent ⁊ q̄ nec sedilia: nec alia vtensilia ibi sunt ⁊ nec sere ⁊ nec ostia ⁊ nec fenestre. Adhuc tū gloria edificiorū antiqua resurgeret ⁊ si vorāginem gule ⁊ exitialem vētris ingluuiem cohiberes.

¶ Arguitur quidam qui a carthusieñ. ordine recedebat.

Epistola.lxxxvj.

Sanctissimo patri vrbano dei gratia summo pontifici. B. Cantuariensi. ecclie minister Salutẽ z debitũ deuotiõis obsequiũ. Domus dei q̃ in lapide adiutorij sup fundamentũ apl̃orum z pphetarũ stabilita est a petro z successoribus eiꝰ/formã semp eruditiõis z statũ incolumitatis accepit. Qõ enĩ stipiti rami/qõ capiti mẽbra/ qõ radij soli/qõ fonti riuuli: hoc aplice sedis eminẽtie debẽt ecclie oẽs quas vbiq; terrarũ religio xpiana fundauit. Inde est q beate recordatiõis lucio tertio papa viam vniuerse carnis ingresso(mortis eĩ tributarij oẽs sumus/mortisq; resp̃sum habemus in nobis: z fedus cũ ea pcussimus) erant et lugebant filie apl̃ꝰ nos sine sp̃so. Cũq; munus exequiale defuncto/z pios affectus impẽderent: electiõis vestre nũcius superuenit q̃ nubilũ publici merozis auferẽs corda oim festiuioze letitia serenauit. Cõis enĩ fama est: q; dñs qui(iuxta vbũ ozee) suscitat de filijs pphetas: z de iuuenibꝰ nazareos ipse in specula celsitudinis aplice talẽ nunc de filijs suis p gratiã suam collocare dignatus est/q̃ pdesse velit z preesse sciat: q̃ prudẽtia z moribus preminẽs/cathedrã sanctoꝝ meritis implere sufficiat. In cõe itaq; desiderium cedit/ vbocꝝ celebri z votiua gratiarũ actiõe publice recensẽt qualiter dei sapiẽtia suauiter vniuersa disponens vos de gradu in gradũ: de vtute in virtutẽ: de honore in honorẽ pmouerit. Nec illud deesse permittit ad plenitudinẽ gaudioꝝ/q; tanta fuit eligentiũ vos vnanimitas/ nullũq; sustinuit rethe petri scissiõis/aut rupture dispendiũ. Sed(iuxta verbũ ysaie)qõ dñs exercituũ decreuerat quis poterit infirmare? Nec variat casualis euẽtus qõ cõsilij celestis altitudo disposuit. Quia ergo ex hoibus assumpti estis a dño pontifex: z p hoibus cõstituti in his que sunt ad deũ/ipi q̃ vos elegit cum multa gratiarũ actiõe preces affectuosas offerimus: quatenꝰ is q̃ segregauit z vocauit vos ad dãdam sciẽtiam salutis plebi eius/ ipe in bonis dies vestros cõtinuet: atq; in facie testamẽti sui respiciens ecclam ab oẽni erroze purgatã/ sub vestra pussione trãquillet. Ad hec nõ quãtas volo/sed quãtas valeo vobis gratiarũ referens actiones/minozẽ me pfiteoꝝ cũctis miseratiõibus vestris. Nam meoꝝ exigẽtiam meritoꝝ multipliciter vestroꝝ beneficiorũ magnitudine preuentistis. Non sufficio tante gratie respõdere ad meritũ. Ille p me respõdere dignet qui scõm diuitias bonitatis sue/suozũ insufficiẽtiam supplet. Ego enĩ vir videns paupertatẽ meã pre munificẽtia z magnificẽtia indulte michi gratie vestre/me vobis totũ debere pfiteoꝝ quicquid debet seruus dño/magistro discipulus/filius patri potest. Precoꝝ igit vt imperfectũ meũ videat oculi vestri/z in ea plenitudine potestatis q̃ vobis celitus data est/meã insufficientiam sustẽtare velitis. Iuuate me pater oratiõibus vestris: vt qõ possibilitas nostra nõ obtinet/i hac administratiõe vestre orationis z eruditiõis suffragio suppleat.

¶ Excusat archiep̃s super nimia remissione Et reprehẽditur quidam qui dñm suum archiep̃m reprehẽdebat: q̃ nimiũ fauebat regi z archiep̃s excusatur. Epistola.cj.

Carissimo dño et amico. R. suus. P. Blesen. archiep̃. Salutẽ z patiẽtie fructũ. Innocentẽ arguis/ vtrũq; fortẽ vocas tepidum z remissum/ z vtẽs vbo illo leuitici. Michil mellis adolebis in sacrificio dñi: hoiem pbate religiõis perhibes a diuinis sacrificijs alienũ. Sane cuz sp̃s dei reddat testimoniũ spiritui eius ipsi p modico est vt ab hoie iudicet/aut ab humano die. Sz z tu quis es qui seruũ iudicas alienũ? Dño suo stat aut cadit. Stabit aũt. Nam si statũ animi sui studio pp̃sioze attẽdas/nichil in eo variabile reperies aut incertũ: sed quicq̃d in aio suo preuia ratione disponit/ firmissima inuenies stabilitate subnixũ. Mel inquis nõ acceptat in sacrificio dñi: nec accepta est a dño que significat in melle blanda z dissoluta lenitas prelatoꝝ. Amice est lenitas z est leuitas. Est lenitas necessariã/z est leuitas dissoluta. Nam z mel licet phibeat a sacrificio sicut assidue improperãdo pponis: mellis tñ pmittẽ offerũt. et vbi phibet mellis sacrificiũ: ibidẽ mellis primitie iubent offerri. Velles vellẽtq; oẽs qui tecũ desipiũt q̃ dñs me? ex quolibet motu animi inter regnũ z sacerdotiũ fedus pacẽq; dissolueret/nec mellis primitias in oblatione pacis offerret. Iuxta oẽm legẽ/iuxta oim gẽtiũ ritus pax prius offerẽda est etiam inuitis. maxime in fide xpi in qua nichil precipitãter agẽdũ est: in qua nemo repẽte fit summꝰ. Attẽde igit dilligẽter q: est remissio cauta/z necessaria: necessaria est que deferẽt potestatibus huius mũdi z maxime regi tanq̃ precellẽti: nã oẽnis potestas a dño deo est. Nec lenitas regnũ z sacerdotium facit vnũ: hec sua benignitate obtinet qõ nunq̃ p minas aut violẽtias a p̃ncipibus extorqueret. In hac lenitate nec deꝰ nec homo offenditur/ in qua fides a prelato tam deo q̃ homini exhibet. De hac lenitate z de hac fide scriptũ est: in fide z lenitate ipsius sanctũ fecit illũ. Turpe quidẽ et absurdũ est in prelato cũ ira et austeritate corripere. Sicut apl̃s ad thimoteũ scribẽs ait. Seruum inquit dñi nõ oportet litigare: sed ad oẽs mansuetũ esse z patientẽ/et cũ lenitate corripere eos qui resistũt veritati. Legitur qm

aque fyloes cũ silentio currũt: aque vo rasin transeũt cum tumultu. Cũq; sp̃sa in canticis dicat. Amicus meus bibitvinũ cũ lacte: id est rigozẽ exercet cũ lenitate: Ipsa cõuersa ad sp̃sum: et seueritati mansuetudinẽ preferens: melioza sunt inquit vbera tua vinõ. Cum pphetaꝰ diceret. Ecce sp̃s grãdis contercs petras z nõ in spiritu dñs. Et adiũgit. Et post ignẽ sibilus aure tenuis: z in eo dñs. Nam cũ sp̃s ire z cõmotiõis ignisq; ira cũdie deo displiceant: ipsi accepta est lenis z blãda correctio. Veruntũ in hac lenitate: aut potius in hoc melle fel fructuose correctiõis abscõditũ est. Nã in sua lenitate zelũ, et in blãdicijs suis aculeos habet: et ecce in suauitate z pace eiꝰ amaritudo amarissima aduersus eos q̃ ignozant z errãt. Vbi eĩ verius dilligit/seueriꝰ corrigit: occulte tñ: et efficacioꝝ est in eis ad emẽdationem p̃ncipũ lenitas colũbina q̃z seueritas exterioꝝ et indignatio vultuosa. Sicut in hieremia notat. Data est inquit terra iniquozũ in desolationẽ a facie ire colũbe. hec lenitas spiritum fortitudinis habet. Et (vt verbo iobvtar) hec est que dicit regi/ apostata duces impios vocat: hec non accipit personas p̃ncipũ, nõ agnoscit tyrannũ cũ discepta-uerit cõtra pauperẽ. Attende igit qz distinctionẽ recipiunt, sua sq; vices vtiliter z prudẽter alterant blãda et seuera correctio. Nã de vtraq; in ezechiele scriptũ est. Ignis erat in medio, z de medio ignis quasi species electri. Cum sit electrũ genꝰ metalli tẽperatissimũ: significat correctiõis suauissimũ blãdimẽtũ. De seueritate aũt scriptũ est ibi. Ignis erat in medio animaliũ, z de igne fulgur egrediẽs. Debet itaq; mãsuescere quãdoq; seueritas: nam z in opere tẽpli vbi leones sculpti sunt, sunt z loza dependẽtia: in quo notat necessariũ esse/ vt discipline seueritas refrenata, lozo mãsuetudinis tempereẽt. Verũtamẽ remissio que os prelati obstruit: que mentẽ eius deijcit: que adulatorem z venditoꝝ olei facit: dum sibi quietẽ z honorificentiã venat in fauore p̃ncipũ, hec miseros precipitat in foueã scãdalozũ. In hac fouea(sicut pphetaꝰ dicit)cubauit lamia, et inuenit sibi requiẽ. In hac(teste btõ iob) bestia suũ ingredieẽt latibulũ: et in antro suo morabit. Hec est remissio per quã vnus edificat parietẽ z alius linit: per quã laudat peccatoꝝ in desideriis aiẽ sue, z iniquus benedicit. Per hãc canes muti nõ valentes oẽmino nec volentes latrare pet cõsensus vniformitatẽ/faciẽ z similitudinẽ peccatozis assumunt: sicut scriptũ est: vsq; quo iudicatis iniquitatẽ z facies peccatoꝝ sumitis? Per hãc prelati miseri bonum penitẽtie qõ in p̃ncipibus vident palpando: et vsq; ad canos vberiozem xpi mĩam pmittendo euacuãt. De quibus sub specie effrain pphetaꝰ ira scens. Comederũt inquit alieni robur eius z nesciuit: sed z cani effusi sunt in eo z ignozauit. Hic est vẽtus adulatiõis/vẽtus pessimus/vẽtus vrẽs/multos erigẽs in superbiã: atq; a ppolito z desiderio sanctitatis euellens, sicut in eoꝝ persona iob dicit. Abstulisti sicut vẽtus desideriũ meũ: eleuasti me z super ventũ ponens elisisti me. Sane certus es q; in dñm meum nulla cadit adulatiõis aut remissionis dissolute suspitio: cuius vita est oẽni exceptiõe superioꝝ, cuius vba (vt testimonio hieremie vtamur) q̃si ignis z quasi malleus cõterens petrã. verũtamen ratio est: quare nõ habeat in oze suo redargutiões ad tẽpus. Adhuc recẽs z nouicꝰ est in intũcte sibi administratiõis officio. Scisq; q; nõ arat in primogenito bouis: nec spice virẽtes in oblationẽ veniũt donec ignibus torreãt. Tota itaq; intẽtio eiꝰ nũc est vt plantẽt epos, vt habeãt adiutoriũ simile sibi: ve enĩ soli/nõ sufficit solꝰ oneri sub quo curuãt q̃ portãt orbẽ. Si interim a quibusdã sub pretextu amoris sicut dicũt arguit: ipse de sua apud deũ intẽtiõe securꝰ, cũ beato iob fidebit z dicet Verbosi amici mei ad deũ stillat oculꝰ meꝰ. Illud eqdẽ moris est vt se in p̃latos lingue meretricãtis iniurias modeste z patiẽter excipiãt. Sicut paulꝰ inter blasphemos vos inq̃t scitis: qz ad hoc positi sumꝰ. Si ad caput nostrũ xpz respicitis: nulꝰ innocẽtiã maledic? aut detractoꝝ acerbiꝰ impugnauit: quẽ iudaica suplitio nũc fabri filiũ/nũc vinosuz/ nũc vozatorẽ carniũ/ nũc mistrũ beelzebub/nunc sociũ ethnicoꝝ/ nũc destructorẽ sabbati vocãs, multipl̃r in eũ vlꝰ sue malignitatis effudit.

¶ Qualiter pueri sint eruditẽdi. Epla.cij.

Carissimo dño z amico suo. R. archiep̃. Mãne sen. P. Blesen. Salutẽ: z si quid meliꝰ est salute. Duos e nepotibꝰ michi eruditẽdos nudiustertius cõmisisti. Alterũ puerile a nnos agentẽ: alterũ plena integrũ pubertate. Nũc autẽ per litteras tuas vehemẽter euehis z cõmẽdas matoris ingeniũ: z asseris te nũq; vene subtilioꝝ hoiem inuenisse. Ideo supplicas z hozteris vt circa eũ tempestiuius vigilãtia magistralis appareat: leue nanq; estimãs illi edificio manũ supreme cõsummationis apponi: cui aliena sollicitudo cõtulit incrementũ. Verũ tamẽ res in cõtrariũ versa est. Melius enĩ spero de illius eruditione, q̃ ad me rudis z informis accessit: q̃z de alterius cuius iam ex parte induruit vena, sibiq; quasi effigiẽ alieni doctoris impressit. Argilla et cera atq; hmõi q̃ susceptiõnt forme z impressiõi se offerũt: facilius z fidelius effigiãt ad imprimẽtis arbitrium, si nulla p̃us in se susceperint lineamẽta formarũ. Refert equidẽ quintilianus in libro de institutiõe oratoria/thymotheũ quẽdam in arte tibiarũ solutum duplas ab his mercedes exigere quos alius docuisset. Duplex enĩ in talibꝰ laboz est: alter in eleusãda doctrina minus cõmẽdabili qua imbuti fuerãt: alter in exhibenda scientia: que lucrum pariter generaret z famã. Egre nanq; dedicit qõ didicit etas teneriozz. Et quo semel imbuta recẽs seruabit odorẽ Testa diu. In iure etiã ciuili ex edificio edicto veterana mãcipia q̃ ad alienos moꝝes informata sunt reprobãt: z q̃nq; dubitabile fuit vtrũ ventrẽt in causam redibitiõis. Noua vo mãcipia fauorabilioza visa sunt: eo q; sint magis perceptibilia disciplinę, z ad ministeriũ aptioza. vnde belmũ predicas subtilioꝝ vene/z acutioꝝ ingenij;

eo q grãmatice ⁊ actorũ scĩẽtia intermissa volauit ad versutias logicor: vbi nõ in libris sicut fieri solet oya letica didicit, sed in cedulis et quaternis. Non est in talibus fundamentũ sciẽtie litteralis: multisq perniciosa est ista subtilitas quã extollis. Ait eñ seneca. Odibili⁹ nichil est subtilitate/ vbi est sola subtilitas. Quid eñ ꝓdest illis expendere dies suos in his que nec domi/nec militie/nec in foro/nec in claustro/ nec in curia/nec in eccl'ia/nec alicubi ꝓsunt alicui: nisi dũtaxat in scolis? Seneca scribens ad lucillũ. Quid est inquit acutius arista/et in quo est vtilis? Tale est inquit ingeniũ qõ sola subtilitate lasciuiens, nulla in se residet grauitate. Icharus dũ elatus iuuenili leuitate ferrur in celũ: fluctibus marinis immergit. Tales etiam dũ se in artibus temere eleuãt, allidunt. Quidam anteq̃ disciplinis elemẽtaribus imbuãtur docẽtur inquirere de pũcto/de lĩnea/de supficie/de q̃ntitate aie/de fato/ de ꝓnitate nature/ de casu et libero arbitrio/de materia ⁊ motu/de principijs corporum/ de ꝓgressu multitudinis ⁊ magnitudinis sectiõe: quid sit tẽpus/quid mane/quid locus/ de eodẽ ⁊ de diuerso/de diuiso ⁊ de diuiduo ⁊ indiuiduo/ de substãtia ⁊ forma vocis/de essentia vniuersaliũ/ de ortu vsuq̃ et fine virtutũ/ de causis rerum/de refluxtiõe oceani/de ortu nili/de varijs latentis mature secretis/de varijs figuris causarũ que in cõtractibus vel quasi cõtractibus/maleficijs/ vel quasi maleficijs oriũtur. De primis rerũ initijs ⁊ alijs q̃ plurib⁹, que plenioris scientie fundamẽtũ: ⁊ eminẽtiores exigũt intellectus. Pri mitãda erat eras tenera in regulis artis grãmatice/ in analogijs/in barbarismis/in soloecismis/ ĩ tropis ⁊ scematibus: in quorũ omniũ doctrina donatus/ser uius/priscianus/ysidorus/ beda/ cassiodorus plurimã diligẽtiam impenderũt: qõ equidem nõ fecissent si sine his posset habere sciẽtie fundamẽtum. Nam ⁊ quintilianus qui hãc doctrinã tradit ⁊ tradẽdam asserit tãtis eã attollit preconijs: vt publice ꝓfiteatur sine illa sciẽtie nomẽ non posse subsistere. Gayus cesar de analogia libros edidit, sciens sine hac scientia nec prudẽtiam in qua perfectissim⁹ erat: nec eloquẽtiam in qua erat potẽtissimus posse a quoq̃ facile obtineri. Marcus tullius sicut ex eius epl'is frequẽtib⁹ patet: ad artẽ grãmaticam filiũ quem tenerrime diligebat, diligẽter inuitat. Et q̃ vtilitas est cedulas euoluere/firmare vbotenus summas, ⁊ sophismatũ versutias inuersare: damnare scripta veterũ, ⁊ reprobare oia que non inueniũtur in suorũ cedulis magistrorum? Scriptum est qr in antiquis est sciẽtia. Nec hie remias de lacu educit: donec in funibus ei⁹ submittantur vestes veteres ⁊ attrite. Nã de tenebris ignorantie ad lumen sciẽtie non ascenditur: nisi antiquor scripta ꝓpensiore studio relegãtur. Glosiatur hieronymus se scriptis origenis operosius institisse. Horatius quoq̃ iactitat se relegisse homerũ. Qui quid sit pulchrũ/quid turpe/quid vtile/quid nõ/plenis⁹ ⁊ melius crisippo ⁊ cãtore dicit. Scio michi plurimũ prosuisse q cum in arte versificatoria paruulus eruditer, precipiẽte magistro michi materiã nõ de fabulis/sed de hystoriarũ veritate sumebam, ꝓfuit michi q epistolas hildeberti cenomañ. epi stili elegantia ⁊ suaui vrbanitate precipuas firmare ⁊ cordetenus reddere adolescẽtul⁹ cõpellebar. Preter ceteros etiã libros q̃ celebres sunt in scolis: ꝓfuit michi frequẽter inspicere trogũ/pompeiũ/iosephũ/suetoniũ/egesippum/ quintũ cursiũ/corneliũ tacitũ / titum liuium/q̃ omnes in hystorijs quas referũt multa ad mor edificationẽ ⁊ ad ꝓfectũ sciẽtie lr'alis interserunt. Legi ⁊ alios q̃ de hystorijs nichil agũt quor non est nũerus: in quibus omnibus quasi in hortis aromatũ flores decerpere, ⁊ vrbana suauitate loquẽdi mellificare sibi põt intelligentia modernorũ. Nolite ergo vlterius allegare subtile vvillelmi vestri nepotis ingeniũ: nec michi imputetis ad culpã si modico tẽpore non ꝓficit ad profectũ: purgatur eñ egrotus anteq̃ dietet: ⁊ iuxta sententiam thimothei/ qui de aliorũ discipulis retributionẽ laboris sui duplicẽ exigebat, inutilia ꝑdus auellenda sunt vt vtilia inseranť. Nã in mercurialib⁹ nuptijs philiologia nullus sciẽtie libros euomit anteq̃ eminentiã dignitatis optate mereat assumi. Vereor siquidẽ ne nimis ꝛa sit assertio thimothei. Johãnes eñ vvillelmũ quodã discẽdi cõpendio iam precedit. Caput in caudã vertit: ⁊ si johãnes in ꝓposito perseueret, minor primogenitũ et iacob esau supplãtabit.

¶ Quanta sint pericula prelature.

¶ Epistola.ciij.

Reuerẽdo patri ac dño. H. dei gratia Radingẽsi abbati Suus Petr⁹ Blesen. Bathoniẽsi. archiõ. Salutẽ: et felices ad vota successus. Quotiẽs recolo verba collationis quam inter nos nuper habuimus: cõcalescit cor meũ intra me: ⁊ in meditatiõe mea exardescit ignis. Ignitum eñ eloquium tuũ vehemẽter, ⁊ spiritus vite erat in verbis/aut potius ꝛba illa spiritus et vita sunt: qr non eratis qui loquebamini: sed spiritus patris q̃ erat in vobis. Scio siquidem q̃ verba illa cõcepta in personã alterius vos specialiter cõtingebãt: ideoq̃ quasi scintille ardẽtes ex cordis abũdantia ꝓcedebant. Amãtissime pater cũ inter perfectos huius tẽporis viros per gratiã dei precipua sanctitate ꝓmineas: certus sum tñ q̃ ad maioris tumultũ perfectiõis aspiras: apl'i strennui imitator/q̃ dũ in ꝓfectu est nõ reputat se ꝓfectũ: nõ q̃ iam apprehẽderim inquit aut ꝓfectus sum: vnde autẽ queretro sunt oblitus: ad ea q̃ anteriora sunt me extẽdẽs/sequor ad brauiũ supernevocatiõis in xp̃o. Et subiũgit. Quotquot autẽ ꝓfecti sapimus hoc sapiamus. Te reuerẽdissime pater a tã felici ꝓposito non retraho/nec deharto⁊, ꝓperãtẽ ei a terris in celũ: q̃ vel modicũ detinet plurimũ nocet. Affectas honorẽ reliquere: mãris quidẽ cõcupiscibilẽ qr ipm multipl'r amplias ti/vt excussus tãq̃ locusta tibi vaces ad letãdũ in letitia gẽtis, quã xp̃s hereditauit vt laudeť cũ hereditate sua.

Sane ad hoc nulla secularis occasio: sed sola xp̃i caritas te inuitat. Iusto eĩ lex nõ est imposita: nec accepi stispm seruitutis iterũ in timore, sed spiritũ adoptionis filiorũ. Veritas aũt dicit. Ponite iugũ meũ sup vos: acĩ dicat. Nõ impono: vos imponite: vos tollite, si vestris aiabus vultis requiẽ inuenire. Dedisti ꝓfessiõi euãgelice manũ: tibiq̃ alienũ videť a via iustitiũ cationũ dei sequi fallacias hui⁹ mũdi. In amaritudie q̃dẽ aie tue plãctu anxio: ⁊ lamẽtabili gemitu tua tpa deplorabas. Tenorẽ vo querele illi⁹ et si nõ expressio recolã verbor vestigio: ab eorũ tñ sentẽtia nõ aberro.

¶ Sequitur in eadem.

Suspirando dicebas. Infelix ego homo carnalis et venũdatus sub peccato: quid michi ad diuitias ⁊ honores? Cur michi magisterium ⁊ cathedram sup alios vsurpaui? Nõne sufficiebat michi iniquitas mea: nisi peccarem in multitudine/ ⁊ alligarem michi pctã duplicia? Professor euangelice paupertatis intrauerã castra dei: et me spirituali militie alligauerã: nunc vero per huius maledicti honoris assumptionẽ tanq̃ trãsfuga et desertor arma innocẽtie regularis abieci. Heu heu posuerunt me custodẽ in vineis: qui mesipsum custodire nõ possum. Qui me regere nõ sufficio cõstitutus sum vt alios regam: indoctus doctor/ ⁊ cecutiens doctor. Cõplãtaueram me similitudini mortis xp̃i: ⁊ elongaueram fugiẽs a vt'is hominũ, tanq̃ ab immũdici'is abstinerẽ: nũc autẽ in medio populi polluta labia habentis ego habito. Cõmixtus sum inter gẽtes: ⁊ didici opera eor. Immiscuit in me dñs spiritũ vertiginis ⁊ errare me fecit sicut errat ebrius ⁊ vomẽs ⁊ verevomẽs. Euenit eñ michi qõ dñs per beatum iob impio cõminať: diuitias inquit quas deuorauit euomet: et de vẽtre eius eripiet eas deus. Sane iudicio diligentium deũ terribile ei⁹ possum expectare iudiciũ: cum in libro sapientie legam: qr horrende ⁊ cito apparebit dñs: ⁊ iudiciũ durissimũ his qui presunt fiet. Ego spiritus vadens ⁊ nõ rediẽs: quõ retro aspexi qui a apposueram manũ aratro? Qui mũdum euomui, quõ ad vomitũ redij? Qui exuerã veterem ade tunicam: quõ reindui eam? Qui lauerã pedes meos: quõ eos iterũ inquinaui? Quõ ad portas inferi reductus sum: qui iam in paradiso posueram pedẽ vnũ? Quis ita questuit aĩam suam/vt perderet eam? Quis ita impie cogitauit repellere preciũ suũ: ⁊ hereditatẽ illam preclaram, cuius iam arram ⁊ pignus acceperam? Sed iusto dei iudicio qui pacẽ ad xp̃m non habet, ad seipm pacem habere nõ potest: posuisti me contrariũ tibi, ⁊ factus sum michimetipsi grauis. Animã meã quasi sub iactu alee posui: dum ad incertũ diuitiarum sub certo discrimine mortis eterne me cõtuli. Et quid ꝓdest homini si totũ mũdum lucretur, anime vero sue detrimẽtũ patiatur? In dispẽdio anime nulla est estimatio. Sciebam oẽm honorẽ huius seculi esse impedimẽtũ graue, ⁊ quoddam peremptoriũ salutis eterne. Quem eñ legimus a secularibus delitijs ad eternas delitias demigrasse? O q̃ fallax et vana est gloria quam homines abinuicem petũt ⁊ accipiunt, et gloriam que a solo deo est nõ querunt. Vere vana, qr vani filij hoim. Monachus si alijs vult preferri/nonne collega illius est qui dicit. Ponã sedem meã ad aquilonem, ⁊ ero similis altissimo? Sed cuius ascẽdit cathedram/eiusdẽ timeat precipitiũ et ruinam. Multi se per honores transitorios elongauerũt a xp̃o dicentes Anathema iesu. Certe qui preesse alijs volunt cor eorũ vanum est: dũ a virtute vacui spiritu elationis ⁊ vẽto glorie volatilis intumescũt. Elegeram abiectus esse in domo dei: eratq̃ michi ꝓ summo honore abiectio ⁊ cõtemptus. Nũc autem in ira dei elatus sum in cathedram pastoralẽ, cuius adeptionem et si non ꝓcurauerim: eam tñ non sine ambitiosa volũtate recepi. Sufficiebat michi pauptas mea: sufficiebat michi preesse dũtaxat corpori meo/vt nõ regnaret in me peccatũ. Sufficiebat michi thesaurum dñi seruare in hoc vase fictili. Animã meã dico ꝓ qua ille magnus mercator sanguinẽ suum fudit. Video in claustris celestes homines, aut potius angelos terrestres: quor conuersatio est in celis, qui quadã nobili superbia despiciunt honores ⁊ diuitias huius mũdi. Nos autẽ peccatores et abũdantes in seculo obtinuimus diuitias quas veritas in euãgelio damnat: cũ quibus ventilator impiorũ rex sapiens, michi rotam malorũ immisit. Ve sunt aque de puteo samarie: quę pl⁹ pote plus accendũt concupiscentie suũm. Sed beatus vir cuius est dñs spes ei⁹, cui nichil deficit quia xp̃s ei sufficit. Ve sunt muse que exterminãt suauitatem vnguẽti. Aues que abigebãt abraham. Aures que de terra, id est terrena affectiõe ebullĩũt: qui extalos, id est interiora eorũ corrodunt qui archam dñi ponunt iuxta dagon: qui scilicet sacre scripture sciẽtiam mundane sollicitudinis abusione cõfundunt: ꝓpter hoc dñs dicit. Vedi eis aurum meũ ⁊ argentũ meũ: ipsi vero de auro ⁊ argẽto meo opati sunt baal. Anteq̃ hũc honorem aut pot⁹ hoc on⁹ michi imposuisset celestis indignatio (ad hoc eĩ in ira dei vocatus sum) sentiebã de dño in bonitate et in simplicitate cordis mei: atq̃ in memoria abũdãtie suauitatis iugiter exultabã. Frequẽter in orationibus meis inter ignitas cõpunctiões inter iubilationes archanas/ inter pia suspiria/ inter deuota susurria quadã desiderij vehemẽtia in deum mee deuotiõis ferebãtur affectus. Vbi modo sunt illi diuine inspirationis estus/ ille sugne suauitatis experientie/ ⁊ quedã delibatiões fruitionis eterne? Sed illos celestis gratie motus mea ꝓdita infelix aĩa iam non sentit, quos in die dñi bona/ ⁊ in hora beneplaciti eius de xp̃i amore tanq̃ de ligno vite fructus salutis ⁊ paradisi delitias colligebat. Nunc aũt oẽm escã abhominata est aĩa mea: et appropinquauit vsq̃ ad portas mortis. defecit caro mea ⁊ cor meum: defecit gaudiũ cordis mei: cor meũ cõturbatũ est: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumẽ oculor meor ⁊ ipm nõ est mecum. Facta est dñe aĩa mea sicut terra sine aqua tibi.

Aut eñ obduratur ad lachrymas/ aut irruentiū sollicitudinū turbine quasi in ventos dispergit ad vanitates ⁊ insanias falsas. Aperiāt queso catharacte capitis mei, et cordis mei disrūpantur abyssi: vt sup faciē huius terre inundet diluuiū aquarū multarū. Dedisti michi dñe celum ferreū et terrā eneam: vt super hunc montē gelboe qui per elationē honoris intumuit, nec ros nec pluuia cadat. Tēpus itaq; meū perdidi, defecerūt in vanitate dies mei: ⁊ anni mei cū festinatione. Viues factus sum vt fierē miser, honores adeptus sum vt perderē deū: honoris eñ sequela perditio est. Sane honores ⁊ diuitie sibi habēt annexa/ vite securitatem/ vinū ⁊ pinguia/ oclū et saturitatē/ cōtemptū dei ⁊ dispendiū sui. Inter honorē ⁊ paupertatē euangelicus sermo manifeste distinguit: dū lazarū beatificat in sinu abrahe, et diuitē sepelit in inferno. Qui debueram plāgere dies quos perdidi, qr pdite vite: fauorabilis factus aure venator sequor curias/ intersum magnatū consiliis/ inferiores iudico/ maiores quasi mee salutis auctores veneror et adoro. In his patrimoniū xpi dilapidans ⁊ pfligens false largitiōis obtentu: me totū in capturā inanis glorie/ ⁊ magnificētiam pompe secularis euiscero. Quid ei cōfert illa superflua numerositas euectionū quas circūduco/ ⁊ multiplicitas clientele? Quid de hospitalitate dicā que merito hostilitas potius q̃ hospitalitas censeret? xps eñ causam nō prestat: sed inanis glorie obtentus diuitibus quidē in hospitio cū honore ⁊ reuerētia susceptis in omni opulētia delitie apponūt de patrimonio crucifixi: xps aūt semel olim crucifixus in ligno, foris in pauperibus suis crucifigit et torquet in luto. In quibus aut nudus oino: aut semiuiuus tabescens/ fame ⁊ frigore tremēs: de his que interi⁹ danī canibus solaciū angustie sue postulat, ⁊ nō est qui moueat super cōtritione ioseph. Ecce hospitalitas hodierna in qua diuites ad gloriā demonū splendide epulantur: ⁊ xps qui caritas est contēptu, inedia, ⁊ nuditate afficitur. Ego aūt oblitus terribiliū iudiciorū dei, et immemor aie mee: sedeo tanq̃ balthasar in medio cōuiuarū, vasis dñi abutēs/ ⁊ patrimonio pauperum ad cōtumeliam xpi. Interim exeunt de domibus hospitum garsiōes cibariis onusti ⁊ ebrij/ vt de superfluitate illorū pauperibus ingeratur cumulatior doloris ⁊ tormēti materia. Sub hui⁹ false hospitalitatis pretextu vicecomitib⁹/ forestariis/ ⁊ ceteris officialibus aut potius officiperdi hoibus, tanq̃ dñis ⁊ magistris omne humanitatis officiū exhibem⁹: pponeī tamen querela de inofficioso, totāq; hospitalitatis gratiam ingratitudo peruertet: nisi architriclinus vsq; ad nauseam et vertiginē capitis cū hospitibus suis bibendi bella cōtinuet. Hec oia iudicabit cui⁹ iudicia occulta sunt: ⁊ ideo plus timēda. Sumptus tam detestabiles et enormes nō de labore aut patrimonio fiūt: sed de elemosinis fideliū/ de oblationibus atq; decimis/ ⁊ de tributis egentiū aiarum/ de exactionibus et oppressionibus pauperū/ ⁊ de obuentiōibus placitorū.

Quicq; in sudore vultus pane nostro vescī debuimus: laborēs miserorū nobis vsurpamus ad delitias/ atq; in crapula ⁊ ebrietate sudorē bibimus alienum. Scriptum est. Iudicia eius abyssus multa. Ille qui intuet abyssos et sedet sup cherubin, terribilis in cōsiliis super filios hominū: iudicabit causam pauperū qñ stabunt in magna cōstantia aduersus eos q̃ se angustiauerūt. Vindicabit hec oia pater orphanorū/ et iudex viduarū: patientia vro pauper nō peribit in finē. Ubi est queso vbū illud pphete Disperſit dedit pauperibus? Porro non diuitib⁹ dare: nec nos ligna ferre in siluā/ nec aquas in mare effundere oportebat. vbum beati hieronymi est: sacrilegiū esse res pauperū non pauperibus dare. Et idē. Paria sunt peccatorib⁹ dare ⁊ demonib⁹ immolare: nec minus turpe est cōferre turpib⁹ q̃ ob turpia dare. Ecclīastes dicit. Benefac humili ⁊ ne dederis impio: da bono ⁊ ne recipias peccatorē. Itē hieronymus. Clericus q̃ de bonis suis sustētari pōt: si accipit qd pauperū est, sacrilegiū pfecto cōmittit: atq; p abusiones talīū iudiciū sibi mādūcat ⁊ bibit. Si hoc de clerico statuitur: quid de monacho fiet q̃ si habeat aliqd ppriū nichil habet cōe ad xpm? Plenū est discrimine supbā familiā de pauperū spoliis exhibere. Tutiusq; michi esset humiliari cū mitibus/ q̃ diuidere spolia cū supbis. Rōne pauper spolia sunt oblationes et decime quas p ecclīastice sententie metū a paupibus violēter extorqueo? Scriptū est Sumite psalmū: ⁊ date tympanū. Qua frōte tēporalia recipio: qui spūalia nō impēdo? Quid de tallijs et exactiōibus: quid de obuētiōibus placitorū ⁊ ceteris improbis extorsiōib⁹ loquar? Audio dñm p ysaiam lamētabiliter cōquerentē: populū inquit meū exactores sui spoliauerūt. Quare arteritis ppl'm meū: et facies egenorū cōfunditis? Vos eñ cū austeritate ⁊ potētia imperatis, in domib⁹ vestris rapina pauper inuenit. Detestabile quippe est i monacho/ vt sub quocūq; coloris habitu honore aut titulo potestatis habeat feuda/ seruos ⁊ ancillas/ homagia/ ⁊ fidelitates atq; ligātias: vt hoibus angarias ⁊ perāgarias/ ceteraq; onera publice functiōis imponat: vt ita in extraordiariōs vsus/ aut potius abusus (sicut elegāter ppo suistis) patrimoniū xpi dilapidet ⁊ pfligat, damnabile est vt sit dilapidator pauper/ exactor improbus/ torquusq; pcrustes. Audi hieronymū. Monache si eges ⁊ accipis: da potius q̃ accipias. Si aūt non eges et accipis/ rapis. Porro no indiget monach⁹ si habeat qd nature sufficit: ⁊ hāc sufficiētiam apls certa diffinitione prescribit. Habētes inquit alimenta, et quibus tegamur his cōtenti simus. Que ergo insania est thesaurizare in laboribus pauperū: ⁊ in sanguine alieno michi ⁊ meis delitias pcurare? Quid me apud districtum iudicē poterūt excusare parentum sustentatio, false hospitalitatis fama, nūerositas euectionū, ⁊ multiplicitas clientele? Quid ppter hoc me oportuit bona pauperum rapere? Rapio eñ ⁊ si non manu ppria sed aliena: et quasi longa manu. Scriptum

est autem. Manus in manu nō erit innocēs malus. Non excusat saul a morte dauid, nec a xpi morte iudei: cuius malicia sua aliena manu studuerint adimplere. Et si longa sit manus qua rapio, sed nō est abbreuiata manus dñi: quomin⁹ iudicet in iustitia pauperes, ⁊ arguat in equitate, p māsuetis terre. Beatus Job dicit. Si aduersum me terra mea clamat: in quo clamorē aduersus eorum dños oppressores periculosum insinuat. Faciāt hec ⁊ cōsimilia hi quorū deus nō est memor amplius: ⁊ ipsi de manu eius repulsi sunt quorū deus nō est respectus morti eorū, ⁊ firmamentū in plaga eorū. Sed que cōuentio michi ad rapinā: qui omne qd̄ habebā, ppriū abdicaui? Certe nec miluus nec accipiter/ nec vultur/ siue herodi⁹/ aut alia rapax auis accepta ⁊ in dei sacrificium. Auarticiam eñ ⁊ calūniam: ⁊ oblationē de rapina dñs detestatur. Cōtra edictū celestis imperatoris est, nō solum cōcupiscere aut rapere aliena: sed sua etiā cum lite repetere. Apostolus ad thimotheū dicit: Seruū dei nō oportet litigare. Et idem. Hoc ipsum delictū est in vobis q̃ causas habetis, ⁊ nō potius fraudem patimini. Rūquid accepi dānabiles istas diuitias/ vt carni mee lauti⁹ indulgerē? Sciebam sane q̃ terribiliter apostolus cōminetur his qui curā carnis in desideriis agūt. Testimonio xpi: caro non pdest quicq̃: nec regnū dei caro (teste apło) possidebit. Hec est sterilis terra, ⁊ prima maledicto: que nō generat nisi spinas ⁊ tribulos: quā dñs veniet percutere vga oris sui. Si sterilem pasco ⁊ vidue bene non facio (testimonio iob) sentētiā diuine aīa duersionis incurro. Contra aiam que se ad mūdanas voluptates effundit, dñs grauiter excādescit: sui iudicij executorib⁹ dicēs. Quantū exaltauit se in delitiis: tantū date ei tormentū ⁊ luctus. Certe sapiētia nō habitat in terra suauiter viuentiū: nec est regnum dei esca ⁊ potus: sed iustitia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spiritu sancto. Empti sum⁹ precio magno, vt glorificemus ⁊ portemus xpm in corpore nostro: nec circa curam corporis indulgētius nos habētes/ audiam⁹ qd̄ dñs delicatis improperat per pphetā. Abiecistis me inquit post tergū vestrū. Rūquid immolabo carnē meā mense demonioru, quā offerre debuerā hostiā viuam/ sanctam/ deo placentē rationabile obsequiū meū? Si accepi diuitias, vt parētū meorū indigentiā releuarem: terret me beat⁹ hieronymus dicēs: Q̃ cū ppinquitates corporū respicim⁹: corporis ⁊ aīe creatorē offendimus. Et adiūgit Multi dū parētib⁹ miserent aias pdūt: hi sunt q̃ iudicio meo aias suas p amicis suis crudeliter ⁊ dānabiliter ponūt. Legi epłam hieronymi ad heliodorū: et īueni q̃ grauī ⁊ austero rigore abscindēda sit in his q̃ conuertunt ad cor omnis affectio parentele. Macte fete q̃ deferebant archā dñi in betsames ad vitulos suos colla minime reflectebāt: nec in domo dñi sacerdos aut leuita eligitur/ nisi dixerit patri ⁊ matri, nescio vos. Mortuus eram mundo et mūdus michi. Amor aūt seculi q̃ in corde meo aruerat sub quodam false pietatis obtētu, per affectiōes sanguinis reuiruescit. Infelices aūt qui parētibus erogant vnde post illorū gaudeāt obitū: cum vana viuorum gaudia sepe transeāt in supplicia mortuorū. Destruat igitur in me dñs oēm altitudinem extollētem se aduersus scientiam dei: et in capturam redigat oēm intellectū meū in obsequiū xpi. Sane nūc demū sentio q̃ fructuosus sit homini, ⁊ q̃ gloriosus apud deū titulus paupertatis: nescit homo precii ei⁹: paupertas eñ sola est via secura ⁊ expedita ad vitam/ cetere vie malignis latronibus plene sunt. Abundus eñ in maligno positus est plenus periculis/ plen⁹ laqueis/ plenus scādalis/ plenus colloquijs prauis/ exemplis malis/ pditorijs verbis/ ⁊ iniquis cōsilijs. Sed quid differo, quid expecto: forte hac nocte repetent aīam meā. Quantula cūq; iactura temporis, dispendiū est salutis. Extrema insania est, negocium aīe in necessitatis differre articulū: donec desidiam suā falsa expectatione fouētem tonitruū diuine indignationis absterreat. Ve inquit pregnātibus et nutriētibus in illa die: heu michi q̃ incolatus me⁹ plongatus est. Quis ergo michi dabit pēnas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requiescam? Tu autem dñe deus sabaoth pater miseri cordiarū, et deus totius cōsolationis, quādo cōsolaberis me? Quādo replebis in bonis desideriū meū? Tibi dixi Cor meū ⁊ gemitus me⁹ a te nō est absconditus. Quid eñ michi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terrā? Deus cordis mei ⁊ pars mea deus in eternum. Imperfectū meū viderunt oculi tui: ⁊ cui affectū suggeris da effectū qui oia potes: q̃ sine te nichil possum⁹.

¶ Responsio.

Vle cōquestionis serie pater, fida sicut estimo recordatione collegi/ collectāq; recensui. Quia vro cōsilium petis: audi cū equanimitate qd̄ in caritate nō ficta tibi cōsulit filialis affectio et amica simplicitas. Video q̃ faciē habes euntis in hierlm: sed vide ne inuanū accipias aiam tuā: ⁊ ne te circūueniat qui frequēter se in angelum lucis trāsfigurat. Multe sunt (teste apło) astutie sathane: caue ne te a cōsilio iustorum ⁊ cōgregatione supplantet. Sed si spūs potestatē habens sup te irruerit/ locū tuū ne deseras. pīculosa est locorū mutatio, ⁊ signū aīe egrotantis. Aut locū mutat: quasi q̃ fugit vmbrā corporis suī, seipm fugiēdo circūfert. Regnū dei intra vos est. Infra te est vñ possis placere altissimo: vberioris gre est inter seculares eē religiosus: inter impios esse iustū. Dauid cū his q̃ oderūt pacē erat pacificus: lotb iust⁹ habitauit in sodomis. Joseph in egypto cū pharaōe. Daniel in babylone cū nabugodonosor. Chusi in cōsiliis absalon. Abdias cū achab et iesabel: nichil tū de illorū merito imminuit aliena malicia. Immo eorū adauxit meritū societas impiorū. Q̃ aūt oia affectas p xpo relinquere, donū dei pfectū est descēdēs a patre luminū, p xpo siquidē oia relinquētibus iudiciaria sedes in reprōmissione pmittit: nec iudices cū xpo sedebūt/ q̃ p eo oia nō relinquūt. Bonū est fratribus preesse: nā et his qui bene presunt

duplex corona (teste apl'o) pmittit. Diuerse siquidem vie sunt ad salutē, et diuisiones gratiarū sunt: vnicuiq; aūt datur manifestatio spūs ad vtilitatem. Noe daniel ⁊ iob diuersis pfessionibus vite eternse denarium meruerūt. Si p vtilitatibus fratrū laboribus te expo nis, curis te oneras, bonū est: sed melio forte est si iuxta cōsiliū apli teipsum ad pietatē exerceas. Ipsius ei testimonio corporalis exercitatio ad modicū valet: pietas vero ad oia habēs, pmissionē vite que nunc est pariter ⁊ future. Bonū est sollicitari cum martha: sed quietius sedere ad pedes dni cum maria. Dulcius est puldere dnm in conspectu suo semp: vacare ⁊ videre q̄ suauis est dns. Alii salutē fratrū saluti, ppie anteponūt: ego cū istis nō sentio: nemo ei me michi germanior est, p fratribus meis libēter corpus expono periculis: sed non aiam / nisi noie aie voces vitā. Nam ⁊ si moyses stans in cōfractione in cōspectu dni orat vt dimittat ppl'o noxā / aut deleat eū de libro quē scripsit. Si iob radicatus in caritate nō dubitat esse frater draconū, et socius struthionū. Si paulus vult anathema esse a xpo, p fratribus suis: isti quidē abūdant oleo ⁊ frumēto. Ego pauperculus nō habeo nisi modicū olei quo vngāt vlcera mea. Illi pre participibus suis vncti erāt: vino ei frumento ⁊ oleo spūalib⁹ seculi diuitijs pre ceteris abūdabāt. Vis audire eorū diuitias? Audi dnm loquentē de moyse ⁊ dicentē Si locutus fuero seruis meis, pphetis, loquar eis in visione: vel p somniū / nō sicut seruo meo moysi qui fidelis est in tota domo mea. Et ēn loquar facie ad faciem. De beato iob ait ad satban. Nunquid vidisti seruum meū iob q̄ nō sit ei sil'is in terra: vir simplex ⁊ rectus, ⁊ timēs deū, ⁊ recedēs a malo. Apl's vero totus oleo mie effluebat cum diceret: Certus sum q̄ neq; mors neq; gladius / neq; vita / neq; altitudo / neq; pfundū / neq; instātia / neq; futura / neq; creatura alia poterunt me separare a caritate que est in xpo iesu. Qui ad tertium celū rapt⁹ inter cetera dei archana didicerat q̄ nō poterat a xpo separari / de magna cōfidētia ⁊ certitudine vult, p salute fratrū esse ad tempus anathema a xpo. Ego aūt vir videns paupertatem meā, habeo aiam meā in manib⁹ meis semper: ipsam illi cōmittens qui potēs est depositū meū seruare in illum diem. Et ego aialis sum terrenus et carnalis: loquor tñ vobis quātū preualeo in doctrina spūs spūalibus spiritualia cōparando. Vos aūt qui spūales estis scitis que sit volūtas dei bona beneplacens ⁊ perfecta: nec sermo me⁹ preiudiciū vobis facit. Spūalis quidem homo oia diijudicat: ipe aūt a nemine iudicatur vbi ei spūs ibi libertas. Qui vo spiritu dei agūtur hi sunt filij dei. Ego quidē exercitū spūale prefero corporali sicut spiritū carni. Nec ei vir, ppter mulierem: sed mulier facta est, ppter virū. Ipsa est cui a dno dicit Et ad virū tuū erit conuersio tua, vt aialitas ex se nichil oino psumat: sed spiritui tanq̄ viro subiecta sine murmuratione obediat. Habes pre oculis pater sanctissime ascēsorios gradus scalā iacob: et exēplar

qs ezechieli ostēsum est in mōte visionū dei. Nec tam te moneo ad currēdum in vsā mandatorū dei. Eges ei freno potiⁿ q̄ calcari. Te ad hoc būtaxat exhortor vt in vigilijs / ieiunijs / disciplinis / et ceteris exercitijs spūalib⁹ ita modestie regulā teneas, ne in sacturā ministerij deo debiti langueat corp⁹ / deficiat vtus / subtrahat affect⁹ spiritui / effectus operi: ne tollat tibi cōscientie tue gloria / ne sis tibijpsi domestic⁹ homicida. Ego aūt bone iesu a quo oīs gratia, tibi actiones refero gratiarū: qr tantū et tam venerabilē virū sic afficis / sic inspiras. Scio tñ q̄ mutatio hec que sine dubio est mutatio dextere excelsi, multis ⁊ maxime terre magnatib⁹ displicebit: et erit scādali cōis occasio. Trāsibit eorū amor in odiū: familiaritas in contēptū. Sed (testimonio beati iob) lampas cōtēpta apud cogitationes diuitū, parata est ad tēpus statutum. Satius est placere deo q̄ homini. Si hoibus placerem (dicit apl's) xpi seruus non essem. Qui hoibus placēt cōfusi sunt: qm̄ deus sprevit eos. Si facies tua cōfundatur ad tempus, cōfusio hec adducet gloriā: atq; p cōfusione hac ⁊ rubore in terra tua duplicia possidebis. Scio q̄ offendent pincipes: nec te queso illoxum offensio scandalizet. Certe discipulis xpo dicētibus: Scis qr pharisei scādalizati sunt in sermōe isto: respōdit dicēs: Sinite illos. Ceci sunt ⁊ duces cecorū. Qui ergo pphibet scandalizari vnū ex pusillis credentibus in eum: suauiter portat scandalizari pharisēos ⁊ pncipes sacerdotū. Gloriosum est apud glorie dnm seipsum abnegare, potius volūtatis aliene subesse arbitrio q̄ preesse. et est maioris meriti minori vel cōpari exhibere obediētiam q̄ maiori: hāc ēn obediētiam informat caritas, illā vero extorquet impiosa necessitas. Verum est tñ q̄ in administratione honoris vix vnq̄ potest plena pfectio inueniri. Certe beatus martin⁹ celebrior in miraculis fuit anteq̄ cathedrā ascendisset eminētie pastoralis. Legimus q̄ galfridus peronēsis clareuallis prior electus in epm torna cēsem, electiōi nullatenus acquieuit. Qui postea defunctus et apparens cuidam fratri: inquirenti qualiter ei esset respōdit. Reuelauit michi trinitas sancta, q̄ si suscepissem epatum: fuissem de numero reproborū. Quid ergo facient infelices qui temporaliū sollicitudinum fluctibus se sponte ⁊ gratanter immergūt: qui splēdē de epulādo / dormiēdo / bibendo / sedēdo ad theloneū fiscalem calculū dispensando / querendo que sua sunt aut potius q̄ sunt cesaris ⁊ nō dei, vitam suam inuanitatibus transigūt: se tñ arbitrātur esse perfectos: qr furta aut rapinas / aut homicidia nō cōmittūt. A fructibus eorū cognoscetis eos. Isti cum incētiuo cupiditatis exestuant, dū trahūtur in anis glorie appetitu: oēs miserie quas sustinēt, eis in delitias cōuertūtur. De talib⁹ dicit iob. Esse sub sentibus delitias cōputabāt. Isti sunt gygātes de quibus idem iob dicit Gygātes qui portāt orbē gemunt sub aquis, ⁊ qui cū eis sunt: his quibus voluptatē facit cupiditas in tormētis Osee, ppheta sub specie effraim īsultat ⁊ dicit

Vitula effraym docta diligere trituram. Sic ēn anxietates eorū aut cupiditas leuigat / aut inanis glorie questus q̄ eis a talibus cessare nō libet, ⁊ quando licet. Mimirū calice babylonis inebriati sunt / nec terribilia et subita dei iudicia q̄ eis de, primo intentātur attendūt: ppter quod in euāgelio dns dicit Attendite vobis ne grauent corpora vestra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ in curis huius vite, ⁊ veniat super vos repētina dies illa. Cum ēn dixerint pax ⁊ securitas: tūc repentinus superueniet interitus / et dolor sicut in vtero habentis, ⁊ nō effugient: psperitas siquidē stultorū perdet eos. Cūq; deduxerint in bonis tēporalibus dies suos (testimonio iob) in momento ad inferna descendūt. Sane magne arbores diu crescunt: et in modico tempore succidūtur. Contemnūt itaq; miseri habere vnde spiritualiter gaudeāt, et per tēporales acquirūt angustias: vnde tēporaliter ⁊ eternaliter gemant. Intelligentes ergo in nouissimis eorū cōpatiamur his q̄ ignorant et errant. Eis ēn securis posita est ad radicem: ⁊ tanq̄ infructuose arbores sentētiam cōbustionis expectant. Hanc exhortatiūculam meam stilo recisore exarare decreueram: sed amor qui finem nescit (charitas enim nūq̄ excidit) vix finē potuit inuenire scribendi. Euasit itaq; breuitas in immēsum, cedula creuit in pellem, ⁊ epistola transiuit in librum.

digord

Excusatio, plixitatis litterarū que sic incipiūt Quotiens recolo. Epistola.ciiij.

Reuerendo patri et dno. N. dei gratia abbati Radniseñ. Suus. P. Bleseñ. Bath. archiō. Spiritū consilij cum salute. Breue vobis scribere inceperā: sz breue creuit in longū. Exuberante ēn dictandi materia: stilus licētius debito euagatus est in immēsum. Scriptus et in tergo est nondū finitus horestes. Sane dictando ⁊ scribēdo videbar michi vobiscū presentialiter loqui: ⁊ sic decrescebat, plixitas ex affectu, totūq; scribendi laborē michi deuotio furabat. Si igitur aures vestras celestib⁹ exercitijs occupatas sermo, pductior onerat: dilectio que me trahit ad culpā, ad veniam itercedat. Cum aūt rotuli precedētis primā faciem legendo transieritis, voluatis in tergū: ⁊ demū excurratis a prio rotulo in secūdū. Hāc vo exhortatiunculā meā habuisletis trāsacti sunt multi dies: nisi me turba negocior multiplr ingruentiū retardasset.

Congratulatio translationi sareb. de monte in planum. Epistola.cv.

Dilectis dnis ⁊ amicis decano ⁊ capitulo sareberieñ. eccl'ie. P. Bleseñ. Bath. archiō. Salutē in vo salutari. Letatus sum in his que dicta sunt michi / q̄ sedē sareberieñ. eccl'ie trāsferre disponitis. Ego aūt huic, pposito tota deuotiōe cōgratulor. Erat ēn locus ille vētis expositus / sterilis / aridus / desert⁹ / angustus. Erat ibi turris quasi in syloa q̄ habitatores loci onere lōge seruitutis oppressit. Sed qui suscitauit spiritū othoniel vt a populo dei iugum tyrānice oppressiōis excuteret: ipe ad opus memoriale nostri presulis excitauit affectū. Sic olim filij, pphetarum cōsilio helysei de loco angusto ⁊ sterili descēderūt ad fluēta iordanis: vt ibi spaciosius edificarēt / aptioresq; sibi facerēt māsiones. Captiua erat in mōte illo sareb. eccl'ia: sed ⁊ olim capta ⁊ captiua ta erat archa dni ab allophilis in mōte gelboe: iuxta quā turris illa quasi alter dagon in superbia ⁊ in abusione erecta est: que vtinā cū predicto ydolo cōfractionis ⁊ deiectiōis sentētiam excepisset. Certe archa noe que generis hūani residuū q̄nq; saluauerat postq̄ inter montes armenie resedit / nullis vsibus apta fuit. Descēdamus ergo felici auspicio ad cōplana vbi valles abūdabūt frumēto / vbi cāpi speciosa pinguescēt / vbi comedet q̄sq; subvite sua ⁊ sub ficulnea sua: eritq; melior dies vna in atrijs illis sup milia. Dum sollicitus cōsidero ⁊ perpēdo epi nostri cor pzudens / ⁊ magnificā manū / honorē ipsius: quietē etiā clericorū atq; recordationē futuri tēporis / ⁊ memoriale perpetuum pre desiderio but⁹ tēporis aia mea deficit ⁊ liquescit. Quadā ei grata ymaginatiōe depingit animⁿ meus michi q̄ factū est a diebus antiquis q̄ diuidebat altissimus gentes: q̄ separabat filios adam / cōstituēs terminos mansionū iuxta numerū filiorū israel: quō sub iosue ⁊ caleph duodecim tribub⁹ data est in sortē terra chanaan in funiculū distributionis. Reuixit itaq; spūs me⁹, et reflorruisse michi visa est caro mea: qr dieb⁹ nostris video, pphetarū tēpora redisse. Decurrit aio meo cōis et celebris illa exultatio ppl'orū: cū sub dario rege edificat templū sub artaxerse / muros reparat neemias / ignēq; mtis annis in puteo absconditū cruderās et educēs in crassitudine aque pficit holocaustū. Recolo virū in ezechiele cui⁹ species quasi species eris, ⁊ funiculus lineus in manu eius: et calamus mēsure in manu ipsius: et mēsus est longitudinem / latitudinē / et altitudinē edificij / parietes / portas / vestibula / suplimināria / altaria / mēsas / et sancta sanctorū / gazophilatia ⁊ fenestras: videre michi videor salomonē sollicite auellentē circa tēpli edificiū lyram ministrantē ligna operosius edificio insistētes / lathomos / cemētarios / biblios / ⁊ onerū portitores. Ex quo igit nōster darius / nōster dns rex huic imitatiōi que proculdubio mutatio dextere excelsi est prompto fauore cōsensit: operet queso mag⁹ vestra instāti⁹ quicquid pōt. Nescim⁹ ei quid futura piat dies. Aliudus in maligno posit⁹ est: ⁊ dyabol⁹ inestimabile translatiōis hui⁹ fructū presentiēs ad oēs impediēdi artes / suas vsutias circūducit. Op⁹ itaq; q̄ maturius ⁊ instātius vrgeri oportet nulla dilatiōe frustret: ne nobis eueniat q̄ ppl'o infideli, pheta improperās ait: populus h dicit. Nondū tēpus est edificādi domū dni. Ego aūt precipuū habebā in votis huic distributiōi māsionū pnitialiter interesse: sz maioris pceptio vt lex obediētie inuitū ⁊ renitētem a, pposito me reducunt.

Consolatio monachorū qui, p defectu messiū erant desolati. Epistola.cvi.

VEnerabilibus dñis ⁊ amicis priori ⁊ cõuetui de fontanis magister. P. Bleseñ. Bath. archiđ. Salutem: ⁊ si quid melius aut fructuosius est salute. Cũ licentia vestra ⁊ benedictione recedo ab ebracensi puincia: et vado ad eũ qui me misit. Q; aũt circa vos in obsequijs et visitatiõibus minus frequẽs extiti/ fecit dñi abbatis absentia/ circa ecclam nostrã iugis occupatio/ studiosa lectio que dispẽdiũ tẽporis ociosi cũ patientia nõ admittit: ⁊ precipue vestre domus desolatio cui totus quadam cõpatiendi immo cõmoriendi affectiõe coanxior. Et si ad tẽpus presentialiter vos nõ video: presens tñ spiritu vos in interioribꝰ meis circũfero. Quãto ei precellit aia corpori: tãto vobis sum vicinior in visceribus xpi: iactu ramq; absentie corporalis aia lõge dittior in suis affectibus recõpensat. Sane citra spem hoim vobis alimẽta hoc tẽpore defecerũt: et hec est pfate desolationis occasio. Sz q̃ in deserto de paucis panibus q̃nq; milia hominũ pauit: qui tẽpore siccitatis helyam pascendũ vidue coruoq; cõmisit: ille potens est exhibere vberiorẽ clemẽtiam celi. Et si de illo modico quod habetis feceritis indigẽtibus mĩam: nec ydriam farine/nec lechitũ olei largitio minorabit. Fõs misericordie/fons sapiẽtie/ fons et abyssus exultatiõis eterne michi ⁊ fratribus fontanis vberiores riuos sue miserationis infundat/ vt a torrẽte voluptatis illiꝰ inebriemur: et hauriamus cũ gaudio de fontibꝰ saluatoris.

¶ Q; dñs q̃nq; irascitur ꝓ pcrõ principis: ⁊ q̃nq; ꝓ peccato populi. Epla.cvij.

Quis (inquit) ego sum vt vadam ad pharaonem liberare populũ de egypto? Licet eũ elegisset dñs tanq̃ dignũ: ipse tamen tanta legatione se humiliter reputabat indignũ. Qua fronte queso preesse presumit/q̃ prodesse nõ nouit? Teste hieronymo. Nõ taurus degener: sed q̃ ceteros fortitudine superat ꝓcedit armẽtum. Elephantorꝝ enim gregem ille q̃ oībus excelsior est antecedit ⁊ ducit. Nõne tibi videt insanus q̃ oino nauigationis ignarus in discrimine tempestatis peritissimos nautas cõtẽneret: ipse autẽ in suam ⁊ aliorum perniciẽ temeritate sua nauis magisterium vsurparet? In matthaeo scriptũ est. Cum videritis abhominationẽ desolationis sedentẽ in tẽplo: tuncve prẽgnantibus ⁊ nutritẽtibus. Ac si diceret. Cũ videritis in ecclesia ambitiosum ⁊ fatuũ meliorĩbus preminentẽ: ve his qui per prelati prudentis industriã a spiritu timoris dñi cõceperant. et cum cepissent facere vite fructũ/ꝑ maliciã successionis fecunditas versa est in aborsum. Ideo queritur ecclesiastes et dicit: Vidi malum q̃ sub sole/stultũ positũ in dignitate sublimi: et sapientes sedere deorsum. O negociatio detestanda pro honore trãsitorio animã perdere: tantũq̃ pecunie numerare pro redditu/quantũ de obuẽtionibus eius nõ possit per quinquẽniũ obuenire. De anime perditione aut salute taceo. nã de anima vltima questio est apud eum. Nõ attendit miserrimus q̃d sub per eum cogitet terribilis in cõsilijs sup filios hominum deus. Quid si hodie vel cras subitatio mortis eum rapiat/⁊ non sit qui eripiat? Sic ne illũ dementauit ambitio: vt ꝑ phas ⁊ nephas ecclesiaꝝ ꝑsonat⁹ acquirat/nec ꝓponat deũ ante cõspectũ suũ/nec veretur iudicia dei: nec illud saltẽ tonitruũ diuine indignatiõis artẽdat. Stulte hac nocte reperẽt aiam tuã: et q̃ parasti cuius erunt? Infelix ob inanis glorie ventũ suam animã iugulat: ⁊ insup se infinitis ⁊ insolubilibus debitis obligare non cessat. Certe publica omniũ estimatione/tota turoneñ. archiepiscopatus obuentio vix sufficeret eum ab ere alieno extimere. Adhoc nec ad plenum mirari sufficio: si vel ad vnius hore dimidiũ possit ei somnus obrepere sub tãto pondere debitorꝝ: inter tot fenorum cruces quibus a iudeis torquetur, inter tam multiplices ⁊ vrgẽtes molestias creditorum. Cicero in libro tusculanarũ refert: q̃ augustus Cesar audiens quendã romanũ equitẽ decessisse qui sextertia ducenta eris alieni viuendo celauerat/culcitram bicubitalẽ que in bonis defuncti reperta est petijt. Querẽtibus quare hoc ageret. Culcitra hec (inquit) ad somnũ habenda est in qua potuit dormire, quẽ tanta debiti moles iugiter debuerat anxiare. Credo autẽ q̃ nepos vester suorum angustias debitorũ solacietur et releuet illo epigrãmate marcialis. Sexte nil debes, nil debes sexte fatemur. Debet eñ quisq̃ soluere sexte potest. Debita eius sunt vtiq̃ poma illa in sodomis: que (sicut beat⁹ Augustinus in libro vicesimoprimo de ciuitate dei refert) speciosa q̃q̃ sunt ⁊ matura: sed arrẽptata morsu in fumũ ⁊ fauillam subito euanescunt. Vana equidem ⁊ inanis est ꝗ eũ actio creditorꝝ/quã euacuat iopia debitoris.

¶ Exhortatio vt via hierosolimitana fiat honeste et sancte. Ytẽ in hac epistola monetur nepos vt fideliter iuuet auunculũ prelatũ: nec pmittat ecclesias opprimi occasione peregrinatiõis hierosol'. Arguitur etiã dilatio peregrinationis.

Epistola.cxxij.

Carissimo dño ⁊ amico. J. rothomageñ. decano Magister petrus bleseñ. bath. archiõ. Salutẽ ⁊ sincere dilectionis affectũ. Cũ in cõtractu bone fidei exactissima diligentia requirat. Rogo vos in ea fide sociali ⁊ amicitia quã cõtraximus ab antiquo: q̃tenus in dñi nr̃i negocio de quo alias vobis scripsi/vigilantia vestra sic excubet: vt nõ solũ corporis cõmoditatẽ sed ⁊ salutẽ anime: vestra i eo cautela procuret. Magnificauit vos dñs in conspectu regis: ⁊ ceteris in ducatu suo/post vestrũ auunculũ vos ꝓfecit. Beratis ergo vices aioth fortissimi iudicis israel ambidextri qui erat tã in dextra q̃ in sinistra expedit⁹. Et vos sic eũ per ꝑalia reducatis: vt nõ amittat eterna. verbũ salomonis est. Da partes septẽ: necnõ ⁊ octo. Mã nõ solũ oportet te agere ea q̃ expediũt ad ꝑsentẽ hui⁹ septenarij vitã: sed ea q̃ respiciunt ad octauã. Insta ergo ⁊ instãtius cõmone: vt i timore ⁊ humilitate se p oĩa diuine subiciat voluntati. Mã vita in volũtate eius sit sollicitudo vr̃a ne trãseat in affectũ cordis/ne sequat cõcupiscẽtias mũdi/ne in vano accipies animã suã pro ratione volũtatẽ habeat: ⁊ omisso venerãde maturitatis ꝓsilio iprudẽtioribus acq̃escat. Certe regnũ roboã filij salomonis diuisum est: q̃ sperris senioriũ⁹ iuniorꝝ cõsiliũ preelegit. In ꝑmis viriliter state ꝑ domo dñi: nec ꝑ vestrã incuriã humiliet status ecclesiastice dignitatis. Ecclesia quidẽ a diebus antiquis libera est ⁊ filij eius: qua libertate christus nos liberauit dicens in euangelio: quia filij liberi sunt. Si autẽ angariatur exactionibus et oppressionibus potentium cogitur ancillari/iam ipsa est agar que seruit cũ filijs suis. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam et filiũ eius. Si principes vestri noue peregrinationis obtentu volunt orbem describere: ⁊ ecclesie christi tributarijs functiõibus caracterẽ seruitutis iurere: qui filius ecclesie est ex aduerso ascẽdat/mori potius eligat q̃ seruire. Arguuntur a seneca cacilinus et lucius sylla: quia pax eorꝝ fuit in bello deterior: subiectũq̃ sibi populum plus exactionibus tyrãnicis q̃ hostes prelijs afflixerunt. De collectis igitur faciendis ⁊ de ducendo exercitu/princeps vester non suum sequatur arbitrium: sed semper animũ ei⁹ precedat/⁊ omnia eius gesta preordinet studiosa deliberatio sapientũ. Panetius in libro tusculanarum asserit. Neq̃ ducẽ bello/neq̃ principẽ domi posse salubriter magnas res agere: si eat post impetum cordis sui: si non omnia eius negocia depingit ante rei euentum maturioris cautela consilij. Tunum rogo et consulo ne opus dei

sicut alia vice frustratorijs dilationibus protrahat. Scriptum est. Maledicius qui facit opus dei negligenter. Cesar audita rebellione pōtice regionis illuc armatas acies sine dilatione direxit: fuitq; tanta festinatio victorie/vt in pompa triumphali tria hec verba diceret: veni/vidi/vici. Assyriorū regina Semiramis erat circa cultū capitis sui occupata: ⁊ nunciatū est ei babilonia rebellare. Ipsa vo adhuc soluta vna parte crinū ad bella cucurrit/nec prius cōposuit incultā capitis partē: q̄ vbē et ciues illius in suam redigeret potestatē. Inducere possemus exempla multorum: sed sufficiat pro exemplo biēnalis illa dilatio nouissime peregrinatiōis, que toti christianitati versa est in singultū. Illud etiā q̄ viam suam ab exactionibus inceperūt/zviaticū sibi de rapinis pauperū, ⁊ ecclesiarū spolijs confecerunt. fuit ꝓpterea hec via illoꝝ scandalū ipsis. verbum quidē salomonis est. Initium vie bone facere iusta. Inter iustoꝝ autē ⁊ impiorum vias sententia diuina distinguit. Quoniā nouit dominus viam iustorū: et iter impiorū peribit.

¶ Consolatio amoris inter cātuarien. ⁊ remen. archiepiscopos. Epistola.cxxij.

Venerabili patri et dño vuilhelmo dei gratia remensi archiepo Apostolice sedis legato. H. diuina miseratiōe cantuarien. archiepiscopus totius anglie pmas/⁊ apostolice sedis legatus Salutē in auctore salutis Regi glorie ⁊ gratie largitori gratiarū refundimus actiones. Quia iuxta verbum Job pacem faciens in sublimibus suis: in terris etiā principes nostros ad pacem vestro labore, vestra mediante industria reformauit. propterea et apud homines publici fauoris gratiam obtinetis: et in terrā sanctoꝝ pacem dei que exuperat omnē sensum, fiducialiter expectatis. Ab ea siquidē die qua me in sinu vestre dilectiōis et gratie suscepistis: iugiter in precordijs meis erga vos deuotio sincera coaluit. Illudq; inter desiderabilia nostra reputauimus precipuum: si oblata occasione qō habemus in votis, possemus operibus exhibere. Ad omne tamē dilectionis ⁊ obsequij debitū nos eminētie vestre fortius obligauit: q̄ amici vestri scilicet beati thome martyris vices nobis (licet non sufficientibus) dispēsatio diuina cōmisit. Nō excidit a cōmuni memoria/quātis ⁊ q̄ pijs humanitatis officijs nobis innata liberalitas reuelauit eius exilitū: ⁊ adhuc elemosinas vestras enarrat omnis ecclia sanctorum. Proposuerat autē ad meritū vobis respondere: sed vitā ⁊ propositū eius mors intēpestiua prescidit. Profitemur vero nos gratie martyri exhibite perpetuo debitores tanq̄ successores illius: et vtinā eius quā habuistis ad ipsum dilectiōis heredes. Sane audiuimus q̄ frater ille noster de quo michi quandoq; scripsistis ī suggillationē nostre opinionis eminentie vestre quedam de nobis sinistra suggessit: verūtamen non est credendum omni spiritui: sed probāda sunt spiritus vtrum ex deo sint. Illud etiā quodāmodo

ture nature in contractū amicitie venit/ne ad delatorum suggestiones aduersus amicū alicuius nota suspitionis obrepat: donec eum euidentia facti deliq̄ se conuincat. Scitis equidē q̄ odio quodā quasi hereditario, decessores illius a diebus antiquis cōtra ecclesiam nostrā cōtentiose egerunt. Iste enī a primordio sue promotionis in contumeliā nostrā omnes conatus suos studuit experiri. Q̄ si nobis detrahit/si nos apud hoies iudicat (vt verbo vtamur apostoli), p minimo nobis est, vt ab illo hoīe iudicemur. Nouimus sue mentis impetū: ⁊ vos quādoq; a fructibus eius cognoscetis eum. Nouit scrutator cordiū deus nos vexationibus quas sustinet in presenti fraterne cōpati charitatis affectu: promptūq; apud nos inuenisset de sua tribulatione solaciū: si se dirigi: si consulti sibi pmitteret: si modestiā prescriberet actionib⁹ suis: si denicq; vllum dedisset ei vexatio intellectum. Claudemus epistolā: et vt eius prolixitas ad compendiū redigatur: in christi visceribus/ in recordatione martyris: ⁊ in ea charitate qua nos mutuo dilexistis: nos et ecclesiā nostram deuote ⁊ humiliter vobis ad gratiam cōmendamus.

¶ Excusatio ab ordine sacerdotali. Epla.cxxiiij.

Reuerendo patri ⁊ dño. R. dei gratia londoneñ. epo suus. P. bleseñ. bath. archiō. Salutem in eo sine quo non est salus. Scio q̄a ex intima dilectione et charitate non ficta procedit q̄ vultis ⁊ petitis me induci: aut si oportuerit attrahi et cōpelli, ad vlteriorē diuini ministerij gradū. In primis sanctitatē vestrā indubitāter scire desidero: q̄ iestimabiliter me deterret sacerdotalis eminētia gradus: ⁊ illū differo vel recuso facit reuerētia non cōtemptus. Magna est ⁊ supeminēs celestis dignitas sacramēti. Et quis poterit ad eam? Scio quia hostia hec singulariter animas ab eterno interitu saluat: dum vnigeniti dei mortem salubre mysterīū representat. Sane christus qui surrexit a mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabit. et tamen in seipso imortaliter atq; incorruptibiliter viuens: p nobis in ministerio altaris quotidie imolat. Scioq; ⁊ apte profiteor tēpore imolationis in ipsa hora incēsi, celos ad vocē sacerdotis aperiri: angelos pēsentes assistere. vnū et idē ex visibilibus ⁊ inuisibilibus fieri: et opatione sancti spūs terrena celestibus iungi. Magnū itaq; est hoc sacramentū supra omnē estimationē: supra omnē itelligentiā: supra omnē eminentiā: in quo salus mundi/preciū seculi/preciū sine precio/precium impreciabile. De ipso apl's loquēs. Magnū est (inquit) sacramentū hoc pietatis, manifestatū in carne: iustificatū in spū: apparuit angelis predicatū gentibus: creditū mūdo: assumptū in gloria. verbū ꝓphe est. Mūdamini q̄ fertis vasa dñi. Quo mūdiores eē oportet qui in manibus ⁊ in corpore portant christū? Quib⁹ apostolus dicit. Empti estis pcio magno glorificate ⁊ portate xpm in corpore vestro. Sacerdotēb sentire oportet qō ⁊ in christo iesu: non solū vt se per

humilitatē exinaniat/sed vt crucifixionē dñi repsentans stigmata eius portet in corpore suo: et in ara cordis seipsum domino crucifigat. verbū salomonis est Sedisti ad mensam diuitis: scito quia eadē te preparare oportet. Mā et in leuitico sacerdos pellem hostie retinet/quia ordo sacerdotis expostulat: vt dñ in mēsa altaris hostiā immolat salutarē/quadā cōtritionis cruce hostie se cōformet. Olim paschalis agnus non comedebat nisi cū lactucis agrestib⁹ ⁊ amaris/precingebantur etiā renes. in quo ⁊ amaritudo penitentie: ⁊ cōtinentie mundicia designatur. In vtroq; etiā poste sanguis agni ponebat: vt sacerdos sacramentum dñice passionis non solum ore ad redemptionē: sed corde ad imitationē suscipiat/q̄a tūc demū et hostia proderit: si seipsum hostiā faciens velit humiliter ⁊ efficaciter imitari qō agit. Verbū apostoli est. Probet autē seipsum homo: et sic de pane illo edat/⁊ de calice bibat. O q̄ felix qui probatus inuētus est. proba me dñe ⁊ tenta me: vre renes meos et cor meū/vt tanto sacramēto dignus inueniar. Terribile enim est qō sequit: Qui manducat meā carnē ⁊ bibit sanguinem meū indigne: iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. Dñe iesu christe sacramētū corporis ⁊ sanguinis tui quasi pignus ⁊ obsidem celestis gre dimisisti: ⁊ in eo constituisti nobis non mortē sed vitā/non iudiciū sed salutem. Q̄ pditus ergo est qui redemptionē in pditionem: qui sacrificiū in sacrilegiū: qui mysterīū in parricidiū: qui vitā cōuertit in mortē. Prohibet dñs in lege moysi ne de agno paschali comedat peregrinus, aduena vel immundus. Quāta ergo ⁊ q̄ dānabili temeritate sacerdos idignus ministrare presumit/qui (vt verbo vtar apostoli) filiū dei cōculcat: et sanguinē testamenti pollutū ducit in quo sanctificati sumus/⁊ spiritui gratie cōtumeliā facit? Sacerdotibus dicitur per prophetā: vos sancti dñi vocabimini/ministri domini dicetur vobis. Et subiungit. Omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui bēdixit dñs. Video autē hodie (qō ⁊ flens dico) in numeros illiteratos aut potius idiotas: et nichilominus carnaliter cōuersantes vsurpare tāti officij gradum: ita q̄ sacramenti dignitas ex indigna numerositate vilescit: ⁊ euenit qō Ozee ꝓpheta cōquerēdo deplorat ⁊ dicit. Multiplicauit populus altaria ad peccādum: facte sunt eis are ī delictū. Ideo raro sacrificat carthusieñ. ordo. Sicut enī solet generari ex assiduitate cōtemptus: sic accenditur ex ipsa raritate deuotio. Sane non habet potestatē edere de celesti altari, qui tabernaculo carnis deseruiunt. Illis enim qui carnalibus desideriis insumuntur, calix dñi vertitur in felle draconū: angelorū panis aufertur ab eis, manna celeste putrescit. pluitq; super eos dñs sicut puluerē carnes. Notandū autem q̄ eodem sole carnes indurantur et manna liquescit: quia iuxta diuersorū exigentiā meritorū quosdā deus in sua malicia obdurari permittit: alios ad salubres lachrymas pia deuotiōe resoluit. Cūq; ille quasi languēte ⁊ fastidiēte stomacho

tanq̄ furfur in corticem sacramenti recipiat: anima istius ex celesti adipe, ex diuini tritici medulla pīguescit. Spiritus illius est sicut mōtes gelboe: sup quem nec ros nec pluuia cadit. Isti vo quasi hereditati sue deus pluuiam voluntariā segregauit. Ex inordinata ⁊ indisciplinata multitudine sacerdotū/hodie datur ostentui nostre redēptionis venerabile sacramentū. Nam qui debuerāt esse vicarij apostolorū ⁊ filij petri: facti sunt socij iude ⁊ preambuli antichristi. verbū quippe Gregorij est. Qui christi corpus indigne conficit christū tradit: vt christus dñ traditur dicat. Ecce manus tradētis me mecū est in mēsa. Augustin⁹ sup illum versiculū dederunt in escam meā fel. Grauius (inquit) peccant offerētes indigne christū regnantē in celis: q̄ qui eum crucifixerūt ambulantē in terris. Et idē. Magis peccāt qui tradunt christū peccatoribus mēbris: q̄ qui tradidit ipm crucifixoribus iudeis. Et adaptat sacerdotibus prauis illud lamētabile verbū christi. Dederūt ī escam meā fel: ⁊ in si.m.p.m.aceto. Dñs equidē saluātē nostram sitit ⁊ esurit: ⁊ ideo dānabiliter peccat qui ad corpus eius cū felle conscientie praue: ⁊ cū aceto iniquitatis accedit. verbū beati hieronymi est. Perfidus iude⁹, pfidus christianus, ille de latere: iste de calice sanguinē christi fundit. Porro ioseph pijs manibus corpus christi basiauit/iste vero pollutis manibus: ⁊ q̄bus pauloante scorti pudenda tractauit. Salutē hominū tangit/⁊ recipit ore quo pauloante basia meretrici impresserat. Ille q̄ fuerat christi mēbrum: tollit membrū xpi dicit apostol⁹: et facit mēbrum meretricis. Qui enim adheret meretrici: vnū corpus vnumq; mēbrum efficitur cū ea. In hoc membro abhominabiliter ponitur ⁊ detestabiliter corpus christi. Repositū fuit illud preciosissimū corp⁹ in syndone munda, ⁊ in monumento nouo: iste autē in ore adhuc potu hesterno fetēte: ⁊ in sentina vētris adhuc precedēte crapula estuāte demergit eum: quē angeli prospicere cōcupiscunt/quē prospiciendo delectationes eternas accipiūt. Nonne potius antichristus q̄ xpianus iudicādus est: qui quantum in se est christū iam fa ctū impassibilem ita tractat idigne: ita probris afficit/ita crudeliter interimit/⁊ sepelit inhoneste? Verū quia celestis animaduersionis sniam sicut datan ⁊ abyron in ipsa sui sacrificij vsurpatiōe non sentiunt: diuinū nō putēt euasisse iudiciū/dicentes cū vxore māne. Si dñs voluisset nos occidere: nō suscepisset sacrificium de manu nostra. Certe maria quā christi charitas vehemēter accenderat, phibetur dñm tangere. Johānes etiā baptista quo maior iter natos mulierū christi testimonio non surrexit/vertici saluatoris angelicis potestatibus tremēdo manum veretur apponere. ⁊ filius plorationis eterne manu sacrilega et ore polluto sacramentū in q̄ vita eterna est recipit: ipmq; sibi dānabiliter icorporare, aut potius incarcerare pūmit. Prius p pniam ⁊ longū vsuz erat expiāda ois iniqtas: vt inuentret ad cornu altaris/id est ad tanti gratiā sacramēti. Lauabo (inquit ꝓpha)

manus meas/id est opera: et sic circũdabo altare tuũ dñe. Et idem Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuam: ipsa me deduxerũt ⁊ adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ et in tabernacula tua. Et sic introibo ad altare tuũ dñe: la uãdi sunt equidẽ oẽs interiores affectus. Nã in leuit. anteq̃ offerat hostia diligẽter oia eius itestina lauãtur. Apparuit dñs moysi/apparuit ⁊ iosue precipiẽs vtriq̃ vt solueret calciamẽta de pedibus suis. Calciamẽta quippe fiunt de pellibus mortuor animalium. Terribilis vero locus est in quo deo patri eius vnigenitus imolatur. Ideo quisquis accedit ad tante sanctificationis ministeriũ necesse prius habet deponere immunditiã operum mortuor. Res difficilis ⁊ ardua est ministrare in sacerdotio/animas regere: ⁊ (iuxta verbũ salomonis) mittere se in turbam populi: et alligare sibi peccata duplicia. verbum enim dñi est. Sacerdos meus qui vnctus est si deliquerit: deliquere faciet populum meum. Super quem locum beatus Gregorius dicit. Scire sacerdotes debent q̃ si peuersa perpetrãt tot mortibus digni sunt: quot ad subiectos sue perditionis exempla trãsmittunt. Et quis nouit opa sua: quis scit vtrũ amore an odio dignus sit? Delicta quis intelligit? Prauũ est cor hominis et inscrutabile, abyssus profunda, tenebrosa et inexplorabilis est conscientia peccatoris. Nam vt de ceteris taceam/si discussero et scopauero spiritũ meum/si lauero me nitro: ⁊ multiplicauero michi herbã borith, sordibus itingit me dñs. Sic a mortuo perit lauatio sic lauo laterem: et dum plus sordes excutio plures excessus inueniens, quos nondum plene sicut debui planxi/michi ex ipsa criminũ recordatione sordesco. Ideo tanti sacramenti maiestate deterritus: insufficiẽtiam sanctitatis quã ille gradus exigit meticulosus allego. Certe moyses iam electus in ducẽ populi et ad pharaonẽ mittendus: Nieremias etiã vocatus a domino: vt populũ rebellem erudiat/humiliter se excusant. Nec dubium est quin tãtum premineat sacerdotalis dignitas officio veterũ patrum/quantum res spei/substãtia vmbre/quantũ promissionibus exhibitio veritatis. Isaias vero qui dño querẽti quem mitteret ministerio p̃dicationis se offerens: prius calculo purgatur altaris. Nemo enim aptus est mysterijs spiritualibus: donec sancti spiritus ardore purgetur. Ob reuerendã ministerij huius eminentiã beatus marcus cui⁹ cor ⁊ linguam dñs sancti spũs igne purgauerat/quasi tũ adhuc impfectũ suum sentiens, pollicem sibi abscidit/ne ad sacerdotiũ cogeret. Legimus q̃ cũ beatus ãmonius ad regimẽ populi traheretur inuitus: aurem sinistrã ferro sibi radicitus secuit dicens. Lex diuina neminẽ precisa aure pmittit fieri sacerdotẽ. Reuersi sunt ergo clerus et populi ad thimotheũ tũc rẽporis patriarchã: qui ammonitũ nõ solũ si auribus mutilatus: sed ⁊ si naribus truncatus esset/propter sanctitatẽ ipsius censuit promouendũ. Reuerterentibus illis ⁊ iterum trahẽtibus virum dei atq̃ cogentibus, linguã (inquit) meam propter quã

vobis placeo, si me vlterius cogitis, ppris dentibus amputabo: ⁊ sic tandem sibi relictus est. Ad hec paulus heremita/anthonius/apollonius/mutius/hylarion/pafuncius/⁊ vteriq̃ macharius ⁊ arsenius. Beatus etiã bñdictus ceteriq̃ viri nominatissime religionis: quor memoria in benedictione est/nunc̃ gradũ sacerdotij attigerunt: in sua tamẽ simplicitate saluati sunt. Sicut enim beatus odilio cluniacen. abbas in exhortationibus suis scribit/istorum singuli vna hora diei/dominice passionis nostreq̃ redẽptionis bñficia quasi in fasciculũ memorie deuote ac fideliter colligebant. et sic in timore ⁊ humilitate hec ad fruendũ suauiter/firmiter in sua conscientia recondentes: corpus dñi spiritualiter manducabãt. Sic dñs precipit apostolis dicẽs. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et adiungit abbas. Sicut enim sacramẽtũ quãdoq̃ indignus: sic rem sacramenti nõ recipit nisi dignus. Voce ẽñ humana explicari nõ potest cũ ẽta deuotione cõfici/cum ẽta cautela dispensari/cum ẽta reuerentia suscipi debeat corpus christi. Conficere vero qõ affecto suscipere. Nam cum vtrobiq̃ pura cõsciẽtia exigatur: tamen vita pfectior ⁊ cõuersatio eminentior propter varias illius ordinis circũstantias a sacerdote requiritur. Utinã modernorum sacerdotũ sanctitas tanta esset/vt emulande virtutis exemplo nobis desiderabilem appetitũ sacerdotalis gradus immitteret. Preterea leuiticus ordo omnino immunis est ab onere. nã districte ad exactissimaz tenetur obseruantiã honestatis. Unde apostolus in epistola ad thimotheum. Dyaconos (inquit) oportet esse pudicos vt episcopos/non bilingues/non multo vino deditos/nõ turpe lucrum sectantes. Ex quibus apte colligitur q̃ continentia/q̃ sobrietas et circunspecta vite custodia dyaconis indicta sit: q̃ precidenda est ab eis omnis ambitio/et omnia in quibus temporalis lucri turpitudo versatur. Loquitur dñs ad moysen dicẽs. Non eligatur sacerdos aut leuita, nisi qui dixerit patri suo et matri sue, nescio vos. In quo amputatur non solum occasio culpe: sed affectio parentele. Ideo et ego elongaui fugiens a parentibus meis: nondũ tamẽ in hac peregrinatione mea valeo ad plenũ obliuisci populũ meũ et domũ patris mei. Cum iuxta institutionẽ apostolicã/pertineat ad ordinẽ leuitarũ ministrare mensis ⁊ nichilominus annunciare verbũ dei: magnum michi est et super conatus meos/sufficienter implere dyaconũ. Sepe a iuuentute mea me dñi mei cant. archiepi monuerũt instantius: vt pmoueri ad sacerdotiũ consentirẽ. Ego autẽ sollicitus expectabã: vt vel oportuna exilij vel martyrij occasio se offerret/quatenus exẽplo beati Thome in arena huius mũdi pugnantibus deuotus assisterem. Beatiq̃ laurentij vestigia humiliter adorans, leuitici gradus officium publice profiterer: et dicerẽ domino ac patri si forte ad pugnam sine me festinaret. Quo progrederis sine filio pater? Quo sacerdos sine ministro properas? Experire certe vtrũ idoneum

ministrũ elegeris/cui cõmiseris dñici corporis ⁊ sanguinis cõsecrationẽ. Nobis ẽñ dyaconis cõsecratio illius saluatricis hostie cõmittit: nõvt ꝓficiamus/sed vt cõficiẽtibus humiliter assistamus. Et que absurditas est si dyaconi ⁊ maxime archidiaconi in suo ordine pseuerẽt? Nã hunc ordinẽ archidiaconis canonica cẽsura prescribit. Et sicut episcopatui presbiterat⁹ annexus est: sic ⁊ archidiaconis dyaconat⁹ ordo quadã cõsequẽtia inseparabili counitur. Ideo simplices dyaconi vrgente necessitatis vel vtilitatis instantia iuxta carthaginẽse concilij/ad eminẽtiores ordines possunt cogi: sed q̃ ad hoc de iure artari possit archidiaconus, nunq̃ legi. Immo e diuerso beatus Gregorius p̃cipiendo decreuit natalem episcopũ saloritane ecclesie ⁊ vsu ⁊ honore pallij destitui: quia honoratiũ eiusdẽ ecclesie archidiaconũ inuitum fecerat in presbiterũ ordinari. Inter cetera vero que circa similem casum scribit simplicius papa iohãni rauconati archiepo/hec verba legunt. Priuilegium dignitatis meretur amittere: qui pmissa sibi abutitur potestate. Ideoq̃ denũciamus q̃ si post hec aliq̃d tale presumpseris: ⁊ aliquẽ seu episcopũ seu pbrm vel dyaconum inuitũ facere posse forte credideris/ordinationes rauennatis ecclesie vel emilie tibi noueris auferendas. Salua vero pace ⁊ reuerẽtia gelasij pape: hi qui in sacro eloquio exercitatos habẽt sensus/vel non approbãt/vel reuerẽtia filiali excusant q̃d ab eo scriptũ est. vt videlicet illis qui sacerdotiũ differunt: aut a susceptione illius ordinis se excusant/minores honorib⁹ ⁊ stipẽdijs preferant: vt honorẽ quẽ fugerant appetere nitãtur ⁊ questũ. Sane non honor aut questus debet esse ordinis occasio: sz christi charitas ⁊ anime salus. Gregorius in registro quendam epm cõminando redarguit: eo q̃ archidiaconũ suum reclamantẽ ad sacerdotiũ promouisset. Illi vero epistole quedã interserit dicens. Sicut iustum est vt nemo credere cõpellatur inuitus: ita censendũ puto ne quis a sui ordinis gradu desistere cõpellatur. Porro dignitatis turbato ordine/archidiaconi hodie sacerdotib⁹ preminẽt: et in eos vim et potestatẽ sue iurisditionis exercent. Ea propter archidiaconũ in presbiterũ pmoueri: nõ est honorẽ eius augeri sed minui. Licet enim in adeptione potioris gradus possit in quibusdã sicut tetigimus locum habere coactio: tamen q̃ quis a superiori statu descendere cõpellatur expresso scimus cõtraire decreto. Sicut aptissime liquet ex epistola gregorij pape ad iohannem cyracusanũ episcopum/que sic incipit. Quozũdam ad nos relatione peruenit: ex illo noto et solenni capitulo augustini displicet tibi. Quomodo ergo destituetur quis a gradu quẽ canonice adeptus est, maxime cũ ex ipsa destitutione decrescat? Nam in gabilonensi concilio/iure communi sancitũ est: ne qd̃ aliquis legitime obtinuit/nisi grauí culpa interueniente amittat. hic vero quedam honoris amissio est. Nam si diligentius attendatur archidiaconor̃ preminentia ⁊ depressio simpliciũ sacerdotum/quedã degradationis species est in archidiaconis ista promotio. Ut autez de iure ciuili quedam ad propositũ a similibus inducamus. vulpianus disputans de curatore bonis dando/refert Cassiũ scribere neminẽ inuitũ cogendum fieri curatorẽ. Et subiungit, voluntarius ergo querendus est. Credo autẽ q̃ sacerdotes animar̃ curatores sunt: vnde ⁊ ambrosius dicit. Necesse est vt munda sit sacerdotis man⁹: que salutẽ anime curat. Et salomon. Maxima peccata faciet cessare curatio. Item cõpellere aliquẽ ad tirocinium Justinianus inter turpitudinis causas enumerat. Nã ⁊ hocipsum crimen concussionis importat. Que ergo ratio est vt archidiaconus sub tanto discrimine anime sic ascendere aut potius descendere coartetur? Apostolus quidẽ monet vt vnusq̃sq̃ in sua vocatione permaneat. Et ad epheseos loquẽs iuxta distributionẽ sancti spiritus in ecclesia dei: officia diuerse pfessionis assignat: vt regina stans a dextris sponsi/multiplici varietate ordinũ sit ornata. In figura huius rei dominus illibro numeri circa tabernaculi ministerium diuersa distinguit officia: vt sint alij leuite/alij merarite/alij gersonite/alij caathite/alij vero aaronite: nec erat ibi ordinum alteratio: vt vnus ordo ad alterũ transiret/nisi hoc vrgentissima ratio dispensationis exigeret. Postremo nullus sumit sibi honorem: sed qui vocatur a dño tanq̃ aaron: et ideo forte adhuc inter leuitas et non inter aaronitas sors ⁊ conditio vestra esset/nisi dominus dixisset vobis. Amice ascende superius: ⁊ sic vos pontificalibus infulis induisset. Benedictus autem dominus qui elegit vos in sacerdotem sibi sufficientẽ ⁊ idoneũ ad dandam scientiã salutis plebi eius: ad predicandum annũ placabilem domino: ad benedicendũ populis in monte garizim efficacẽ conuertere incredulos ad prudentiã iustorum: ⁊ parare dño plebem perfectã. Audimus q̃ plures in ecclesia romana in ordine dyaconatus vsq̃ ad etatẽ decrepitã: ⁊ exalationẽ extremi spiritus ministrasse. Certe dñs celestinus q̃ hodie sedet/sicut ex ipsius ore frequẽter accepi in officio leuite. lxv. annos expleuerat, anteq̃ ipsum dñs in summi pontificatus apicẽ sublimasset. Quare inuitamur ad sacerdotium inuiti? Certe iosue ponit in optione populi israel seruire dijs mesopotamie siue deo: et nos quidem liberi sumus. Non enim accepimus spiritũ seruitutis: sed spiritum qui ex deo est/in quo clamamus Abba pater. vbi autẽ spiritus dei: ibi libertas. Si in hoc spiritu deus pater est: et nos ergo filij. Si autẽ filij sumus ⁊ liberi/testimonio xpi, vocati p̃ christũ in libertatẽ gloie filior̃ dei: vt simus filij ⁊ heredes. Filij q̃dẽ dei p̃ christũ: heredes autẽ christi p̃ deum. Nemo igitur q̃so archidiaconos inuitos ordinare presumat. Coacta ẽñ seruicia dominus nõ acceptat. Mimirũ obsequia que deo impendimus: non ex opere sed potius ex voluntate pensant. Scio autẽ q̃s dixerit/volũtarie sacrificabo tibi. Et ego q̃dẽ homo sum/nõ asin⁹: vt spõtaneus inuiter ad onera, nõ

compellar iniustus. Solet quidem gentilium tyranno
rum prophana et efferata crudelitas sacrificandi ne
cessitatē violenter indicere christianis. Ego vero chri
stianus ad sacerdotium forte cogi potero: sed citra li
bere ac deuote voluntatis arbitrium, nullis vnq̃ al
taribus immolabo.

¶ Cōsolatoria archiepi exulātis. Epla.cxxv.

Reuerēdo pri ⁊ domino vuilhelmo dei gra
tia archiepo Rotho. Suus. p. blesen. bath.
archiō. Salutē et inter aduersa constantiā.
Dū iter principes nostros grassaretur im
manis hostilitas: vos tanq̃ mediator/ tanq̃ ange
lus pacis, varios intermeatus: et laboriosos frequē
tissime fecistis excursus. Eo tēpore de pace aut tur
batione vestre ecclesie/ nec etiam tenuissimus sermo
erat. Triumphastis tandem de proposito/ et per in
dustriam vestram in tempore iracundie fuistis recō
ciliatio. Tunc primum rumor insonuit/ q̃ adhuc ec
clesia vestra tempestatis antique turbinibus vexare
tur. Superuenerūt alij firmiter asserentes, q̃ dñs rex
vngarie dissentionis illius scrupulum complanasset.
Fuerunt etiam qui dicerent vos de prouincia rotho
magen. egressum in alamāniā trāsmigrasse. Postre
mo retulerūt michi secretius quidā de familiaribus
vestris: q̃ dominus rex vos de partib⁹ illius reuoca
uerat/ et ad vestre voluntatis arbitrium pacem deo
et vobis honorabilem deuotissimus offerebat. Tan
ta rumorum varietate suspensus inter euentus ambi
guos anxius estuabam. Scriptum est enim rumori
bus credi oportere: et non oportere. Qui cquid autē
celestis dispensatio de vestra peregrinatione decre
uit/ michi accessisset ad votorum plenitudinē: si sola
tium vobis in hoc vestre desolationis itinere presti
tissem. Scio q̃ merito rum, et cōmendabile sit apud
deū ⁊ homines comitiuam prestare amicis afflictis
et maxime dominis: vt quibus in prosperis cōmuni
cauimus: cōpatiamur ⁊ in duris. Peregrinātē noe
mi, ruth moabitis ab eius latere non recessit. Querit
hieronymus quid propter hoc retribuet ei deus. Et
subiungit/ christus ex ea nascitur. Experimento no
uerunt ecclesie nostre nuncij missi frequenter ad do
minā reginā/ penes quam eo tēpore cōuersabar: vos
etiam scire crediderā quāto zelo q̃ tacq̃ industria ve
strorum sepius emulor machinamenta frustrassem.
Teste petro capellano ei⁹/ ⁊ cōcanonico nostro: quia
vos et causam vestrā multiplici ratione tuebar. Ita
quādoq̃ excāduit ī me/ vt verecūdie muliebris obli
ta in spiritu ericthō vel thesiphones cōtra me phrais
et cōtumelijs intonaret. Nunc etiā dñs cant. egre fert
absentiā mea: gratanter acceptat consortiū meū: eiq̃
videt honesta ⁊ vtilis mea cōuersatio circa eum. Sa
ne siue cum eo sum/ siue cū dño rege vel cū alio sum:
anima mea vobiscū est. Sane ionathas cū patre suo
saul corporaliter versabat: et erat aia eius cū dauid.
Cū autē chusi arachites dauid fugiēti a facie absalō
vellet prestare comitiue solatiū: remisit eum cum sa
doch ⁊ abyathar sacerdotibus: sciens q̃ residētia eo
rum circa absalō fructuosior esset sibi/ sicut postea rei
exitus declarauit. Videritne prudētia vestra quid expe
diat vobis ⁊ michi. Ego in vespera vite mee sum: vo
tiuum michi est nouissimos dies meos offerre altissi
mo qui dies antiquos perdidi: quia patre viri. Vtinā
sic curratis nō quasi in incertū: sic pugnetis nō quasi
aera verberās: sic cor vestrū stabiliatis in dño, vt sitis
inter filios excussor. Diligenter deliberate vobiscū ⁊
iuxta euangelicā parabolā sedētes/ patus computa
te sumptus: ⁊ videte si ei possitis cū. x. milibus occur
rere: q̃ cū. xx. milibus venit ad vos. Qui ergo arripuis
tis opus fortitudinis fundate intentionē vestrā in la
pide adiutorij, stabilite vos in fundamentis syon: et
animū vestrū aduersus oēs psecutiōes ⁊ iniurias ad
solidū cōquadret. Videte q̃ solus christ⁹ (q̃ summa
iusticia est) sit ī causa tārt ppositi. Verbū eñ beati pe
tri est. Si p xpo patimini beati. Et adiungit: Nemo
ex vobis patiat vt fur aut alienor appetitor. Mor
tē siquidē preciosam facit in cōfessoribus vita: in mar
tyribus causa. In oibus ergo vexillū christi: et titulū
innocētie pferatis. Noui magnanimitatē vestram: et
scio quia vestro magno cordi nichil est magnū: nichil
graue vel arduū. Ecclesia quidē que est mater nostra
libera erat: sed hodie cogit ancillari cū agar. Ideoq̃
migratis ne videatis ecclesie vestre mala: sicut ppha
lamentatur ⁊ dicit. Migrauit iuda ppter afflictionē
et multitudinē seruitutis. Sed cum dathan ⁊ abiron
turbe populares absorbeātur a terra/ et descēdant in
infernū viuētes qui irritare presumunt aaron sanctū
dñi: qui insurgunt aduersus dñm ⁊ aduersus christū
eius. iam p ipsos opatur antichristus ministeriū iniquitatis. Vos autē viriliter agite ⁊ cōfortamini: reco
lentes q̃d in puerbijs legitur: qr nomen dñi maxima
fortitudo. Iustus autē de angustia liberabitur: ⁊ tra
dentur impij pro eo. Ipsi nunc iactitant se preualuis
se in vanitate sua: quor gaudium (vt verbo iob vtar)
est ad instar puncti: quor finis interitus: quorū sepul
tura/ sepultura asini: quor retributio ignis ⁊ vermis.
Inauditū est q̃ ecclesie psecutores vltricē illius ma
nū euaserint, q̃ potētes potēter punit/ q̃ semp supbor
et sublimiū colla ppria virtute calcauit. Nā si ad tē
pus supra dorsum iusti fabricari pctores permittit/ ei co
ronā glorie ex ipsa ipior malleatiōe cōponit. De his
autē q̃ sacerdotibus dñi sunt rebelles scribit osee pro
pheta et dicit: Vxor tua in ciuitate fornicabit: filij ac
filie tue in gladio cadet/ terra tua in funiculo metiet.
In terra polluta morieris: ⁊ populus tuus de tra sua
captiuitate migrabit. Quidā de familiarib⁹ nri pricipis
fugam vestrā detractorie arguit: ⁊ ea q̃ nobis dic
tat amor iusticie/ elationi mentis ascribunt. Sic de
suor dētiū sanitate gaudeāt: sicut ista ex affectu filia
li pronuciāt. Certe nemo sapiēs vestrū causa ē egres
sum. Docet enim dñs de vna ciuitate in aliam fuge
re. Ipse quandoq̃ a iudeor facie se abscondit/ ⁊ eius
imitator apls persecutores suos in spona demissus

euasit. Sancta vero est et deo accepta elatio contra
malicia supbie, diuitias ⁊ honores/ atq̃ principū fa
miliaritatē propter iusticiam contēnere, nobilis sup
bia est. Nobilissima vero si ipsa confusio contēnatur
in cōfusibiliter propter christum: qui sicut apostolus
scribit: proposito sibi gaudio sustinuit crucem confu
sione contēpta. Apostolis ⁊ apostolicis viris a domi
no dictū est. Fortitudinē gentiū comedetis: et in glo
ria eorum superbietis. Sapiētia eñ in libro sui nomi
nis dicit. Apud me sunt opes superbie ⁊ gloria. Vos
autē hanc habere supbiam quibusdā viua voce respō
di: ⁊ quia in transitu festinabāt ego eos psecutus sum
litteris que adhuc extant/ in quibus animi vestri do
tes apte descripsi. Et qualiter vobis olim lenocinātē
dignitatis fastigio et prosperitatis aura statū cōscien
tie vestre ventose laudis extollentia mouere non po
tuit. Sz eratis (sicut petr⁹ apostolus docet) forma
gregis in populo: vestrisq̃ subditis secure cū paulo dice
re poteratis. Non q̃a dominamur fidei vestre: sed ad
iutores sumus gaudij vestri. Nō ambulabatis in ma
gnis ⁊ mirabilibus sup vos. Quodā eñ elegāti artifi
cio ministrandi in diuitijs ⁊ honoribus sensistis hu
militer: et omnē in potestate gloriā repressistis. Si er
go detractores (sicut apostol⁹ dicit) deo odibiles vos
depraūāt/ recolite verbū ysaie dicentis. Opprobria
et blasphemias eor ne timueritis: in proximo est vt
obstruat os loquentium iniqua. Adhuc respōdebitis
exprobrātibus vobis verbū. Nō est seruus maior do
mino suo. Christ⁹ p nobis opprobria nō erubuit/ nec
vobis erubescēda sunt p christo. Si puersa malignitas subuertere cogitat ecclesie dignitatē: cogitat ecō
trario deus eā in statū erigere meliorē: nec dubiū est
quin cogitatio diuina preualeat. Iurauit dñs exercitū dicens. Si nō vt cogitaui ita erit: ⁊ quomodo mē
te tractaui sic euenet. Si totū mare hui⁹ seculi cōtra
ecclesiā feruens ebulliat ⁊ ferat in ipetu: christ⁹ ambu
lat sup aquas/ ventiq̃ ⁊ mare obediūt ei. Et si christ⁹
in naui dormiat/ excitet oronibus clamantiū. Exur
ge q̃re obdormis dñe. Tēpore diluuij pcussa inunda
tionib⁹ archa erecta est in sublime. Eius eñ cōcussio
ipsius erectio est: qr sicut beatus hylarius dicit. Pro
priū est ecclesie vt tunc vincat cū ledit: tunc itelligat
cum arguit: tunc secura sit cū deseritur: tunc obtineat
cū superata videt. Archa federis q̃q̃ ab allophilis
capta ⁊ posita iuxta dagon a virtutibus nō cessauit/
tandēq̃ in hierusalē cum multa exultatione reducta
est. Rogo igitur vt non deficiat nobilis conscientie
vestre status: sed ponite cor vestrum super vias ve
stras. Si audieritis supbiam moab: scitote quia ma
lor est superbia eius q̃ fortitudo ipsius. Sane in quo
iudicio quis iudicauerit iudicabitur: et mensurā re
cipiet pro mensura. Spiritus sapientis est qui dicit p
que peccauit quis: per hec et punietur. Pharao sub
mersus est q̃ submerserat infantes hebreos. Holyas
occisus est gladio: quo dauid appetierat. Aman in
cruce suspensus est, quam parauerat mardocheo. Si
vestra spes in christo radicata est/ conualescet ad pal
mam/ fructificabit ad gloriā. Deus autē q̃ vos virtu
te precinxit ad bellum: assistendo, instruendo, confor
tando, vos promoueat ad triumphum.

¶ Consolatoria in eundem. Item scribit ar
chiepiscopo persecutionem patienti q̃ vacet
orationi. Epistola.cxxvj.

Reuerēdo patri ⁊ domino vuilhelmo dei gra
tia Roth. archiepo Suus petr⁹ blesen. bath.
archiō. Salutē ⁊ desolationis solacium. Mo
nueram vos frequenter epistolis ab occupatione cu
riali desistere: ⁊ redimere tēpus, quia dies mali sunt;
nescio tamen si cōmonitorias illas receperitz. Michi
enim non nisi semel et breuiter respondistis. Benedi
ctus autem dñs/ quia tandē extorsit necessitas q̃d nō
poterat obtinere deuota supplicātis humilitas. Detinebāt vos administratio dignitatis: regiq̃ famili
aritas ⁊ cetera (sicut apostolus dicit) ipedimēta hu
ius mūdi: que quasi cōpedes aurei, ⁊ si minus displi
ceant, magis nocent. Nō sustinet dns tēpus penitēti
e debitū curiositati vlterius indulgeri: ⁊ q̃ lectiōi
et orationi vacare diuina mansuetudo monuit, coactio eius violenta induxit. Sic loquitur dominus per
prophetā. Viuo ego dicit dñs: quia in manu forti et
brachio extēto, ⁊ in furore meo regnabo super vos/ et
subiciam vos septro meo, ⁊ inducam vos in vincula
federis mei. Donum quidē dei perfectū est: ⁊ descen
dens a patre luminum/ quacunq̃ ex causa vacate et
videte q̃ suauis est dominus. Quia ergo exercitatū
habetis in sacro eloquio intellectū: ha beatis in tribu
latione maior et dolore sacre scripture solaciū. Scri
ptura est cythara dauid: per quam saulis insania tē
peratur. Scriptura est vomer iangar aratorius: quo
terra nostri cordis excolitur: quo quingēti sternuntur
philistei: ⁊ in fugam alij conuertuntur. Hec est maxil
la asini, in qua sanson sitiēs reficitur: ⁊ mille allophi
li occiduntur. Sit ergo sacra lectio vobis cibus, gla
dius, medicina, requies, cibus: quia non in solo pa
ne viuit homo: sed in omni verbo q̃d procedit de ore
dei: nec tm̄ cibus sed vita ⁊ spūs. Sicut veritas dicit
verba que ego loquor spiritus et vita sunt. Hec est
mensa tabernaculi contra aquilonē posita: vt quisq̃
omnes tentationes in ea securus excipiat. Sicut scri
ptum est. Posuisti in conspectu meo mensam aduer
sus eos qui tribulant me. Si autē cōsistant aduersum
vos castra, si exurgat aduersum vos prelium, sit in ma
nibus vestris gladius spiritus sancti: q̃d est verbum
dei. Si infirmantur genua vestra: si dissolute sint ma
nus: si moti sunt pedes: si effusi sunt gressus vestri: cō
fidite quia verbo domini celi firmati sunt. Si anima
obdurescit ad lachrymas: et celū eneum dederit de⁹
vt ros spiritualis aut pluuia non descendat: emittet
dominus verbum suum et liquefaciet ea: et in ver
bo emittet spiritum et fluent aque, immo fluent aro
mata ipsius: vt conuersatio vestra et vestrorum odo
rem suauitatis effundat. Non sitis in exilio oclusus:

nisi negocium anime ociũ censeatis. Otium eñ sine litteris (hieronymo teste) mors ē ⁊ viui hois sepultura: vacatio a sollicitudinibus seculi/ociũ est: de q̃ salomon dicit. Sapientia scribitur in ocio: ⁊ qui minorantur actu pcipiunt eam. Ideo discipuli dñi in sabbato in die scilz ocij trãseuntes p sata fricabãt spicas ⁊ vescebãtur eis. Subtiliores eñ sentẽtie de occultis edcuntur in tpe cessationis q̃bus anime saginant. Porta que in ezechiele respiciebat ad orientẽ nõ aperiebatur nisi in sabbato. Anima enim sabbatizãte a cõcupiscentijs seculi: sapiẽtia dei liberius inquirẽti se aperit. Familiarius autẽ cõuersantur cõtemplatio ⁊ oratio. Ergente nãq; necessitatis instantia virilitter ad orationis arma currendũ est. Ma israel milieriarũ cumulo ingruente ad tabernaculũ federis properabat. Oronis efficacia magna est. Iratus erat populo suo dñs: stetitq; moyses in cõfractione ⁊ placatus est dominus. Pugnabat israel contra amalech: moyse erigẽte manus suas prevalebat israel. eo autẽ remittente amalech obtinebat. Quidã iustus ⁊ credẽs se orationibus a malignitate detrahẽtiũ liberari dicebat: Pro eo vt me diligerent detrahebãt michi: ego aũt orabã. Q̃ multũ valeat deprecatio iusti manifestat helye oratio: qui celum pro arbitrio suo ad beneficiũ pluuie claudit ⁊ aperit. Oratio que assidue fiebat ab ecclesia pro Petro eum a vinculis liberauit. Christ⁹ apostolis dicit. Vigilate ⁊ orate. Vidua ab iniquo iudice de aduersario suo mediãte orationis instãtia obtinuit vltionẽ. Amic⁹ euãgelicus importunitate trespanes obtinuit. In ecclesiastico de orone scriptũ est. Oratio humilis penetrat nubes: et nõ descendit donec aspiciat eã altissimus. Oratio autẽ suas circũstãtias habet/instantiã/humilitatẽ/ieiuniũ et cetera munimenta virtutũ: propterea ppheta dicit. Sicut pullus hyrundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Vnũ noueritis: q; nõ nisi in orone eijcitur demoniũ quo vexamur. Eos ergo sicut apostolus dicit sine intermissione orate: q̃ diu pseuerantia nõ est intermissa. Inualescente eñ oratione cessabit quassatio: publican⁹ iustificatus descendet/absoluetur peccatrix: ⁊ chananee dicetur: fiat tibi sicut vis. Ego aũt in oibus ecclesijs q̃bus vinculo fraternitatis aut familiaritatis cõstrictus sum: orationũ suffragia vobis deuot⁹ iploro.

¶ Cõmendatio odonis parisien. episcopi ⁊ describuntur mores eius. Epl'a.cxxvij.

Reuerendo patri ⁊ dño. R. dei gr̃a Gloecestrie abbati. P. bleseñ. bath. archiẽ. Salutem in eo sine quo non est salus. Queritis vtrũ nouũ hunc parisiensem epm̃ nouerim: et quid de vita ⁊ moribus eius sentiã, et q̃d de ipsius electione audierim vobis scripto petitis aperiri. Curiosi hois esset ista inquirere. sed scio q̃ vestri dñi benrici beate memorie nuper vuygorneñ. epi amor ⁊ deuotio ista requirere vos cõpellunt. Scitis eñ q̃ placide q̃ deuote totus spũs eius requiescebat sup odonẽ cantorẽ bituriceñ. ecclie: eratq; in votis et delitijs eius: ipsum cũ fratre suo bituriceñ. archiepo quotiẽs se offerebat opportunitas multiplici pconio recensere. De vita istius qõ noui, de ipsius aũt electione referã qõ audiui. Mauritio pie recordatiõis exẽpto de corpore mortis hut⁹ parisiẽse capl'm de alteri⁹ substitutione tractabat. Erant quidã filij ⁊ heredes symonis magi: q̃ licet religionis, pfessores multorũq; iueterati dierũ/cũ pecunijs iñ quas congregauerãt: ppter h̃ a dieb⁹ antiq̃s se ad nũdinas illi⁹ electiõis accinxerãt. et p quos gyezi successores: titulũ de ꝓhẽda emptiõe frequẽtius iterabãt. Porro in tã electa cõgregatione prudẽtũ ꝓtuta mercalis elusa est: ⁊ illis q̃ sola licitatione obtinere sperabãt/⁊ tanq̃ stipitib⁹ veternosis: sterilibusq; reiectis: ducti odore odonis: q̃si agri pleni cui bñdixit dñs: eũ sibi cõi assensu pontificẽ rapuerũt in exultatiõe vniuerse terre. Cõglorior et⁹ glorie: si qua tñ glia ei⁹ itelligi põt: quẽ ad cathedrã traxit iustũ public⁹ fauor, cõisq; deuotio. Electus quippe est votis omniũ/sed nõ suis: ⁊ cõmendabili quadã itrusione adept⁹ est: q̃ tanto eum sequebãt instãtius: q̃to eã humilius fugiebat. Circa primitias studior et⁹ et tyrocinia militie scholaris adhuc ifirma ⁊ rudia nouit eum: ⁊ deuote dilexi parisius/vbi magisvnctione q̃ eruditiõe mgr̃a puer l'ras rapiebat. Mã iter exercitia liberaliũ facultatũ doctrina celestis melioza ei charismata ifluebat. Propterea sup senes itelligẽs, puerilitie dies antiquabat morib⁹: tpa preueniebat meritis: et qõ deerat etati ꝓtutibus cõpensabat. Sepe retulit michi secretius petrus de verno q̃dã pedagogus ei⁹. discipulus autẽ ⁊ familiaris me⁹, q̃ sollicite, q̃ deuote: occulte tñ ⁊ raptim se in operibus pietatis adhuc puerulus exercebat. Elemosinas ꝓo frequẽter cõdiebat lachrymis ⁊ pietatis adipe: holocausta mificorũ die ipinguabat/puerilitã salutabat. Cũq; iam in eius facie pubescẽtij adolescẽtie lanugo vernaret: sedẽ apostolicã visitauit: eo scilz tpe quo Gregorius octau⁹ successit vrbano. Erã tũc in curia ⁊ vidi: nec inuidi q̃ honor ei a summo põtifice: patribusq; cõscriptis exhibitus, nõ multũ inferior eporũ reuerẽtia videbat. Sane spũs bonarũ mentiũ institutor: virtutũ plãtaria in eo multiplicabat vsq; in virũ pfectum. Videns aũt que a deo donata sunt ei: cepit superogare collatis. Cũq; vas suum in sanctificatione et honore ab ifantia possedisset: insolentiam tamẽ carnis et extraordinarios eius motus, quadã preminẽtie auctoritate cohibẽs ipsaz vigilijs, ieiunijs disciplinis ancillari cogebat. Sciebat enim continentiam optimam esse balsami speciem: que carnem a coruptione cõseruat. Alij curentes ad diripienda predam huius seculi: questũ reputant pietatẽ. Iste vero vberẽ redditũ quẽ in anglia possidebat/prudẽti cõsideratione dispersit dedit pauperibus: resq; scholares/idignos q̃dẽ: sed industrios et honestos, ppria exinanitione ditauit. Sed eñ fide iussor pauperũ deus aliud ei beneficiũ repestiuũ: nõ sine magna fenoris accessione redibuit. Et q; super pauca fidelis fuerat eum supra multa constituit. Qui

ergo sicut lignum quod ad humorẽ mittit radices in ecclia bituriceñ. fructificare ceperat: nũc parisi⁹a dño trãsplantat̃ vt fructũ plus afferat, vt lucerna sup candelabrũ posita gloriosius cunctis irradiet: cui⁹ lumen sub hũilitatis modio sollicit⁹ a cõis fame palpebris abscõdebat. In epm̃ denq; cõsecratus nomẽ suũ sicut publice dicit̃ operib⁹ interpretari non cessat: fidelisq; sequester inter deũ ⁊ hoies vota populi offert: et ppl'o gratiã dei refert vigilãtia iugi reducẽs in viã iustitie, q̃s inde ꝓtutus imposto: abduxerat: bituriceñ. archiepi frater atq; de illustrissimis pncipibus orizinẽ trahẽs. Hinc regis anglie cõsanguineus: inde francorũ regem linea generis, ppinquior contingit: sue tñ fastigiũ parẽtele nobilior quadã animi generositate fastidit: ⁊ ex ipsius cõtemptu, iudicio eorũ qui rectius sapiunt: sui generis eminentie plurimũ superaddit.

¶ Adonetur eps̃ vt in ministerio suo sit sollicitus. Epistola.cxxviij.

diẽtia caritatis, vt scz subiectus voto alacri obediat:
z affectio filialis paternã reuerentiã semp pre oculis
habens, nullis artata limitibus se currenti desiderio
in latitudinẽ caritatis infundat. Q̃ si prelatus iniũ-
gat q̃ saluti aie obmilitant, z precepto dñi aduersent
cõsilium in expedito est, vt beati petri sentẽtia obser-
ueт: deo inquit magis obedire oportet q̃ hoibus. Et
hoc ex vbo samuelis elicit. Si peccauerit (inquit) vir
in virũ, poterit illius pplicius esse deus. Si autẽ quis
in deũ peccauerit, quis orabit p eo? Quicquid ergo
tibi prelatus iniũxerit quod aie saluti nõ obuiet: sic il-
lud amplecti debes, acsi deus ipse preceperit. Nã z si
etiam impossibilia iniũgantur iuxta regule tenorem:
cõfidẽs de adiutorio dei ex caritate obedias. Ad pre
latos loquens dñs dicit: Qui vos spernit me spernit
z qui vos audit me audit. Beatusqz benedictus pre
statur deo impẽdi obedientiam, que maioribus exhi-
betur. Pernicio sum est suũ qualtercũqz scandalizа
re prelatũ. Nam si super scãdalo pusillorũ terribilem
penã statuit deus: quid erit de scãdalo prelatorũ? Sa
ne in omnibus que a prelato iubẽtur: generaliter dam
nabilis est cõtemptus. Et sicut caritas cõmẽdat obe
dientie meritũ: et rebellio accumulat inobedientie ma
lum. Species cõtumacie est de modo mãdati inqui-
rere, hesitare, discernere, aut differre. In cõtractu eñ
obedientie nõ habet disputatio aut disceptatio locũ.
Nã si in discussionẽ seu suspitionẽ ea q̃ tibi sunt man-
data deduxeris: ad lignũ scientie boni z mali manum
preuaricatiõis extendis. Nimis delicata est hec obe-
dientia transiẽs in deliberatiuum genus cause: nõ est
hoc in auditu auris obedientie: non est hec regularis
obediẽtia sine mora, sed astutia tergiuersatrix z aper
ta superbia. Si autẽ vite nequioris est abbas: et tñ ex
caritate obedire oportet. Scriptũ est eñ. Que dicunt
facite: que aũt faciũt nolite facere. Contemptũ igitur
super omnia caue. Nam et si dñs quandoqz p peccа-
toribus et transgressoribus testimonio pphete roga-
uerit ne perirent: licet p crucifixoribus suis orauerit,
licet ecclesia oret p scismaticis z iudeis: nec deum ta-
men nec ecclesiam p cõtemptorib⁹ vnqz intercessisse
reperies. Super cõtumacia tñ et cõtemptu sanctorũ
patrũ prudentia dispensauit: et contra inobedientie

malū ꝓposita est transgressoribus penitentie medicina. Gratias autē ago deo: q̃ sicut ex quorūdam relatione audiui delicta iuuentutis tue, ⁊ honoris ambitiosi nūdinas a primo vite maturioris limine salutasti/longicq̃ tēporis iacturam fructuoso penitentie cōpendio redemisti. Nunc autē verbum illud sapientis a tue sinu memorie nō excidat: fili de indulto ⁊ propiciato peccato semper sis sollicitus. Sunt em̄ plericq̃ qui ad ꝓfectum penitentie sibi sufficere credunt q̃ a sua turpitudine destiterunt/nec recolūt excessus vetres:quasi spacio temporis euanuerint:⁊ sola obliuione credunt se cum dño ad plenum de suis iniquitatibus transegisse. In persona huius penitentis iob ad dñm loquens dicit. Signasti quasi in sacculo peccata mea. Et moyses in deuteronomio. Mōne hec condita sunt apud te: ⁊ signata in thesauris tuis? Mō tam facile sine fletu ⁊ gemitu, et cordis acerbo dolore sanantur que coaluerūt in medullis precordiorum, nec leuiter culpa remittitur: nisi cum q̃titate peccati humilitas penitētie cōpensetur. Michi ergo ad votorū plenitudinem cedit, q̃ elationis fastus/⁊ ambitionis hiatus sub modestie cēsura cohibueris. Recolo ei te olim causari ⁊ arguere deum/ q̃ nullum de tribu nostra erigebat in cathedram seniorū. Quicquid autem nunc desideres, deus omnē intellectū meū ⁊ tuum in sue obsequiū seruitutis humiliet et capiuet. Tu vero frequēter ex ipius pape qui nunc sedet, ac plericq̃ cardinalibus eius q̃ in diebus meis legatione functi sunt: fratris etiam mei ⁊ abbatis sancti dyonisij, aliorūq̃ magnatū qui in terra sunt relatione cognoscere potuisti/q̃ cū in sicilia essem sigillari⁹ et doctor regis vvilhelmi secūdi tunc pueri: atq̃ post reginā ⁊ panormitanū electum dispositio regni satis ad meum penderet arbitrium, quidā mei emuli machinantes me a familiaritate regis excludere: ꝓcurauerūt vt ecclesia neapolitana me in archiep̄m eligeret/ac per maiores capituli ordinationē meā cōi decreto ⁊ votovnanimi postularet. Vocatus aūt nō iui: rogatus ⁊ tract⁹ multipliciter non cōsensi. Ep̄atus quoq̃ rotheneū. bis mi chi oblatus est, oblatumq̃ renui: et honorē ex onere metiens/motus ambitiosos ad sobrios mediocritatis terminos limitaui. Amātissime nepos vtinā modestia vestra nota sit omnibus hoibus: dñs prope est: ꝓpe est vt veniat dies tuus. Et vt vtar testimonio salomonis. Cito et horrēde fiet iudiciū his qui presunt: horrendū quippe est incidere in manus dei viuentis accumulare sibi peccata duplicia/flāmas gehēnales ꝓ iniquitatibus incurrere alienis: ꝓpterea tutius reputaui latere et fumare sub modio/q̃ ascēdere super candelabrū/meaq̃ tenebras oculis intrudere aliorū. In diuitijs em̄ mea lux esset obscuritas, ⁊ nox illuminatio mea in delitijs meis. Multorū siquidē turpitudo latuit: donec honoris assumptio palpebras vulgaris fame aperiēs in publicā deduxit notitiam, q̃ status humilior occultabat. Mā dignitas indignos ostēdit. Adde etiam q̃ multorū dñatio est eorū damnatio

Quot em̄ paupertas ad celū ꝓmouet: tot cū dignitatibus suis infernus absorbet. Caue igit̄ ne a bsorbeat te, ꝓfundū: neq̃ vrgeat super te puteus os suū. Dies tue mortis incert⁹ est: senesq̃ pariter ⁊ iuuenes mors amara inuoluit. Quid facies cū te a carorū tuorū cōsortio resolutiōis humane ꝓditio separabit? Cū igit̄ nigrescere ⁊ horrescere ceperit nox eterna: cū extra diē te traxerit importunus et crudelis exactor ꝓ irremeabiles semitas tenebrar⁹ vt te in illud immane ⁊ horrēdum chaos in regionē mortis eterne ꝓcipitet? Qualiter tibi erit cū ab ecclesia sanctor⁹ perpetua excōicatione precisus/videbis filiū dei suis militib⁹ donatiua glie largiēte: tibi cedere ad miserie cumulū aliene plenitudinē voluptati? O q̃ lugubre erit videre ⁊ pdere deū: atq̃ ante sui saluatoris perire conspectū. Ubi tūc erūt aiositates ⁊ delitie tue/de quibus sola remāsit recordatio in tui accusationē/⁊ obligatio in tormētum? Tota hois miseri substātia deuorabit̄ inextinguibilibus flāmis: nec erit supplicior modus vel intermissio siue finis. Mā ibi finis semp incipiet/ mors non morietur: nec defectus deficiet/ vt dānati hois conditio semp in doloris materiā ⁊ mortis eterne pabulum recidiuet. Carissime hec recole, hec loquere ⁊ exhortare: teq̃ fratribus tuis amabilē ⁊ imitabilē exhibens/ eos ad vite brauiū coram deo in iustitia ⁊ sanctitate precede. Cor̄i pulmentū tibi: ⁊ qui tecū sunt filijs ꝓphetar⁹. Si vo coloquintidas sapiat exhortatio minus blāda/farinā pattētie ⁊ deuotiōis helyse⁹ apponat. Q̃ vero nulla te salutatiōe a longo tēpore visitauit: in campū orationis se lati⁹ effudit affectio/vt litterarū intercurrētiū raritatē plirior epistola recompēset.

Mouī abbatis fructuosa instructio.

Epistola.cxxxij.

DIlecto nepoti suo. E. dei gratia Abbati sancti launomari magister. P. Bleseū. Barh. archiē. Salutem. Licet testimonio hieronymi nescio quid latētis energie viua vox habeat: et efficacior sit vox viua q̃ scripta. Illi tamē qui virtutem caritatis experiunt/certi sunt q̃ prestantior est presentia spiritus q̃ corporis: ⁊ q̃to spūs est pars diligentis potior, tāto presentia ei⁹ dignior est corporali. Nam si copula carnis efficit vt sint duo in carne vna: q̃to fortius duos vnit amoris cōpago, ⁊ vnitas spūs in vinculo pacis? Alia est potior pars mei: si aia tua nō dissidet, nichil duarum aiarum idem volentiū preiudicat vnitati. In hac tm̄ vniōe nō solum aie, sed corpora federant̄: cum possum de nepote meo dicere os meum et caro mea. Glorior de tua gloria/leror de tuorū letitia: vtrum tm̄ expediat tibi letari tu videris. Obsecro te per viscera misericordie xp̄i/ vt attendas periculum huius sedis/recolens illud verbū salomonis: quia horrēde ⁊ cito iudicium his qui presunt fiet. Miserere anime tue placens deo. Bonas fac vias tuas et studia tua: letētur qui te diligunt q̃ sis seruus fidelis et prudens: quem cōstituit dominus super familiam suā. Q̃to maior es/humilia te in omnibus.

Audi humilem et terribilem xp̄m. Qui maior est vestrum fiat sicut iunior: principē te cōstituerunt fratres tui: esto quasi vnus ex illis. Benedictus/basillus/arsenius/duo machabij/multiq̃ alij magistri religionis idipsum sentiunt, vorū scilicet religiose ꝓfessionis acceptū semel nulla occasiōe postea irritādum. Si monachorū electio et non ambitio sicut michi scripsisti/ fecit te fratrū tuor⁹ principem: non tamen abstulit esse fratrē. Si iugum dñi portasti hactenus, illud ammodo patiēt⁹ feras: et viuas regulariter inter eos quos ad formā vite regularis informas. Alioquin nota beatis illo euangelij verbo. Alligant onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponūt in humeros hominū: digito autem suo nolūt ea mouere. Tui siquidem legislatoris edicto firmatur/ vt que doces tuis discipulis esse cōtraria tuis factis iudices nō agēda: vt de magnis maximisq̃ preceptis dñi taceam/ si iuxta cōstitutionem euangelij mandatū legis vel modicum solueris et docueris sic homines/in regno celorū modicus eris. nulla electio sicut iam tetigi: nulla prelatio te absoluit ab illa votiua ꝓmissiōe: nec potestas illa tibi cōmissa vota ꝓmissionis euacuat que distinxerūt labia tua. In legibus tuis quarū quandoq̃ fuisti auditor, verbum imperatoris est. Et si legibus soluti simus: legib⁹ tm̄ viuere volumus. Et illō. C. de legi. digna vox est manifestate regnātis legibus alligatū se principem ꝓfiteri. Te honor assumptus a ꝓfessione non eximit: sed ad ei⁹ obseruātiam fortius alligauit. Qui satis eras tuis excessibus oneratus: iuxta verbū salomonis alligasti tibi peccata duplicia. Subditi te honorāt, sed pl⁹ onerant. ꝓ ergo custodi teipsum: vt securius ꝓcures custodiam aliorū. Cōmissa est tibi villicatio grauis: villicationis huius rationē exactissime requiret terribilis in iudicijs suis. Teste aūt gregorio prelatus tot coronas sibi multiplicat/quot deo aias lucrificat. Prelati etiā scire debent q̃ si peruersa perpetrāt/ tot mortibus digni sunt: quot ad subditos sue pditiōis exēplā trāsmittūt. A te igit̄ prius et deinceps a subiectis explantare studeas dissolutionū ꝓpagines veternosas quas insolētie mater longa impunitas radicare ꝓmisit. Omni diligētia custodi cor tuum/ vt exemplo sis alijs: ⁊ libertus auferas scandala de regno dei q̃ intra vos est: nec in aīe tue discrimen reserues hoc officiū angelis messoribus, quibus hoc ministeriū in die tremēda celesti dispēsatione debet̄. Pone igit̄ in aio tuo: q̃ tui monasterij nouus fundator accedas, sciēs q̃ laudabilius est informare corrupta, q̃ formare informia. Ideoq̃ tuorū antecessorū laxiores habenas non cogites. In omnibus em̄ tibi maturior consilio vtēdum est/et vigilantiore cautela. Eorū simplicitas aut pot⁹ negligētia ⁊ ruina quorūdam circūspectiorem te faciat. Mittas manū ad fortia: ⁊ scias q̃ dissoluta est omnis domus in qua non imperat disciplina. Teste beato gregorio. Ars artiū est regimen aiarum Aias autē non potes regere, nisi disciplina mediāte: vt sit iustitia et iudiciū preparatio sedis tue. Flagella filios tuos: ⁊ sapiētis testimonio eorū aias liberabis. In omni tm̄ exercitio disciplīne misericordia primas partes obtineat: vt q̃ rigor exasperauit vbo aūt vere pia mā suetudo remulceat. Mō sis ꝓnus ad iracūdiam/nō impetuosus ad cōtumeliam/ nō preceps ad sentētiam/nō vehemens ad vindictā: verba ⁊ opera tua predicet caritas/et informet affectio: nec attēdas quid tibi sit vtile. sed q̃ multis. Caritas em̄ que sua sunt nō querit: nec vtilitates tuas, ꝓcurabis efficacius q̃ si cōmoditati ⁊ saluti fraterne tua diligētia impendat̄. Non sis fastuosus in vultu/non vultuosus in verbis/nō in minimis exasperās/nō superfluus in victu/nō in equis vel familia elatior/nō notabilis in vestitu. Dilectus deo eris et hoibus: si cōscientiam tuam ⁊ act⁹ tuos oi cautela seruaueris. Emulare carissima melioza nō familiaritatem principū/nō popularis aure gratiā/nō laudis aliene stipēdia: sed thesaurum cōscientie bone in abiectiōe tui ⁊ xp̄i caritate fundare Mō potes aūt vere esse humilis si credis palpōibus: si ꝓprīā excellētiam nō contēnis. Si vo altior q̃ melior eē appetis: nō premitū, sed precipitiū expectabis. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa: et linguā eorū magniloquā, q̃ dicunt tibi euge euge. Teipsum de te cōsule: respue blandimēta: adulatiōibus aures claude. Qui te beatificāt/in errorem inducūt. Si noueris te esse qualem laus aliena depingit: non tibi/sed deo ascribe cū apostolo dicēs: Gratia dei sum id q̃ sum. Quid ei habes q̃ nō accepisti? Si aūt accepisti quare gloriaris quasi nō acceperis? Acsi aplus dicat. Sia que habes a deo accepisti: de his ergo nō in te, sed in dño gloriēris. Cōsilio aūt eiusdē aplī ꝓba opus tuū: ⁊ sic habebis gloriā in teipso, ⁊ nō in altero: aut quod securius est, nec in te/nec in altero, sed in deo. Mimis quidē periculosum est gloriā suam aliene lingue committere: ⁊ ad arbitriū palpantis aut blandiētis laudē obtinere vel perdere. In dño laudet̄ aia tua: audiant māsueti et letēt̄. Sit laus tua in exitu tuo: vt te laudēt in portis opera tua/ qui erit vniculq̃ laus a deo. Diacum cōsilio fac: castorū em̄ cōsiliorum mater sapiētia in libro sui nois dicit. Ego in cōsilijs habito: ⁊ interesum cogitatiōib⁹ eruditis. Probatos aūt in religiōe tecū habeas in cōsilio/in obsequio/in cōtubernio tue custodes honestatis ⁊ testes. Sicut aūt alios dignitate precellis: sic vite meritis antecedas. Et q̃ min⁹ fortasse pōderis apud te habet exhortatio mea/ circa instruēdi abbatis officiū pono ipsa beati gregorij vba. Tanto inquit debet transcēdere opa subditor⁹ actio ꝓlati/ex tū distare solet a grege vita pastoris. Et subiungit. Sit ergo cogitatiōe mūdus/actiōe precipuus discretus in cōsilio/fructuosus in vbo/ singulis compassione primus/pre cūctis cōtemplatiōe suspēsus/ cū agentibus per humilitatē socius/ ꝓ iustitie vero zelum cōtra delinquētes erectus/ interior⁹ curā exteriorū sollicitudine nō minuēs/dispēsationē exteriorū interior⁹ ꝓuidentia non relinquēs. Denicq̃ abbas (dicit idē gregorius) in omnibus xp̄i vitam studeat imitari.

Apostolo eñ teste. Qui dicit se manere in xpo, sicut xps ambulauit/debet et ipse ambulare. ꝓpterea idē apls de se dicit. Imitatores dei estote sicut ⁊ ego xpi: et vt forma regule spūalis exprimat/ iugiter in corde habeat verbū illud apli. Apparuit gratia saluatoris nostri dei oibus hoibus erudiēs nos/ vt abnegantes impietatē ⁊ secularia desideria sobrie ⁊ pie/⁊ iuste viuamus in hoc seculo. precedet abnegatio impietatis et desiderij secularis, vt viuas pie, sobrie et iuste: pie ad deū/iuste ad ꝓximū/ sobrie ad teipm. pietas quidem testimonio beati augustini pistit in fide/⁊ spe/⁊ caritate. Justitia xo naturalis est, vt nō velis alijs facere qd tibi fieri nolis:⁊ alijs facias qd tibi fieri velis Ad sobrietatē rerū tēporaliū ꝑtinet moderatio: vsus necessitati satisfaciēs/nō seruiēs voluptati. Te honor assumpt⁹ ad subditor custodiā obligauit. Audi salomonē. Fili mi spondisti amico tuo/defixisti apd extraneū manū tuā:illaqueat⁹ es xbis oris tui/⁊ capt⁹ es sermōib⁹ tuis:fac ergo qd dico tibi fili mi:decurre festina/ suscita amicū tuū/ ne dederis somnū oculis tuis:⁊ tue palpebre ne dormitent. Juxta expositionē gregorij Apud extraneū manū suā defigere, est curā aie aliene quā pri⁹ nō habueras in piculū tue ꝑuersiōis accipere. Cōmissos itaq; tibi salutarib⁹ monitis excitare iuberis/vt a pcti torpore surgētes/in sanctis cogitatiōib⁹ ⁊ operib⁹ excubātes: de breui ⁊ trāsitorio labore manipulos referāt exultatiōis eterne. Ille aūt qui te ad hoc officiū vocari pmisit:sic te vocauerit vt nō repellat:sic te honorauerit vt nō humiliet:sic exaltauerit vt nō confundat, non deiciat vel allidat.

¶ Excusatio a residentia saresberiensi ecclesie. Epistola.cxxxiij.

Dilectis dñis fratribus ⁊ amicis. R. decano ⁊ capitulo saresberiensi ecclesie. P. Bleseñ. Bath. archiē. Salutem:et in iudicādo prudētiam. Miror q; p prebenda quinq; marcarum me vrgetis ad residētiam faciendā:scientes q; p viatico vsq; saresberiensi. tota michi prebenda non sufficeret:que si insufficiēs est ad viam, multo magis ad residētiā: sed capitis pot⁹ questū ex absentia mea q̄z ex presentia mea fructū. Ubicq; terrarū in omni ecclesia parcit debilibus ⁊ infirmis:vel q̄ alias facultatem residendi nō habēt. Vos aūt penā in eos statuistis, quos ipsa impossibilitas a penali obligatiōe absoluit:penā siquidē nō impotētia vel defectus, sed solius cōtumacie odiū introduxit. Nostrorū presulum osmūdi ⁊ iocelmi cōstitutio in eos qui prebēdas habent diuites intorquet: q̄ de obuēntionibus earū possunt domos edificare saresberiēses: et ea que ad residētiam necessaria sunt de facili ꝓcurare. Sicut cum decretū thelesphori pape de adiectiōe septime septimane vsus cōtrarius aboleuit: sic immo fortius cōstitutionem predictorū pōtificum cōsuetudo vtentium in contrariū penitus abrogauit. Cū itaq; michi prescisa sit residendi facultas/q̄ michi culpa infligit hāc penam:⁊ qr non facio quod michi impossibile est debeam prebende mee perdere quintā partem:⁊ Tolerabilius est cōstitutione hac pharaōis imperium: nam cum tota egypt⁹ fisco applicare quintā partem suarum possessionū regis edicto publico vrgeret: sacerdotes ⁊ leuite legis illius onera nō senserūt. Nūquid vultis q; aliarū ecclesiarum redditus hic expēdam? hoc michi sangrēse concilij interdicit:cuius auctoritate vbi potiora bona recipio/ cōuersatio mea debet esse frequētior:⁊ pauperū quotidiana subuētio. Parcite ergo dñi mei et amici fratri vestro, quē a necessitate residentie ipsa impossibilitas eximit. Quod eñ non possum, non debeo:qd indebitum est iniuste exigor:et ideo ab hac iniusta exactiōe legatum appello.

¶ Optima exhortatio ad abbatem ⁊ conuentum Bleseñ. Epistola.cxxxiiij.

Reuerēdo patri ⁊ dño Guillelmo dei gratia electo sancte marie Bleseñ. Suus. P. Bleseñ. Bath. archiē. Salutem in eo qui in electis suis mittit radices. Elect⁹ estis a vestris fratribus in abbatē: ꝓpterea in vobis magnifico misericordiā saluatoris si tñ miseri cordia est:et non potius quedam ꝑbatio/vt questus honoris quandoq; trāseat in querelam. Erat lōge securius cōesse q̄z preesse. Meritoriū tñ valde est: si sic presis vt ꝑsis. Carissime mi pater dū in minore officio ministrabas/sepe fuisti tibiipsi scādalo: frequēter tedio/semperq; periculo. Nūc aūt super candelabrū cōstitutus: intrasti arenam euētus ancipitis. Nam si possessionū sollicitudines/si aiarū discrimina penses foris sunt pugne/int⁹ timores. Juxta xbū salomonis īmisisti te in turbā:⁊ alligasti tibi pctā duplicia. Ideo pleriq; volunt latere sub modio: ⁊ intra cōscientie fines claudūt interioris gloie bonum/ fouētes in sinu memorie verbū illud ꝓphetic̄um: Secretum meū mihi:secretum meū michi. Et nūc pater amātissime in varia distrahi te oportet/ꝑ alijs molere/ sollicitari cū martha/postponere vnum illud necessariū,⁊ transire de marie ocio ad quendā aie labyrintū. Porro nō sic exterior te sollicitudo rapiat/ vt aiam tuā ꝑ qua xps mortuus est, curarū secularium abyssus absorbeat. Quandam itaq; interiorē solitudinē semp tibi circūferas/vt in se collect⁹ anim⁹ ad exteriora nō defluat: nec attēdat qd appareat foris/ aut qd exterius sonat. Inter multos eris tecū factus de illorū nūero: quos beatus iob insinuat dicēs: Qui sunt qui edificant sibi solitudines:vt vocē exactoris non audiant. Sic ergo ministres vt nō vituperetur ministeriū tuū:vt seruum singulorū te reputes cum sis dñs oīm. Sic in te contemplatiua ⁊ actiua vices suas alternēt/vt nullū tempus habeas feriatū. Melior est spūs q̄z corpus,⁊ corporis exercitatio ad modicū ꝑdest:pietas autē valet ad oia habēs ꝓmissionē vite q̄ nūc est pariter ⁊ future Emulare igit̄ carismata meliora. Caro eñ ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt. Caro nō ꝓdest q̄cq̄z. Fruct⁹ autē spūs sunt:caritas/gaudiū/pax/patiētia/lōganimitas/fides/modestia/māsuetudo/ꝑtinētia/castitas

Bonū est sollicitari cū martha:sed quietius est sedere ad pedes iesu cū maria: puidere dñm in cōspectu suo semp/vacare et videre q̄z suauis est dñs. Postq; ergo disposueris ea que necessitas fraterna deposcit: descende in ortos aromatū, vt pascaris delitijs spiritualibus/⁊ gratissima colligas lilia gaudior. Cum vero animā tuam resolueris ad quietē, nullus queso dilectā excitet, donec ipsa velit:nec sustineas vt quis te prepropere ab amplexib⁹ rachelis/⁊ ab vberibus sancte voluptatis auellat. Scis qr sancte regule professores si se secularib⁹ negocijs curiose inuoluūt, magna spūalis exercitij dispendia patiunt. Mauis eī licet inter ꝑcellosos turbines statim nō pereat:rerū tñ suarū iacturā sustinet/vt in portū vacua inanisq; puniat. Elegerūt te fratres tui:esto in illis quasi vnus ex illis. Edifica eos xbo/actu/vultu/habitu/ et incessu. Sic te amabilē exhibeas ⁊ imitabilē: vt tota conuersatio tua edificet alios ad salutē. Age qd nō solum tibi expedit:sed qd mlt̄is. Nūq; singulariter viuas: nō habeas vt vulpes foueā/nō vt volucres nidū/nō locculos sicut iudas. A primitiuis motib⁹ adolescētie mee noui pater venerabilis mores tuos redolētes māsuetudinē/sociales ad conuictū/ humilitate ꝓditos:⁊ ad oēm ꝓpositos honestatē. Vulgare est q; honores mutant/aut pot⁹ mōstrāt mores. Administratio queso preteus nūq; ab illa mor nobilitate degeneret: nulla elatiōis/nulla glie titillatio de tua ꝓmotiōe obrepat Si gloriari oportet, de tuis infirmitatibus glorieris: vt inhabitet in te virtus xpi. Si eī ad onus infirmū: si min⁹ idoneū/minusq; dignū te reputes:ipsa tui abiectio cōualescet ad gratiā/exuberabit ad fructū/accumulabit ad coronā. Ipe dñs glorie dicit: Si ego quero gloriā meā: glia mea nichil est. Gloriā (inquit) ab inuicē queritis, ⁊ gloriā que a solo deo est non vultis: Non nobis dñe nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Tu vero pater si ideo gloriaris nō eris insipiēs/vt qui gloriat in dño glorietur. Illā vero glām q̄ est testimoniū conscietie tue: deo ⁊ nō tibi ascribe. Mā (vt verbo apli vtar) quid habes quod non accepisti? Si ergo te ad vocem demulcent tiū tuas aures aura fauorabilis afflauerit:sit in ore ⁊ corde tuo verbū illud apli. Gratia dei sum id qd sum. Michil est qd diuine maiestati familiarius atq; cōfidētius assistat ⁊ gratius, q̄z vera humilitas. Ipse auctor vniuersitatis se corde humilē cōfitetur ⁊ mitē. Igitur nō veniat tibi pes supbie, sed q̄z to maior es humilia te in oibus:⁊ administrationē hanc onus reputa nō honorē: omnēq; motū superbie prurientis xbo illo salomōis extirpat. Potētes potenter tormēta tolerabūt: atq; cito exhorrēde iudiciū fiet his qui presunt. Cogita semp qr requiret a te dñs de oribus suis exactissimā rationē: ꝓpter hoc irritauit impius deū:dixit ei in corde suo nō requiret. De⁹ aūt per malachiā dicit: Ecce requirā oues meas de manu pastoris:dñs dicit requiram. Impius dicit nō requiret. Cuius putas assertio preualebit? Verbū prophete esaye est: Jurauit dñs exercituū dicēs Si non vt putaui ita erit:⁊ quomodo mente tractaui sic euenīet. Nolite queso emulari in malignātibus. Sūt eñ abbates querētes pot⁹ que sua sunt/q̄z que i cſu xpi. A fructibus eorū cognoscetis eos. Qui animarū cura oīno postpabita summā sui officij reputāt, si in suam et suo:ū pernicie possessiones ecclesie sue per fas nefasq; culturis ⁊ edificijs magnificent ⁊ dilatent. Animarū vero curam quē a spiritu timoris cōceperāt fructum salutis quasi a borsum pniciose ꝓcurant:vt eis merito apterur verbū ꝓphete dicētis: Secuerūt pregnātes galaad ad dilatandū terminos suos. Qui sunt quos agitat spiritus huius mūdi/ spiritus vriginis ⁊ erroris. Meli⁹ tibi est pomū tuā augere moribus/q̄z possessiōibus. Melius est celū implere/q̄z horreum:⁊ hec facere potes, ⁊ illa nō omittere. Veteriosas autem viciorū ꝓpagines, que ex quorūdam decessorum tuorū negligentia pullularūt, succide maturius: vitulamina que nunq; fructificāt surculis incisionis sua prepediant incrementa:fac omnia preeunte consilio non tñ credas omni spiritui, sed prius ꝑba vtrum ex deo sit. Semper aūt potius de oratione q̄z de prudentia tua/de deo tantū/et non de principū familiaritate cōfidas:qr maledict⁹ q̄ cōfidit in hoie:⁊ iuxta sentētiā sapiētis: nomen dñi plurima fortitudo. Scribitis aūt vos ex cōtinua xsuti hostis astutia graues molestias sustinere: ideoq; vobis necessaria esse sacre scripture suffragia:cuius lectio frequens conatus hostiles euacuet/ atq; turbines estuantiū tentationū quadam gratie serenitate trāquillet; ꝓpterea libū vestrū cum instātia repetitis, quem vnū ex quatuor appellatis. Scio qr sine tentatiōibus vix hora dimidia claustralis vita transigit̄: vñ ⁊ militia regularis arma spiritualia exigit. De quibus apls ad corinth, scribēs dicit: Arma militie nostre nō carnalia, sed potētia deo ad destructionē munitionū/ destruentes oēm altitudinem extollentē se a duersus sciētiam dei/ captiuantes oēm intellectū in obsequiū xpi. Sacra itaq; lectio vobis necessaria est. Ipsa eñ est mensa tabernaculi: que ad aquilonē vnde pandit̄ omne malū posita est. Quod psalmista insinuās dicit: Posuisti in cōspectu meo mensam a duersus eos q̄ tribulant me. De mensa hac et spiritualib⁹ armis loquit̄ esayas. Pone inquit mēsam: contēplare in specula: surgite principes: et arripite gladiū. Sacra lectio cibus est:qr teste veritate. Non in solo pane viuit homo: sed in oñi verbo quod ꝓcedit de ore dei: per hunc cibum spiramus et viuim⁹. Verba (inquit dñs) que ego loquor spiritus et vita sunt. Certe solo sacri eloquij testimonio, christus cōtra omes dyaboli tentationes vius est in deserto. Si ergo cōsistāt a duersus vos castra/scuto bone volūtatis armate vos:⁊ gladio spiritus qd est verbum dei. Adee quidē exhortatiōis campus latissime patet:sed irruēs occupationū necessitas: et succingēs epłam ad cōpendiū/ad alia me retorquet. Filios aūt obedietie vre fratres ⁊ dños meos rogo i visceribus xpi ⁊ in caritate nō ficta, hoc sentire in se qd et in xpo

lesu: vt sicut ꝓ nobis exinaniuit se formam serui accipiens: sic se ꝓ xpo humilient in obsequiũ seruitutis. Exhibeãt corpus suũ hostiam viuã/sanctã/placẽtem deo: vt tota eorꝫ sensualitas a rõne absorpta/spiritui subijciat ad seruiendũ deo viuenti. Sensualitas est mulier ad quã dicitur Et ad virũ erit cõuersio tua. Tota itaq̃ ratio humilieť: totus intellectus captiueť in obsequium xpi. Indiscretis ꝓnte carni bellũ, cõtendentes nõ esse qd̃ estis: ⁊ recuperãtes fortiter qd̃ in prima origine perdidistis/vt rapiatis ꝓ violentiã regnũ celorũ: ⁊ intrudatis vos in hereditatẽ sanctorũ. Cũ samaritana reliquistis hidriã cõcupiscẽtie: ⁊ in vobis spũalem vestrã hierico destruxistis. Scriptũ est aũt. Maledictus q̃ reedificat hierico. Tu igiť carissime frater qui dedisti legi aplice manũ, qui manũ tuã misisti ad fortia, vtere cõsilio sapientis: ⁊ inijce in cõpedes obedientie pedem tuũ/nec accidieris a vinculis eiꝰ. Recolas qꝫ vir obediens testimonio sapiẽtie loquitur victorias: dum de dyabolo per obediẽtie bonũ de mundo ac de seipso triũphat in xpo. Sine omni delectu, sine omni exceptiõe faciat regule ꝓfessor quod iniũgitur sibi. Quid vero vel quale: vel ꝯtũ sit qd̃ iniũgiť non discernat. Alioquin presumit comedere de ligno sciẽtie boni ⁊ mali. Censura eñ discretiõis est penes patrem spũalem qui oia diijudicat: ipse aũt a nemine iudicať. Michil ergo discernat. Sit indiscretus vt intelligat, sit stultus vt sapiat, nec reputet iniuriosum si qsiq̃ correctione cõtristeť, aut verbere: q̃ per inanẽ letitiã immoderatius frequẽter se recolit excessisse. Dis disciplina in presenti amara est: sed in futurũ facit pacatissimũ iustitie fructũ/lentescẽs in via dñi: a pastore suo durius increpari sustineat, stercoribus eñ boũ lapidandus est piger. Qui ergo spũ dei deducitur, cum equanimitate sustineat corripiẽtẽ magistrũ: et si dura sunt ei que audit, reputet se duriorib̃us esse dignũ. Et nos quidẽ dilectissimi segregauit deꝰ in hereditatem sibi: vt leteť in bonitate electorũ suorꝫ cum hereditate sua, si tũ nõ accepistis iterũ spiritũ huius mũdi. Ponite igiť corda vestra super vias vestras: ne sitis terra prima maledictioni, quã percutiet dñs spũ oris sui. Recole qꝫ nõ solũmodo arborꝫ q̃ fructus malos facit: sed etiã arborꝫ que fructꝰ bonos nõ facit excideť, et in ignẽ mitteť. Securis quidẽ posita est ad radicẽ: et arborꝫ siue ad austrũ/siue ad aquilonẽ ceciderit ibi erit. Judicabit ei dñs fines terre: ⁊ hoiem in suis opibus cõprehẽdet. Dũ fuistis in seculo, nullã cõtra vos inuiãtã hostis antiquus exercuit: nõ ei eos impugnat q̃s esse suos ex operũ testimonio putat. Nunc autẽ qꝫ videt ydola sua in xpi templa immutari/ post amissam predam quasi leo rugiẽs circuit: ⁊ ad oẽs nocendi artes antiꝰ explorator suas vlutias circũducit. Quem vero de statu cõscientie bone subito precipitare non potest: quibusdam ymaginatiõibus fantasticis latẽter obrepẽtibus paulatim sollicitat. Mã iuxta vbum beati iob: Lapides excauant aque: et mõs cadẽs defluit/saxũq̃ transfertur de loco suo, ⁊ alluuione pau-

latim terra cõsumitur: qꝫ fortitudinem mentis emolliunt, ⁊ subuertũt tentationes occulte. Aia vero a fundamento virtutis auulsa: corruit in peccatũ. Apponẽs itaq̃ iniquitatẽ multiplicat immissiões ꝓ angelos malos: ⁊ sic de arce deposito tãq̃ de loco eminẽtiore cõfligendo insurgẽs/ de misero et decepto triũphum reportat ignobilẽ. Sic per illecebras huius vite miseri elonganť a deo: dicentes Anathema iesu: ⁊ tandẽ cõuersos in arcũ prauum: ⁊ in reprobũ sensum datos/mala capiũt in interitu. Scitis qꝫ tentatio vita hoĩs/⁊ milicia est super terrã. Sunt vero tentationũ quedam super nos/quedã infra nos/quedã iuxta nos/quedam intra/quedã extra/ et oñes cõtra nos. Caute igiť ambulate: mũdus eñ plenus est laqueis/ plenus insidijs/plenus periculis: atq̃ scãdalis ineuitabilibus ⁊ moribus infinitis. Introisti claustrũ: bonum est nos hic esse, ⁊ non recedere a cõsilio ⁊ cõgregatione iustorũ. Amice si claustrũ egrederis/trãsgrederis: et quasi sub iactu alee aiam tuam ponis. Leo in ianuis est vt te rapiat: ⁊ nõ sit q̃ eripiat. Irruit ventus vrẽs a regiõe deserti si forte inueniãt palee: quas ad ludibrium suũ rapiẽdo dispergat. Multiplici eñ exquisite fraudis artificio, conať angelꝰ apostata sanctorũ congregationẽ transferre in theatrũ: populũ acquisitionis in fabulã seculi, ⁊ scolam innocẽtie in derisum. Sit queso frater aia tua in manibꝰ tuis semper thesaurũ incõparabilem habes in vase fictili: dumq̃ claustrũ egrederis/ dragmã ꝓ qua magnus ille mercator aiam suam posuit/ ad ancipitis alee discrimen exponis. Terreat te frater egressus dyne: ⁊ oppressio eius. Recole q̃ iacob domi residens: benedictionem patris hereditauit. Esau vero dũ foris euagatur ⁊ venať: primogenitura/ patrisq̃ benedictiõe ⁊ hereditate priuať. Mũq̃ ingrediaris secularũ domos: nequitie eñ in habitaculis eorꝫ: nec deus in domibus eorꝫ cognoscetur. Dicas igitur cũ ꝓpheta. Odiui ecclĩam malignantiũ, ⁊ cum impijs nõ sedebo. Inter scorpiones habitas: ergo iuxta doctrinã hieronymi sis honestus in domo/sis rarus ĩ publico. Si egrotauerit aut obierit aliquis de parẽtibus tuis: nõ sit tibi eorũ egritudo vel mors egressionis occasio. Sine mortuos sepelire mortuos suos: fallax ⁊ pditoria est affectio parentele. Carnalis amor extra dei amorẽ cito te rapiet ⁊ affectio mũdi que iam in te aruerat/in pniciẽ aiẽ reuirescet. Mortuus es mũdo ⁊ parẽtibꝰ tuis: atq̃ cõplantatꝰ es similitudini mortis xpi: ⁊ vita tua abscõdita est cũ xpo in deo. Moli iterũ seculo viuere: ⁊ arma victorie reddere inimico. vbũ hieronymi est. Tenet hostis gladiũ vt me perimat: ⁊ ego de parẽtũ lachrymis cogitabo? Ero de parẽtũ sepultura sollicitꝰ: quẽ sollicitari opꝫ ne sepeliar in inferno? Moli queso exire: qꝫ mors ĩ exitũ est: ⁊ in limine te expectãs. Mcito egrederis ostiũ: mors ꝓ oculorꝫ fenestras ingrediť. Mullũ precor habeas cũ hoĩe seculari cõmerciũ. Qui ei tangit pice inquinabit ab ea: bonosq̃ mores praua collocuia corrumpunt: et vita reproba trahitur a cõuictu.

Seneca ad lucillum scribẽs dicit: Socrati lelio et caroni posset bonos mores excutere turpium conuersatio frequens/et dissimilium multitudo. verbum apostoli est. Non ignoramus astutias sathane: cui ex hoc ipso datur oportuna et multiplex malignandi occasio: qꝫ incircũcisi obsederũt vos, et habitatis quasi in medio cananei. Inter claustrũ vestrum et forũ modica ꝓtenditur intercapedo parietũ. habitatis quasi in medio babylonis: ⁊ mirũ immo miraculum est/si sabbatum quietis vestre nõ turbat tumultuatio popularis. Ita estis secularũ importunitate obsessi/vt cum lamẽtatore ꝓpheta deplorare possitis. Edificauit hostis in gyro meo: ⁊ circũdedit me felle ⁊ labore. Conclusit vias meas lapidibꝰ quadris: vsus insidiãs factus est michi: leo in abscondito semitas meas subuertit: ⁊ posuit me desolatã. Habitatis in medio populi polluta labia habẽtis: qui vobis verbũ illud derisorie frequenter adaptant. Cõmixti sunt inter gentes: ⁊ didicerũt opera eorum. Utinam aduolet vnus de seraphin, ⁊ sumpto calculo de altari in eis rubiginem cordiũ et scoriam purificet laborũ. Eos aũt circunspecte agatis, puidentes bona, non solum coram deo: sed coram hoibus: ⁊ negocio salutis vestre vigilãtius insistatis. Sit iugiter ante oculos cordis vestri timor dei/ignis gehẽne/ recordatio passionũ xpi/vestrorũq̃ memoria excessuum/dies mortis/ ⁊ expectatio tremẽdi iudicij. Audite hier onymũ dicẽtẽ: plaudat populus/luxurient hoĩes/ rumores excurrant/et dicas: Michi adherere deo bonũ est/ ⁊ ponere in domino deo spem meã. Quid eñ michi est in celo: ⁊ a te quid volui super terrã? Deus cordis mei: ⁊ pars mea deꝰ in eternũ. Prope est vt amatores seculi ⁊ sancti ordinis transgressores ab eterne vite radice precisi in exteriores tenebras detrudanť: ⁊ ab ecclesia sanctorũ perpetua excõicatione secluſi metianť ex intolerabili doloris angustia/ q̃s perniciose deceperit illos appetitus trãsitorie voluptatis. Eos ergo tamen timor in via dñi lentescere non permittat: sed corda vestra excitet ad meliora incessanter: vita breuis/ finis dubiꝰ/ iudex terribilis/flãma inextinguibilis/ vermisq̃ non moriens/ ⁊ pena cuius non est intermissio/neq̃ finis.

¶ Eximit quosdam archiepꝰ Canť. a lege residentie. Epistola.cxxxv.

Dei gratia Canť. archiepꝰ totiꝰ anglie primas, et apostolice sedis legatꝰ. Dilectis in xpo filijs decano et capitulo saresb. ecclesie Salutem/gratiam/⁊ benedictionem. Cum vbiq̃ terrarũ maioribus reuerentia debeatur: ⁊ maxime regi tanq̃ precellenti, eos qui negocia regis aut regni, pcurant fiscalis ratio/seu publice rei necessitas a lege cõmuni eximit: cum in omniũ hominũ statu vices suas sufficiẽter impleat q̃uis absens/ qui omniũ cõmoditatibus se impendit. Quia igiť magistri thome de Essebeñ. fides ⁊ industria multipliciter ꝓbata est in publicis regni negocijs, q̃diu in talibus se exercet/nolumus vt ipsum ad residẽtiam cõpellatis. Scitis preterea q̃ de singulis cathedralibus ecclesijs regni possumꝰ eos ꝓ arbitrio nostro vocare in partem sollicitudinis nobis iniũcte: quos ad hoc magis expedire nouerimꝰ. Nec absurdũ videť, si nobis suffraganeorũ nostrorũ canonici, si mẽbra capiti obsequantur. Certum est q̃ quidã dño regi sunt necessarij/quidam nobis/quidã infirmãtur/quidam in scolis militant/quidã in peregrinatiõe sunt/ quoꝫundã prebẽde ad residẽtiam nõ sufficiũt: ⁊ in oñibus his habẽdum est discretionis ⁊ cautele iudiciũ: quatenus in singulis circa residẽtie obseruantiam habeať consideratio ꝓprie facultatis. Si ergo ꝓ aliquo talium scribimus aut scripsimus vobis: ita preces nostre apud vos efficacẽ obtineant locũ/vt ⁊ petitiones vestre apud nos tempore oportuno desiderabilẽ sortiantur effectum. Tantũ ei erga vos gerimꝰ paterne benignitatis affectum/ vt nichil vobis velimus precipere aut petere: quod in vestri bonoris redũdare debeat detrimentũ.

¶ Inuectiua in quendam qui sua opera deprauabat. Epistola.cxxxvj.

Exhortatiũculam tuam cũ gratiarũ actione multiplici suscepissem, nisi pre blãditiis suauiloquij lenitas captiosa in euidentis iniuriam cõuicij euasisset. Scriptũ est qꝫ omnis homo primũ bonum vinum ponit: nec ꝓpinãtur venena nisi melle cõdita. Si prologum istius opusculi mei super iob diligentius inspexisses: me satis excusabilem faciebãt ea que michi liberũ scribendi arbitriũ inuidebãt. Sane ante opusculum illud nondũ hoc genus scribendi attigeram/simplicesq̃ laboris mei ꝓmitias quas in xpi obsequium dedicabam: ⁊ tũc primo nascentẽ studij mei spiritualis infantiã exquisitis machinatiõibus impugnasti. parcere simplicitati debueras: nec in derisiõis materiam dare saliuas decurrẽtes in barbã dauid/et vba infantilia hieremie. Et ego quidẽ carnalis homo sum/ ⁊ venũdatus sub peccato: tu vo regularis canonicus ⁊ spũalis homo, qd̃ in canonica epla legitur recolere debuisses. Si preoccupatꝰ fuerit homo in aliquo delicto: vos q̃ spirituales estis instruite hmõi in spũ lenitatis. Utinã corripiat me iustus in mia: et increpet me. Benigna eñ est correctio que ex caritate ꝓcedit: nã et caritas benigna est. Porro ex abũdãtia cordis: et ex adipe iniquitatis os tuũ locutũ est. Ideo lingua cedẽs primũ vulneras. Calamũ quassatũ conteris: ⁊ extinguẽs lignũ fumigãs/in spiritu vehemẽti conteris naues tharsis. Sciolus es/paucesq̃ littere faciunt te insanũ. Volẽs ergo cõstituere iustitiam tuã, cõuersus es in verba malicie: aliosq̃ iudicãs et diffamãns venaris tibi ex aliena deprauatiõe fauorẽ: ꝓ minimo tamen michi est vt a te iudicer, aut ab humano die. Qui enim iudicat me dñs est. Quis te cõstituit iudicem super nos? Tu quis es qui iudicas seruum alienum? Dño suo stat aut cadit: Stabit autẽ. Ego vero quem imprudẽtius et impudentius arguis: arguã te ⁊ statuã contra faciẽ tuã vt discas non blasphemare.

Apponam ergo sagittas potentis acutas contra linguam dolosam/maledicam ⁊ magniloquam/scurrilem/dissolutam. Loquar cōtra sibilos serpentis antiqui:nam in lingua tua loquitur qui quondam in serpente locutus est. Lingua siquidē detractoria vipera est:leniter transit ⁊ grauiter percutit: membrum substantia modicum:malicia magnū. Et vt verbis beati iacobi vtar:lingua modicum membrū est, sed plenum veneno mortifero. Si quis putat se religiosum esse nō refrenans linguā suam:huius vana est religio. Religiosum te putas qr religiōis habitum geris: sed sanctitas ⁊ lingua vipere simul esse nō possunt. Sane vir linguosus nō dirigetur in terra. Incircūcisa em̄ labia plurimū sordis sibi coagulant/⁊ omne vas qd̄ nō habet cooperculum in lege dñi reputat immūdum. verbum esaye est Cultus iustitie silentium. Utinam posuisses ostium circunstantie labijs tuis:⁊ non prosiluisses vsq̄ ad maledicendum. Maledici enim regnum dei nō possidebūt. Ad triam me inuitas inuitum. Testimonio em̄ salomonis, Qui demittit aquā caput est turgiorum, ⁊ lingua occasio est scādali quotiens in detractionis profluuium se diffundit. Utinam tacuisses, vt prudētior appareres. Sed vnde me nosti? Non expectato vulnus ab hoste tuli. Porro licet faciem tuā non viderim:ego te intus et in cute noui: existimasti iniqe q̄ essem tui similis. Ego quidem in opere meo simpliciter ambulabā: tu vero dolose agebas in lingua tua. Seminabā triticū: ⁊ tu inimic⁹ homo supseminabas zizania. Moli queso loquēdo sublimia gloriari:non plus sapere q̄ oportet sapere. Alta ei sapere mors est, ⁊ facile periclitat q̄ se in alto ꝓspicēs obstupescit. dicis ⁊ scribis/qr me nō vidisti. Gaudeo plane q̄ me nō videris. Iam spiritū aspidis in te sensi:vtinam me nō videat oculus basilici. Inuide et detractor deo odibilis: quid me mordes? Qui ei detrahit dicit ecclesiasticus: sicut serpēs q̄ mordet in occulto. Si inuicē mordetis et comeditis dicit paulus: nōne abinuicē cōsumemini? Si ore ad os disputatio ⁊ cōflictus esset inter nos/patiētius sustinerem: facile tibi est impugnare absentē. Testeq̄ hieronymo Delicata doctrina est pugnā dictare de muro. In me vtinam experiaris, et oris ⁊ operis vocē. Tutū tū michi esse non arbitror cū hoīe cerebroso cōtentiose funem trahere: ⁊ contra consiliū salomōis stulto iuxta suam stultitiam respondere. Abeas ergo iniurias dissimulare silentio: sed vereor ne deteriorīs in te presumptionis excitet incētiua vaga et effrenis impunitas. Epistolam scribere inceperam: sed exuberās materia loquendi nō patitur se ad epistolare compēdium coartari. In librū ergo epistola crescit, et euenit salomōis verbum: qr faciendorū librorū non erit finis. Decebat ordinem tuū ea scribere, que publice vtilitati proficerent/que mentē reficerēt/que oēm intellectum in seruitutem ⁊ obsequiū xpi redigerent. Tu vero apostolice pfessiōis oblitus, cui dederas nomen ⁊ illius que fm pietatē est doctrine (vt verbo apli vtar) superbus ⁊ nichil sciens: languēs circa questiōes ⁊ pugnas verborū cū illis q̄ detractiōi ⁊ scurrilitati vacāt: in rationalē adulteraris sacre scripture integritatē: hieremia lamentāte ⁊ dicēte Contritū est cor meū intra me a facie dñi ⁊ sanctorū verborū eius: qm̄ adulteris repleta est terra. De te ⁊ cōsimilibus tuis apostolus loquens Audiuimus (inquit) quosdā ambulātes inter vos inquiete ⁊ curiose agentes: his qui huiusmodi sunt denūciamus et obsecramus in dño/ vt cū silētio panem suum manducēt. Adulatorem principis ⁊ sancti ordinis delatorem vocas hominē quem nō nosti: sed docuisti linguā tuā loqui mendaciū: ⁊ in hac parte mentita est iniquitas sibi. Spiritus dei reddit testimoniū spiritui meo, qr nunq̄ fui olei venditor: nec soleo magnates palpare in vicijs/ aut laudare peccatorem in desiderijs aie sue: in compēdio meo super iob: in epistolis meis: in libro exhortationū mearū: in dyalogo meo ad regem. ℣. in tractatu meo de hierosolimitana peregrinatiōe: in libro meo de prestigijs fortune: ⁊ in opere meo nouello de assertiōe fidei: in libro cōtra perfidiam iudeorū: in libro de cōfessione ⁊ penitētia: et in eo qui canon ēpalis inscribitur, et in q̄pluribus alijs scriptis meis regem vestrū ⁊ alios terre magnates vbi materia se offert plena libertate redarguo/ sollicite suggerēs quicquid ad eorū edificationē citra inuectiue iniuriā potest humana deuotio. Vltā religiosorum quorū diuerse sunt species: polimita est em̄ tunica ioseph: et circūamicta varietatibus spōsa xpi/ tota cordis affectione veneror/ipsorūq̄ pedes brachijs deuotissime hūilitatis amplector. Scio ei qr pre cunctis secularibus ⁊ clericis ⁊ laicis tāto differētius virtutū titulos referūt: q̄to impressioribus vestigijs apostolorū regulis inhesērūt. Ipsi in humilitate/hospitalitate/ obedientia/caritate/ ⁊ ceteris quibus regnum dei rapit ac possidetur/ indefessa sollicitudine se exercent. Si carnē deprimunt/ spiritū erigunt vitā in terris ducētes angelicā: xpo mulitāt in tenuitate ciborū/ in asperitate vestiū/in vigiliarū excubijs/ in psalmis ⁊ hymnis/⁊ cāticis spiritalib⁹/in ꝓfessiōibus/ in disciplinis ⁊ lachrymis/in celestiū suspiritijs/in ignitis cōpūctiōibus/in iubilatiōibus archanis/ in excessibus mentis/dulcibusq̄ susurrijs/ in quibusdā glorie celestis experiētijs/in amplexib⁹ spōsi. Porro illud oīno dissimulare nō poterā/ q̄ cum cetera balsamū gloriose opiniōis in odorē suauitatis effundāt: tu tibiq̄ cōsimiles facti estis odor mortis in mortē. Nō si texturas elicij ⁊ pelles sicut ad excusandas excusatiōes in peccatis allegas: foris exponūtur puluerī et labori. Utinam sint pelles salomōis: et nō pelles terre madian. Utinam qui ꝓ domorū suarum negocijs exeunt, molāt ꝓ his q̄ in lecto sunt: ⁊ se dissolutius ad illicita nō relaxēt. Legim⁹ aūt in libro quotidianorū euētuū: q̄ in his q̄ euomuerūt seculū frequēter amor seculi recidiuat/suāq̄ reedificātes hierico quā in ꝓmitiua conuersione subuerterant/ignem et cineres ambitionis suscitāt iam sopitos. Et quid est in vobis amor mūdi

nisi odium dei? Quid est ardor ille cōcupiscentie qui aurum vestrum vertit in scoriā nisi mors anime: trāsgressionis mater/magistra nocendi/primipilaria iniquitatis/auriga malicie/sicaria virtutum/seditionis origo/⁊ fouea scandalorum? Non ad iactantiā dico: sed vt impudentiam tuam (frons enim meretricis facta est tibi/q̄ plurium anglie magnatum testimonio et assertione) retundam. Bone memorie rex. ℣. pro denario sancti petri quandoq̄ aduersus duos priores ordinis tui inexorabiliter ⁊ irreconciliabiliter excāduerat/nemo presumebat se opponere ex aduerso: ego steti in cōfractione pro eis: ⁊ in tēpore ira cūdie factus sum recōciliatio. Ad instantiā meam (inspirāte deo) frequēter regia manus in elemosinarū gratia: munifice ⁊ magnifice se effudit: ⁊ adhuc elemosinas illas enarrat ecclesia sanctorū. Testimonio multitudinis aulice quandoq̄ ad mee paruitatis instantiā (eo adiuuāte in cuius manu sunt corda regū) magna debita pōntis ecclesiasticis cōdonauit/relaxauit cōpeditos: ⁊ damnatorū supplicia leuigauit. Illud autem equanimiter ferre nō possum q̄ abiecto consilio ⁊ cōgregatione iustorū, qui prius fueras canonicus regularis/factus es canonicus insularis. Signū egrotantis animi est, q̄ exis a cōuersatione cōmuni: solitudinē congregationi pretulisti: ⁊ insulā claustro. fecisti te anathema fratribus tuis, terrā promissionis pro egypto/pro babilone hierusalē/⁊ celū deseris ꝓ inferno. Quid tibi et solitudini? Ve soli. Multos in discrimē anime solitudo deiecit. Errauerūt in solitudine quidam: ⁊ a serpentibus perierūt. Ego serpētes reputo vipereas cogitationes: q̄ te in solitudine obsederunt. Ibi tentationū turba te circūstrepit: ibi multiplex vitiorū exercitus te infestat. Cūq̄ videaris euasisse fremitus mundi: mundus in hac singularitate tua tibi eū multiplicibus fantasijs insultat. Sedere posses in claustro solitarius ⁊ tacere: ⁊ te leuare sup te. Ibi sunt (testimonio Job) qui edificāt sibi solitudines: ibi iter multos poteras esse tecū. Nunc autē solus es: ⁊ tū in turbis affectuū. Habebas in claustro secretū solitudinis locū penitētie/pacē anime/contēplationis archanum/gaudiū in spiritu sancto/ cōsiliū in hesitatione/ in tentatione remediū/⁊ in oibus efficax beneficium medicine. Ibi virtutū schola est/summus ibi modestie vsus/morum regularitas/legēdi libertas/fraternitatis affectio/omniū cōmunicatio/disciplinevigor/ lex obedientie/vinculū charitatis/⁊ mutua obsequela. Verū molestus tibi est penitētie labor/abstinētia onerosa/importabilis disciplinе austeritas, q̄ sola est clauis innocentie/religionis anchora/custodia cordis/et pemptoria prorsus appetitus illiciti, ꝓpter qd̄ propheta nos ammonet apprehendere disciplinam. Et apostolus dicit. Si estis extra disciplinā: ergo filij adulteri estis. Vereor ne qui spiritu cepisti, carne cōsummeris. Et ne te tangat illud Ysaie verbū. Cōcepisti ardorē ⁊ stipulam peperisti. primā em̄ fidem irritā faciens sub quodā religionis colore/fundamentū iniquitate religionis euertis: tuāq̄ animā quasi sub iactu alee ponens in salutis et fame tue periculū te deuoluis. Scriptū est. Qui amat periculum i eo peribit. Et nunc quid tibi vis invia egypti? Et qd tibi in via assyriorum: vt bibas aquā turbidā? Aquā syloes reputisti ⁊ elegisti aquas rasin. dereliquisti fontē aque viue: fodisti tibi cisternas veteres que aquā continere non possunt. Nam vt sermonibus extraordinarijs ⁊ scurrilibus vaces tāq̄ ferus de sylua singulariter viuis: et q̄ de radicibus et herbis si verus anachorita esses sustētari debueras: tibi ⁊ puero tuo fratrum tuorū vestes et alimēta vsurpas. Porro cū due sint leges interior ⁊ exterior: licet tibi ⁊ his qui tibi blandiūtur placeat singularitas tua: spiritus tamē veritatis qui neminē palpat/⁊ ipse est lex interior: te accusat ⁊ dānat. Assuesce igitur iugo dñi frater inuise: te em̄ non vidi. Pone (sicut dicit Salomon) pedē tuū in cōpedibus illius: ⁊ ne accidieris in vinculis eius. Cūdes qr omnis creatura vanitati subiecta est: ⁊ in ymagine pträsit homo. Non ergo aliquo singularitatis obtentu deseras domū tuam: ne alibi domū tibi edifices ad gehēnam. In ea vocatione qua vocatus es finaliter pseuera. Apostolus enim ad philippēn. scribens. Operā (inquit) detis vt quieti sitis: ⁊ vestrum negociū pagatis/negociū salutis insinuans. Idem ad corinthios scribens. Fratres (inquit) mei dilecti stabiles estote ⁊ imobiles in opere dei semp. Claustrū semel ingressus clausisti te: et christi vinculis alligasti. Clausus et alligat⁹ es per ordinis censurā: per disciplinе obseruātiam: ꝓ stabilitatis promissionē: ꝓ clausuram reuerentie ⁊ timoris: per obedientie ligaturā. Clausurā hanc ille abiecerat de quo salomō ꝓperās dicit. p agrū pigri hoīs transiui: ⁊ p vineā stulti/maceria lapidum destructa erat: totū q̄ repleuerāt vrtice ⁊ spine. Quasi aliq̄d ceteris altius ⁊ celestius sapias: libertatē tibi cuiusdam familiaritatis vsurpas. Scias autē q̄ recedēs a claustro elongaris a deo: nec te potes facere liberiorē q̄ si claustralem diligas ⁊ impleas seruitutē. Sane tua te litteratura insanū, ⁊ preuari catorē regularū obseruātie facit. Sed iuxta verbū sapiētie. Melior est homo minoratus sapientia ⁊ sensu deficiēs in timore: q̄ qui abundat sensu ⁊ trāsgredit legem dei. Ideo te i solitudine recepisti: vt scurriles ieptias licētius mediteris/atq̄ in opinionis aliene discrimē possis liberius euagari. Eapropter te iam non annumero inter lupos rapaces q̄ venīūt sub vestimētis ouiū: sicut me quosdā religiosos insimulasse causaris: sed inter pulices mordaces te pono/inter demolētes tineas/inter cynomias et cynipbes: et muscas egypti grauissimas. Quare de quadrantibus nos arguis: q̄ de oblationibus pauperū ⁊ de viduarū quadrātibus viuis? Nonne prior tuus ecclesijs apponit ecclesias: ⁊ redditū redditui/atq̄ possessionē possessioni accumulat? Q̄ si ad colorandā turpitudinē culpe titulū publice vtilitatis allegas: scias quia nec eū defendit numerus: nec multitudo cōuentualis excusat. Non em̄

minus ardebit, qui cum multis ardebit. Cum vero apostolus dicat/hoc ipsum delictū esse in vobis q̃ vestra repetitis ⁊ nō potius iniuriā patiamini. Tu pauperrimus pauper ista de legibus garris: et contra turonense conciliū/contra legē dei ⁊ anime tue pernicie vsurpas officiū postulandi. Quid tibi ⁊ rogatoꝝ, pfessioni qui mortuus eras mundo: et cōplantatus similitudini mortis christi? Abiecta lege domini que immaculata est conuertens animas/legibus decurtatis et corruptis in libro pauperū te exerces: vt in causis nō ex originali scriptura/sed ex integro et corrupto alleges. Certe (sicut triptita hystoria refert) iohānes chrisostomus licet iuris ciuilis scientia premineret: rogatus tamen a familiaribus suis vt eoꝝ causas ageret/nomen semp abhorruit aduocati. Nā in homine religioso vile ⁊ abiectū est aduocationis officiū. Nō satis insinuat apostolus dicens. Secularia negocia si habueritis/eos qui cōtemptibiliores sunt inter vos constituite ad iudicandū. Isti sunt cilicia ⁊ pelles de quibus loqueris/qui foras ad puluerē exeunt ⁊ laborem: ⁊ vtinā tendantur sicut tabernacula cedar: vt se ad illicita non relaxēt. Clericoꝝ voluptates accusas: quas apud plerosq̃ spirituales in christo potius censeo q̃ carnales. Mouī q̃plurimos quib⁹ ad occasionem turpitudinis suspectior esset sua camera, q̃ forte tibi ecclesia: plus fortasse in tuis semicintijs/q̃ clericus in byisso ⁊ purpura gloriaris. Melior est purpurata humilitas q̃ pannosa superbia: pietas ipsa est cultus dei: vide ne speciē pietatis habeas ⁊ non cultum: ne de illorum numero censearis: contra quos apostolus dicit. Speciē quidē pietatis habētes: virtutē vero abnegātes. Quid queso est iniquius publica peccati professio: an simulatio sanctitatis? Porro non auferunt conscientie vermē habitus ⁊ tonsura. Regnum dei intra vos est nō in exteriori vestitu. Nōnullos clericos noui qui quasi nichil possidētes multa possident. Non ēn habent sibi: sed oibus quicq̃d habēt. Sic tēporali fouētur subsidio: sicut in stabulo viator vtitur lecto. Pausat, ac festinat recedere. nouit enim se esse peregrinū ⁊ hospitē sup terram. Putas eos omnes ita elongatos a deo: ita sue salutis imemores, ⁊ in reprobum sensum datos: vt eos aut gehennalis miserie timor/aut celestis glorie desiderium nō excitet? Nunquid disciplinę ⁊ penitēcie ⁊ ceteroꝝ que ad spirituale pertinent exercitiū penitus sunt ignari? Nunq̃d resina non est in galaad/aut medicus non est ibi? Si galaad est aceruus testimonij vel martyrij: qō idem est/Leua oculos tuos et recole si vnq̃ videris alicuius regule pfessorē p agonē martyrij de seculo triūphasse. Nam si eo modo aliquē triumphasse pponas: hūc ab ordinis obseruātia prerogatiua ēpalis exemerat: non opꝝ oēs regulari militie manū dare. Credo non minoris esse meriti citra pfessionis vinculū: ⁊ assumpte necessitatis angariā simpliciter ambulare cum deo: ⁊ custodire vas suum in sanctificatione ⁊ gratia, suaq̃ manus a sordibus munerū excutere q̃ detractare onus impositum: ⁊ luctari cum obedictie iugo. Religio munda ⁊ immaculata hec est custodire se immaculatū ab hoc seculo: ⁊ se ī operibus misericordie iugiter exercere. Si ouisse iacob/si rethe petri/si domum patris celestis attēdis/diuersas oues/diuersos pisces/diuersasq̃ et multas inuenies māsiones. Noe daniel/⁊ Job diuersas vite meritorie semitas habuerunt. Et si christus cōmendauit ocium marie: non tamē ei displicuit occupatio marthe. Gratius acceptat dñs plerūq̃ peccatoris penitentiā humilis ⁊ cōtritū: q̃ innocentiā iusti tepidi ⁊ remissi. Ille fortiter cadit/sed fortius surgit. Iste lentescens in via domini et in proximo euomendus: in suo tepore et torpore marcescit. Quis in lege dñi longe ab ostio tabernaculi offerri precipitur: ⁊ capra que hostia pacifica est in ipo tabernaculi ostio vnde ouis elōgata est immolatur. Familiarius enim in sinu celestis gratie admittunt qui extraordinarios actus austeriorīs penitentie iudicio puniunt/q̃ q̃ in via vite accidia dormitātes animo languescēte fatiscunt. Non prefero religioni (que ad deū via certa ⁊ directa est) nostre secularitatis incertū. Non dico cum naaman syro: meliores esse fluuios damasci albana et pharphar/oibus aquis israel. Nō dico cū gedeone q̃ meliores sunt racemi effraim vindemijs abiezer: neq̃ homines angelis: neq̃ comparo terras celis: sed imperfectū queso nostrū videāt oculi tui: neq̃ ipm iudicans non iudices quē nō nosti: donec de illius vultu iudiciū vestrum prodeat/q̃ reuelabit occulta cordiū: ⁊ manifestabit abscōdita tenebrarū. Omnē equidē ordinē sanctū in vsceribus christi diligo/magnifico/venero ⁊ adoro. Ea propter diu a retroactis tēporibus aliquē tui ordinis virū semp mecū habui mee cōuersationis testem/meq̃ corporis ⁊ anime angelū et custodem: vnum tñ elegi ⁊ preelegi michi dilectū deo ⁊ hoibus quem iudicio meo longe differētius multis quadā preeminētia pbatissime religionis illustrat/diues in seculo et venerabilis fuit: sed pro christo paupere se pauperē fecit. De eius amicitia glorior/eāq̃ vniuersis curialib⁹ ⁊ palatinis familiaritatibus antepono. Ipse proculdubio amic⁹ dei est canonice institutiōis strēnuissimus emulator/sue carnis crudelis aduersarius: anime vo custos sollicitus/fide firmissimus/spe lōganimis/charitate pfusus/in operibus timoratus/māsuetus et humilis/in consilijs prouidus/iocundus ⁊ circūspectus in verbis. Semp mel ⁊ lac sub lingua eius: diffusa est enim gratia in labijs suis. Quadā vero hylaritate festiua, quodā placore angelico/ita serenata est facies eius: sic et facta ipsius et dicta quidā fauor celestis gratificat/vt aspectus eius ⁊ sermo eiusdem sibi fere oēs in vinculū amicitie spiritualis alliciat. Memoriā eius posui tanq̃ signaculū sup cor meū: cuius humilitatē/maturitatē/prudentiā/constantiā/et (vt includā multa paucis) incōparabilē honestatē in interiorib⁹ meis iugi recordatione circūfero: q̃tumq̃ pmittit cōuersatio secularis/ad exemplar illius quasi ad sigilli spiri-

tualis imaginē me consigno. Et quia sentētias inuoluens prestigiosis sermonibus/tyrocinū meū et pmitias ī theologica facultate palliata iniquitate depravas/ad hominē ⁊ non ad orationē respōdeo. Nā cum sis disputator discolus et puersus: responsio tota hec ex sola indignatiōe dictatur. Arguis me dixisse quia melior est vox operis q̃ vox oris. Argue ergo eum in cuius ore nō est inuentū mendaciū. Ipse ēn tue institutionis regule contradicens, de te ⁊ cōsimilibus dicit. Que dicunt facite: que autē faciunt nolite facere. Ipse etiam prius fecit: ⁊ postea docuit. Sicut scriptū est. Cepit iesus facere ⁊ docere: que prius fecit postea docuit: voci orationis vocē operis anteponit. Si de me illa quā posui inter vocē oris ⁊ vocē operis cōparatione causaris/adhuc dico ⁊ cū salomone replico: qꝝ melior est vir patiens expugnatore vrbiū. Melior est canis viu⁹ leone mortuo. Melior est puer sapiēs et paup: rege sene et stulto. Melius est ire ad domū luctus: q̃ ad domū conuiuij. Infinita possem exēpla inducere: ⁊ hec oia se variāt alternatim/atq̃ in extēsionis aut remissionis intelligētia, sibi respōdent q̃si excedentia ⁊ excessa. Sup timore initiali me arguis: quia nō est timor dei ante oculos tuos: ⁊ loqueris de timore pfecto. Timor equidē penā habet: ideoq̃ michi dubium est: qualiter intelligas hominē in timore perfectū. Ubi ēn est timor: nulla est pfectio. Audi augustinū in omelia sup epistolā iohānis. Si pfecta est (inquit) charitas in hoie: iam nō timet. Perfecta ēn charitas perfectā facit iusticiā: nec iam timet/sed desiderat vt trāseat iniquitas: ⁊ veniat regnū dei. Beatus etiā Ambrosius dicit: Castus timor facit dulcescere q̃ amarissimū prius fuit: sed tam mūdanus q̃ seruilis timor in futuro non erit. Johānes etiam damascenus sup verbo illo in epistola ad hebreos Exauditus est pro sua reuerētia. Intellige (inquit) hanc reuerentiā totius timoris expertem. Deus ēn charitas est. charitas autē timoris consortiū non admittit Adhuc de fouea erittj ⁊ de occultioris malicie latibulo procedit inuidia: vt deridear simplicitas innocentis. Ne nāq̃ blasphemasse proponit/eo q̃ dixerim q̃ christus pro nobis de diuite factus est pauper. Audiat quid beatus Basilius in libro exhortatiōis scribat. Sermo omnipotēs de eo q̃ō erat p naturā: vnū cum patre factus est/vnū cum homine/natus de patre, de muliere natus/de oipotente infirmus/de dño exinanitus in seruū. Adhuc impugnas turrim dauid atq̃ prestigiosis sophismatibus attemptans titulos veritatis: ea que cōmunē et simplicē intelligentiā habent: versuto interpretationis veneno depravas. Cū de transfiguratione domini loquerer simpliciter dicens, q̃ post illam glorie apparitionē/diuina que ibi appebat species quodāmodo redijt in humanā. Tu hoc nomē species in deo calūniose peruertis: vt nūq̃ ad cōtemplandā speciem sue celsitudinis pducaris. Audi quid dicat ambrosius exponens illam clausulam hieremie. Quis stabit in substātia dñi: ⁊ videbit verbum eius? Sapientia (inquit) dei verbū patris est non degenerans ab eius specie: cuius substantiā in alia specie nobis ad remediū obtulit. Et hylarius. Refulget in imagine vsus in munere. Et idem Prerogatiua ēn speciei in qua erat spendor ⁊ figura substantie dei pie dispensationis ministerio: sic se exinaniuit ad speciē serui: vt non esset alienus a substantia patris. Ex concilio etiā toletano habes: quia in christo due sunt species naturales: virtus ⁊ ifirmitas. Unde apostolus dicit. Et si christus mortuus est ex infirmitate: viuit tamen ex virtute dei. Item hylarius: distinctio innascibilitatis speciem insinuat/nec degenerat/nec nascitur aut procedit/cuius vnionē et speciei conformitatē incōmutabilis natura conseruat. Alterius, pcedit impostura malicie: nec in oibus his auersus est furor eius: sed adhuc manus eius extrēta. Ezechiam regē nulli patitur peccato fuisse obnoxiū: cum publice scriptura testetur: nec vnius diei infantē esse a peccato immunē. Non inficior ezechiā iustum fuisse ⁊ sanctū. Sed verbū Ysaie est. Quoniā omnes iusticie nostre q̃si pannus menstruate. Sānctus dauid in quo inuenerat dñs virū fm cor suum querebat: q̃a iniquitates supgresse sunt caput suum. Job etiā cui⁹ virtutes dñs ita magnificat ⁊ extollit. Hieremias q̃ atq̃ moyses: ⁊ ceteri quoꝝ laus est in euangelio/concepti/nati/⁊ conuersati sunt in peccatis. Si peccata ezechie ignoras: recole quia sicut dauid ad gloriā: et ad pompā populū numerauit/sic et ille de fuga sennacherib: ⁊ exercitus eius strage superbiens/gratias deo (testimonio Augustini) non retulit. Scis autē q̃a vicīū ingratitudinis omnino peremptoriū est anime: et detestabile apud deū. Ad cumuliū etiā supbe transgressionis/ad fastum et ostētationē cellas aromatū/thesauroq̃ dñi nuncijs merodac regis babilonis ostendit. Non solum merlinū: sed ⁊ te prophetā voco. nā pphēta es antichristi. Iam ēn per te operat̄ ministeriū iniquitatis. Sane nunq̃ merlinū ponendū decreui in cathalogo sanctoꝝ qui a seculo sunt, pphetarū: sed te ⁊ ipsum cōstituo inter prophetas baal/annumero inter quadringentos prophetas achab/q̃ et in mēdacio diuinabāt: vel quia in sortē sacerdotij es assumptus/collegā summo sacerdoti cayphe te adiungo: quia in cuius crudeli cōsistorio christus innocens iudicabatur ad mortē: cum esset anni illius pōtifex prophetauit. Scripturas queso lege et intellige. non ēn inueniuntur omnia in catone. Certe si te merlinum prophetā irrisorie diri/non debueras excanduisse tam grauiter: vt michi notā adulatoris inureres. Recole q̃ cū saul esset in ira dei electus: ⁊ a dño reprobatus: legitur tamen q̃ descēdebat cuneus pphetarū: ⁊ factus est saul inter prophetas. De sybilla gētili et de balaam ariolo: ⁊ de alijs quoꝝ pphetias recipit ecclesia/contra ecclesie doctores aliquid virulentū vomuisse debueras. De iael illud tibi respōdeo quia vir eius abner cyneus, iam cum omni domo sua recesserat a fratribus suis: feduseq̃ pcusserat cū rege

asor. Sysara vero habens ex illa obligatione fiducia/ diuertit ad tentorium abner. Rogauit ergo iael vt ipsum celaret/ac poculum daret: dedit ⁊ iael ei lac vt gratius obdormiret: ipsa vero timpora dormientis vsq; i terram clauo tabernaculi pforauit. Vide si rea est, peditionis que misero trãsfuge querenti subsidium securitate prestiterat dormiendi. Sed vt vbo Job vtar/ vmbra vmbrã protegit/ similis excusat similẽ: nec eã excusares, si proditionis facinus abhorreres. Verũ licet factũ illud fuerit impium: habet tñ in se venerabile sacramentũ. Expressa vo similitudinis forma/ posset mystice significationis beneficio excusari: q̃ cayn fratrẽ suum occidit/ q̃ iudas cũ sua nuru concubuit/ q̃ dauid vxorẽ alienã rapuit/ q̃ ipse vriam: ⁊ q̃ ioab abner ⁊ amasam proditorie interfecit. Nec itellige sacram scripturã iael specialiter preconijs attulisse: sed deũ qui p feminã saluauerat israel/ miraculose cõcludens in manu femine inimicũ. Frequens est etiã in sacro eloquio/ ea que bona sunt in mala: ⁊ ea q̃ mala sunt in bona significatione accipi: ita vt sermo hystoricus semp salubriter famuletur intelligẽtie sacramẽti. Sanson qui interpretat sol/ dño consecratus ⁊ qui figurã christi sepe i sacro eloquio gerit: peccatoris tamen figurã exprimit/ vbi scilz a dalida id est carnali cõcupiscentia, funibus peccatoꝝ ligatur: et eo cõuerso ad penitentiã/ atq; insiliẽte in eum spiritu dñi/ vincula relaxãtur. Vrias innocens vir ⁊ iustus: typum diaboli repꝛesentat/ vbi pro vxore sua occiditur. Babilonia vo in idolatrie peccato flagitiosa, dilecta domini quãdoq; vocatur: et p Saulem licet fuerit inobediens cõtumax temerarius ⁊ presumptor/ christi dei filius figuratur. Rursum dñi opuscula mea venenoso dente inuidie mordicando diuellis/ me inter cetera gratiã ⁊ liberũ arbitriũ cõmiscere ⁊ confundere blasphemãdo subgrũnis. Et ego quidẽ pfidenter assero/ liberũ arbitriũ ita inniti ⁊ pendere de gratia: vt benignitas dei merito non preiudicet/ et libere voluntati gratia nõ prescribat. licet eñ dicat apostolus. Justificati eñ estis/ id est p gram: neminẽ tũ adimit saluari p fidẽ. Dico aũt q̃ gra liberũ arbitriũ eximit a iugo peccati: vt volũtas sanata iã non invacuũ gratiã dei cooperantẽ recipiat: sed seipsam ad actum beneficio adiuuãtis exerceat/ veluti si quis luto infixus se inde expedire sine ope aliena non possit: si ab aliquo liberatur ipo liberatore ducente ⁊ adiuuãte expedite incedit. Licet ergo dicat aliq̃s ex fide saluari: totum tamen est ex gratia sine qua nemo credit. Vnde augustinus in epistola ad sixtũ dicit/ q̃ gra est remissio peccatoꝝ: nec eam pcedunt merita: quia gratia nõ esset si redderetur ex meritis: aut nõ esset gratuita. Ad bonifaciũ vero scribens ait. Q̃ apostolus dicit iustificati estis gratis. hoc dixit ideo ne fides supba sit. Si autẽ ex fide: quomodo gratis? Quid eñ mereꝝ fides: cur non potius redditur q̃ donatur? Sed respondet apostolus. Quid habes q̃ nõ accepisti? Fides itaq; augetur p gratiã: vt gratia magistrãte voluntas obsequatur: ⁊ obsequens opereꝝ. Tu vero protheo mõstruosior: nunc totũ ascribis gratie ⁊ meritũ euacuas: nunc exinaniendo gratiã/ totũ merito attribuis: et in primo heresim manichei: in secundo blasphemiã pelagianã incurris. Sic error veterũ cineres iam sopitos itez suscitas: ⁊ dogmata dãnata solẽniter quasi lignoꝝ materiã tibi ad eternũ incẽdium coaceruas. Hec omnia decreuerã prosequi lima correctiõis: aut persequi nouacula dãnationis in hoc opere meo: sed occupationibus varijs alias reuocatus: totũ hoc vacatioi tempore: ⁊ liberioi disputationi reseruo.

Inuitatur nouitius ad feruorẽ religionis.

Epistola.cxxxvij.

Dilecto ⁊ predilecto socio ⁊ amico magistro alexandro de sancto albano. Magr P. bleseñ. bath. archiõ. Salutẽ ⁊ de mũdo triumphum. Totis medullis animẽ cõuersioni ⁊ cõuersationi vestre cõgratuloꝛ. A prima enim vestri noticia dilexi vos/ non ad faciem/ non ad questũ: sed pro virtutibus vestris in domino virtutũ. Littera siquidẽ vestra/ ⁊ fame cõmendabilioꝛis celeberrimus odoꝛ, multos vobis cõciliauit ad amicitiã/ salua Tullij sententia: qui in libro de amicitia scribit. Vix a pluribus seculis q̃ttuoꝛ amicoꝛum paria extitisse. Hodie vero amici multiplicati sunt sup numerũ. charitas eñ diffusa est in coꝛdibus nostris: que sola est vere amicitie condimentũ. A diebus itaq; nascẽtis ecclesie cepit dilectio multiplices affectionũ propagines in vnitatẽ mentium dilatare: vt iam tunc multitudinis credentiũ esset coꝛ vnum et anima vna. Gratias igitur ago deo/ qui vos de medio praue ac peruerse nationis eduxit: vt odio habeatis ecclesiã malignantiũ ⁊ lauetis inter innocẽtes manus vestras: que de feditate seculi multiplices maculas contraxerũt. Gaudeo plane quia mirabile ⁊ imitabile oĩbus premisistis religionis auspiciũ. Diu eñ ante cõuersionem vestram desiderabili multis reditu abiecto/ abiectus esse in domo dñi elegistis/ bonorem magisterij/ laudẽq; hominũ: ⁊ inanẽ huius seculi leticiã expuistis/ ad letandũ in leticia gentis quam christi hereditauit/ vt laudeꝝ cũ hereditate sua. Posuisti amice charissime pedem tuũ in via recta: imo pedes tuos sapiẽtie cõpedibus infecisti. Vide ne accidaris a vinculis eius. Manum tuã misisti ad fortia vt regno celorum vim inferas: et te in hereditate sanctoꝛ violenter intrudas. Mirũ p adoptionem factus es dei filius: ⁊ coheres christi. Qui enim spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. Secure iam dicas/ dominus pars hereditatis mee: tu es qui restitues hereditatẽ meã michi. Propterea funes ceciderũt tibi in preclaris: eteñ hereditas tua pclara est tibi. Beatus es ergo cuius portio ⁊ hereditas deus est. Adhuc tñ dũ nouitius/ dũ paruulus es nõ differs a seruo: cum sis dñs omniũ: sed es sub tutoribus ⁊ curatoꝛib⁹ vsq; ad tẽpus prefinitũ. a patre: tempestiue mittendus in plenariã possessionẽ eterne hereditatis. Moneo igitur

in visceribus iesu christi vt te non deterreãt cõuersionis primitie/ nouũ obedientie iugum/ incõsuetus oꝛdinis rigoꝛ ⁊ austeritas discipline. Quicq̃d asperum nunc videtur/ obedientia sibi cõuertet ad lucrũ: ⁊ que nunc amarioꝛa sunt/ vsu mediante dulcescẽt. Vis eñ qui de tenebris progrediunt ad lumen: lux in primis molesta est/ donec oculi lumini assuescant. Inter dura et aspera tibi solatio sit illud propheticũ: propter verba labioꝛ tuoꝛum ego custodiui vias duras. Expedit tolerari dura/ ne veniãt duriora. Q̃ si murmuraueris si detrectaueris obedientie iugum: in vano accepisti animã tuaz. Insuper ⁊ q̃d tibi durũ est: nec inobedientia: nec murmuratione mollescet. Si p regno celoꝛ nunc sustines grauia: scias grauioꝛa fuisse que nuper pro questu transitorio, nec sine discrimine anime sustinebas. Quia ergo (testimonio beati Petri) filij obedientie castificant coꝛda sua/ vince p obedientiam bestialiũ motus affectuũ: quia iuxta verbum salomonis: vir obediens loquet victorias. Vincit enim mundũ/ diabolum/ ⁊ seipsuz. Obedientia que filiũ dei decuit non sit tibi queso dedecoꝛi/ nõ est enim seruus maioꝛ dño suo. Hoc igitur in te sentias q̃d et in christo iesu: q̃ cũ in forma dei esset/ formã serui accepit: et vsq; ad penã ⁊ ignominiã crucis cursum obedientie limitauit. Tu vero cohumiliatus et cõpauperat⁹ dño maiestatis/ vagum ⁊ liberũ tue volũtatis arbitrium subice pro eo gratuite seruituti. Si recolas q̃ta sustinuerit pro te: ⁊ si millies te pro eo dare posses ad moꝛtẽ: non sufficeres tamẽ ad paria respõdere. Magna tibi fecit qui potens est: ⁊ estimatio tanti beneficij cõpensationis vicẽ non recipit. Fatiscant igitur mẽbra vigiliis/ exterminẽtur ieiunijs/ laboꝛe frangantur: liquescãt in lachrymas oculi, imo si totũ cerebrũ ⁊ medulle coꝛporis in fletũ effluant: non sunt tamen cõdigne passiones huiꝰ seculi ad gloriã que quidẽ acquiri põt: estimari autẽ aut compẽsari non potest. Quid eñ retribuet puluis ⁊ vermis dño glorie: qui pro eo animã suam in morte cõclusit/ vt beatitudine frueꝛeꝝ quã nec oculus vidit/ nec auris audiuit? Attende igitur sollicitus quantũ domino tuo debes: ⁊ dũ in, pfectu es/ nunq̃z te pfectũ existimes. Nõ q̃ iam apprehẽderim: aut pfectus sim dicit apostolus. Sequoꝛ autẽ si forte cõprehendam in quo comprehẽsus sum. vnũ autẽ que retro sunt oblitus/ ad ea que prioꝛa sunt me extendo sequẽs ad brauiũ superne vocationis in christo. Attende igitur tue vocationis initia; vt scias que a deo donata sunt tibi. Gloriosum donũ dei est, diuitias ⁊ delitias huius seculi abdicasse. Quis sapiens cognoscet hec: ⁊ intelliget miſicoꝛdias dñi/ qui puerſos tam pie cõuertit: ⁊ pro substantiola huius vite diuitias salutis eterne retribuit? Ita ergo mundũ euomas vt nõ reuertaris ad vomitũ. Ita tibi seculi moꝛiatur affectio: vt nunq̃z tibi deinceps ad desiderium recidiuet: teq̃z ita configures ⁊ cõplantes similitudini mortis christi: vt sis mortuus mundo/ mortuꝰ a coꝛde tuo/ et vita tua feliciter abscõdatur in christo. Cõuersionem eoꝛ damnabilẽ reputa qui pro claustro seculum deserũt: ⁊ in claustrũ moꝛes seculi deferunt: p christo modicas facultates despiciunt/ ⁊ cõtra christum spem maioꝛ cõcipiunt. Sub tẽporaliũ contemptu cupiditas intẽsioꝛ latet. ignis eñ dũ tegitur vehemẽtius ardet. Parũ itaq; tibi sit renũciare diuitijs: nisi renũcieꝝ ⁊ vicijs: q̃z minus periculosum est esse diuitem christi q̃z pauperẽ antixpi. Omnes itaq; angulos coꝛdis tui reuolue/ scrutare/ ⁊ ab eis reijce q̃d a seculo cõtraxisti/ vetus homo crucifigaꝝ in te cũ actib⁹ suis: vt destruaꝝ coꝛpus peccati: ⁊ in quandã nouitatis infantiã renascaris. dedit tibi dñs exercitatos sensus ⁊ gram scientie preminẽtis. Credo autẽ q̃ spiritũ dei habeas. Nemo eñ dicit anathema seculo: nisi in spiritu dei. Quãto ergo melioꝛ es/ tanto vigilantius caueas astutias sathane/ qui non magnifacit si deuoret simplices. Cibus eñ eius electus: nec miratur si absoꝛbeat fluuiũ: sed habet fiduciã q̃ influat iordanis in os eius. Accedens igitur ad seruitutẽ dei prepares animã tuam ad tentationẽ recolẽs qualiter vocauerit dñs populũ israel p ius p blandimẽta signoꝛũ in egypto: deide per patientiã tentationũ in deserto: postea in subiectione populoꝛ ⁊ pace impleta est eis diuina pmissio. Sic hodie defert deus quedã dulcia ⁊ blanda sancte cõuersionis initia/ postea certamina tentationũ/ demũ securam in christo quietẽ: et pacẽ que exuperat omnẽ sensum. Leuasti te supra te: vt videas q̃z suauis est dñs: vt in die bona dñi cũ audieris vocẽ spiritus tanq̃z iusurrium et sybillũ tenuis aure/ quodã defecati coꝛdis affectu quasi de ligno vite spirituales colligas fructꝰ. Sunt autẽ fructus (teste apostolo) charitas/ gaudiũ/ pax/ patiẽtia/ longanimitas/ bonitas/ benignitas/ mansuetudo/ fides/ modestia/ continentia/ castitas. In his fructibus recepisti christi miles aram celestis glorie: habentẽ promissionem vite que nunc est et future. In his delibãdo pregusta quasdã experientias huius seculi felicesq̃z primitias visionis eterne. Quibusdã itaq; desideriozum pennis aduolet: et vsq; in subileas amenitates, vsq; in faciem dilecti p excessus contẽplationis excurrit. Si subito a se rapiꝝ/ vt iam viuat non in se sed in christo vnus cum eo spiritus existẽs/ soloq; huius mortalitatis obstaculo differens a sanctis sanctoꝛ quadã ineffabili sed momẽtanea suauitate fruitiõis exultat/ et in guttula delitiarum celestium experitur q̃z inestimabilis sit coꝛ britudo: quoꝛ desiderijs torrens eterne voluptatis inundat. Quia ergo vocauit te deꝰ vt curras in odoꝛe vnguentoꝛ suoꝛ: ego vir videẽs paupertatẽ meam clamo ad te Trahe me post te. Infixus sum i limo profundi: sed oꝛa ne absoꝛbeat me, profundũ/ ne me demergat tẽpestas/ ne vꝛgeat super me puteus os suum. O dulcedo coꝛdiũ deus animarũ/ suauitas ⁊ gloria te diligẽtium/ spes mea a iuẽtute mea: auferꝛ a me coꝛ incircũcisum/ coꝛ cosgulatũ/ coꝛ lapideũ. da michi coꝛ carneũ/ coꝛ nouũ/ coꝛ humile ⁊ cõtritũ. inspira michi amoꝛẽ tuum/ contẽptũ mundi

peccati odium/et pseuerantiã penitẽtie quã nec prerumpat mors:nec morbus anticipet/donec eam miseratio tua continuet ad profectum.

¶Congratulatio pacis reddite archiepiscopo Rothomagen. Epla.cxxxviij.

Dilecto ⁊ pdilecto dño suo vuilhelmo dei gratia rothomagen.archiepo Suus petrus Blesensis bath. archid. Salutẽ et si quid dulcius aut desiderabilius est salute. Cuiusdã noui operis occupatione sollicitus/vix ad scribendũ epistolã stilum moueo: mouet tamen et excitat obedientia lentescentem/inuitat amor/et cõpellit imperiosa deuotio. Deuoto siquidẽ et anxio cõpassionis affectu reuoluo frequenter ẽ̃ viriliter pro testamẽto dei vestram animã posuistis et exposuistis discrimini: vestros parentes exterminio familiares ꝓscriptioni/ possessiones rapine/ famam ludibrio. Quidã vero qui vobis ⁊ ecclesie nostre tenebãtur astricti/iacturã mundane supellectilis pusillanimiter exhorrentes pro cõpendio tẽporali/libertatẽ ecclesiastice titulũ distraxerunt: subijciẽtes se vltro nec seruituti. Nam si annus remissionis eis milies offeratur: preeligẽt suas aures subula pforari. Sic aduersitatis iruente procella subornata simulatio dilectionis hypocrite apparẽs ⁊ non existens inuẽta est. Metientes eñ ex fortuna psonam cõuersi sunt in arcum prauũ: pariter cũ eis qui supra dorsum innocentie fabricabãt. Sed (iuxta verbũ beati Job) lampas contẽpta apud cogitationes diuitũ parata est ad tẽpus statutum/atq; lucerna diu pressa ⁊ obtenebrata sub modio, totũ occidentẽ serenius ⁊ gloriosius illustrauit. Sane si esset in eis que omni christiano debet affectio: reuerẽtie impensionis officiũ pastori debebatur afflicto. Quãto indignior innocens tolerabat: tãto vberioribus obsequijs et honoribus dignus erat. Beatus equidẽ Iob gloriosior erat in sterquilinio iacens/ẽ̃ circũsedente exercitu in solio sedens. Reputabant vos sua subiectione indignũ: qui ex ipsa pseculione vestrã pensare debuerãt dignitatẽ. In omni eñ dignitate nichil est dignius: ẽ̃ pro ecclesiastica libertate honoris abiectio et coremptus. Solutis itaq; ascẽditis ex aduerso: ⁊ oppositis vos murũ pro domo israel. Clamastis: ⁊ nõ erat qui exaudiret. Circũspexistis: ⁊ non erat qui adiuuaret. Sic imitator fortissimi aioth iudicis israel ambidextri, q̃ prospera et aduersa/per infamiã ⁊ bonam famã/a dextris ⁊ a sinistris ꝓtectus scuto bone voluntatis a dño: vestros labores ꝓsummastis ad fructũ. vere turris fortissima nomen dñi. Quis enim speraui in dño ⁊ cõfusus est: permansit in mãdatis eius ⁊ derelictus est: Sperent in te qui nouerũt nomen tuũ: qm̃ non derelinquis q̃rentes te dñe. Tu enim consiliarius in duris: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. In prosperis custos: cõsolator in aduersis. In prima siquidẽ peregrinatione vestra (sicut sepius vobis scripsi) presagiebat animus meus felicioris euentus auspiciũ: firmum habens q̃ pseuerantia vestra continuaret opus assumpte fortitudinis ad triumphum. Sic animos elector dñs flagellis iterrogat/sic relinquunt a dño chananeus et cetere gentes vt israelem in eis erudiat. Quo enim nos affligunt/vicia ⁊ flagella: per illa cognoscimus quid de nobis scimus/ per ista quid de mundo sperare possimus. Flagellat autẽ dñs sustum: flagellat ⁊ impium. Nam de flagello impij dicit dñs q̃ prophetam, plaga inimici percussi te: ⁊ castigatione crudeli. Et rursum. Quid clamas super cõtritione tua? Insanabilis est plaga tua. Iustum ꝛo flagellat ideo deus, et tam prospera q̃ aduersa circa eum paterna moderatione dispẽsat/vt homo se cognoscat/vt suos excessus corrigat/ vt alios suo exemplo deterreat/vt virtus hoĩs innotescat/vt vexatio det intellectũ ad cautelã: cautela vero ad coronã ⁊ gloriam cedat: vnctione vero magistra que doceat vos de oibus. Deus a prime peregrinationis exordio nos instruxit: ⁊ in lapide adiutorij cor vestrum stabiliens, vos ad omniũ iniuriarũ tolerantiã cõquadrauit. Cutius equidem excipit cõtumelias: q̃ scuto patiẽtie se prearmat. Cutius virtutis efficacia est: vt si quid durũ accesserit/fortiter illud suscipiat: qõ non accesserit lucrũ estimet: et inter dura se durioribus dignũ putet. Sunt ergo plurimi qui hanc regni ⁊ ecclesie pacem vestris ascribũt meritis: ꝓpter verbũ illud salomonis. Cum placuerint dño vie hoĩs: inimicos etiã illius cõuertet ad pacẽ. Vos autẽ cautius ⁊ vigilantius prouidete: ne abroget ingratitudo, qõ gratia prerogauit. Omnia que vobiscũ misericorditer opatus est de⁹: ei referatis ad gloriã ⁊ non vobis. Absit eñ vt sortẽ habeatis cũ his qui quãdoq; dicebant. Manus nostra excelsa: ⁊ non dñs fecit hec omnia. Non ergo in arcu vestro speretis/quia gladius vester nõ saluabit vos: sed dei dextra ⁊ brachiũ suum ⁊ illuminatio vultus sui. Optimũ est ei qui in alto positus est nõ altum sapere/ sed timere. Beatus eñ qui semp est pauidus. Vbiq; vero periculosa est securitas. Ideo sanctus Job oia opa sua verebat. Qui cum esset deditus sacrificijs/humilitati/hospitalitati/elemosinis/iustus/rect⁹/timẽs deũ: licet eundem ad plenũ dñi flagella purgassent: suum tamẽ recogitans impfectum dicebat. A facie dñi turbatus sum: et timore sollicitor. Sane securitatis filie sunt/negligentia/ingratitudo/elatio. Me induxerunt regẽ dauid/vt numeraret populũ suum: conuersumq; est ei et vniuerso populo israel in fingultũ. Me regem ezechiã quẽ honorauerat dñs in regressione solis ⁊ fuga senna cherib subuertertit/vt nuncijs merodach baradan filij balidan regis babilonis ad inanẽ gloriam ostẽtaret domos aromatũ/aurũ et argentũ/pigmentaria ⁊ vnguenta: et audiuit incõtinenti diuine animaduersionis tonitruũ. Terreat vos exemplũ filiorꝫ Job: quos in domo fratris sui maioris conuiuantes ⁊ letãtes satban interfecit: qõ hodie spirituaiter impletur in his q̃ prelati sunt alijs ad custodiam discipline: si hostis occultus eos inani leticie vacare

cognouerit. Nulla ergo vobis obrepat securitas: sed seruite dño in timore/vestrosq; cogitatus iactate in eum cui adherere bonũ est/ponere in dño deo spem suam, et horrere abhominabiliter quicq̃d ad pompã pertinet seculare. Stabilite ergo cor vestrũ in exercitio spirituali: in obsequio eius q̃ nubilũ pseculionis quo denigrata sed formosa erat ecclesia serenauit: q̃ inter pressuras eidẽ ex ipsis iniuriarũ malleis coronã gloriẽ fabricauit. Mirũ (beato hylario teste) propriũ est ecclesie, vt tunc intelligat cũ arguitur: tunc obtineat cũ superata videt: tunc liberior surgat/cũ eius liberatio desperat. Nã ⁊ archa noe inualescẽte diluuio tollitur in sublime: ⁊ archa federis humiliata/dagon cõfregit ⁊ philisteos in posteriora pcussit. Quia igit humane cõditionis est dolere cũ dolentibus, gaudẽtib⁹ cõgaudere/ ⁊ vestre pseculioni affectus impendi: ⁊ totis medullis anime cõgratulor vestre paci. Illa siq̃dẽ andelei quotiens erũpebat seditio inter reges: primos excipiebat hostilitatis icursus, obnoxia iugi rapine ⁊ incendio: sed nunc posuit dñs fines vestros pacẽ/atq; rerũ vestrarũ summã collocauit in tuto. Preterea suscepit ecclesia vestra non minimũ sui reddit incrementũ. Inquirẽtes eñ dñm non minuentur omni bono: sed semp faciet deus etiã cum tentatione, pueniũ. Venistis itaq; portantes pacẽ/ ⁊ illuminantes patriã: ⁊ vtinam fiat pax in diebus vestris. Sed pax vera/pax dei quã nemo potest dare: non illa de q̃ dicitur/pax pax et non est pax. nam in pace hmõi ecce amaritudo amarissima. Que est eñ hec pax si quiescit ancilla: ⁊ domina sub iugo graui ⁊ degeneri ancillatur: Quevtilitas q̃ caro a tribulatione maloꝫ ⁊ doloꝫ respirat: si nobili anime pro qua christ⁹ mortuus est malaꝫ rotã sollicitudinũ laberitus imittat? Quicunq; spiritu dei aguntur (teste apl'o) hi sunt filij dei: ideoq; ⁊ filij pacis. vbi eñ pax, ibi deus. Nam in pace factus est locus eius: ipsiusq; testimonio pacifici filij dei vocabunt. Annunciauit vobis dñs annũ placabilem/pacẽ suam dedit/pacem suã reliquit vobis/ alterã foris/alterã vero itus. Agnoscite que a deo donata sunt vobis: ⁊ vtimini beneficio pacis indulte: q̃ sunt reliquie homini pacifico. Indignum plane oino est ⁊ absurdũ: vt prenobilis anima deputata spõsi celestis amplexibus, oblita sue originis ⁊ illius cuius imago est/ad mechanicos rapiatur affectus. Frequẽtius igitur exeatis in agrũ cum ysaac ad meditandũ: descẽdite in hortos aromatũ vt gustetis spũales delitias: ⁊ gratissima colligatis lilia gaudioꝫ. De lignovite pcipite spũales fructus: q̃ (teste apl'o) sunt charitas gaudiũ/pax/patiẽtia/lõganimitas/bonitas/bẽignitas/mãsuetudo/fides/modestia/ cõtinẽtia/ castitas. Istoꝫ fructuũ sunt quasi accessio ⁊ sequela. Reuerentia deũ timentis/desideriũ diligẽtis/diligentia eum querẽtis/sapiẽtia eum inueniẽtis/deuotio tenentis/ gaudiũ perfruẽtis. Quiescite igitur inter medias sortes/inter preamabiles rachelis amplexus: ibi vacate ⁊ videte q̃ suauis est dñs: ⁊ abyberib⁹ desiderate q̃etis nullus negociose vite strepitus vos auellat. Thesaurũ consciẽte bone cautius abscõdatis: prefigẽtes eidẽ titulum hoc impressioꝫ sigillo signatũ. Secretũ meum michi, secretũ meũ michi. Et pax dei que exuperat omnẽ sensum/custodiat cor vestrũ ⁊ intelligentiam vestrã: vt sit anime vestre forma pulchritudinis et signaculũ sanctitatis: vt repleat in bonis desideriũ vestrũ deus cordis vestri et pars vestra deus ineũtũ.

¶Implorato precum vt petrus ad sacerdotiũ digne promoueatur. Epla.cxxxix.

Reuerẽdo patri ⁊ dño. R. dei gra abbati Cistercienſi totiq; conuẽtui eiusdẽ ecclesie. P. bleseñ. bath. archid. Salutẽ in auctore salutis. Diu pulsatus sum pecibus/consilijs/ ⁊ monitis amicoꝫ: vt in sortẽ sacerdotij trãsiens ei cui seruire regnare est impendere debite obsequiũ seruitutis. Reluctatus tamen hactenus sacerdotiũ distuli: in eo eñ cõsideraui opera mea ⁊ expaui. Quis eñ etiã pfectissimus nõ formidet se diuinis imiscere arcanis/se illius ineffabilis sacramenti exhibere ministrum qõ spiritus sanctus conficit/cui angeli humili famulatu assistunt/quo diuinis terrena iungunt: et qõ in assumpti corporis vnionẽ recipit diuine presentia maiestatis. Reuerẽdo vertici christi manũ impositurus baptista cõtremuit: priceps apostoloꝫ miraculosa piscũ captione deterritus: recedite (inquit) a me dñe: q̃ homo peccatoꝫ sum/seq; itroitu christi cẽturio reputabat indignũ. Qua igitur fiducia meritorum/qua mẽtis audacia contrectare presumã vitam animarũ/precium mundi/angeloꝫ panem/vbi ẽ̃to dignioꝫ ⁊ eminẽtioꝫ est huius ministerij gradus/tanto grauius iminet ex ipsius dignitate discrimẽ. Misericordie dñi multe: q̃ non sum consumptus. Vt q̃d igitur cõtra prohibitionẽ sapientis mittã me in peccata populi: et aggregabo michi peccata duplicia? Huc accedat innocẽs manibus ⁊ mũdo corde: vocatus a dño tanq̃ aaron/quẽ elegit ipsum. Nã ⁊ si a corpore meo ꝓhibeant⁹ act⁹ illicitũ: de spurcissimo tñ corde quasi de sentina scatente cogitationũ feditas velut aura corrũpens exalat. Denicq; vereor ne cum debeã alijs in tẽpore iracundie fieri recõciliatio/pruriẽtis conscientie impostura: michi ⁊ alijs obnubilet serenissimã christi faciẽ: ⁊ vsurpati ausus officij nobis sacrificiũ in sacrilegiũ: ⁊ vitam conuertat in mortẽ. Tu igitur gloriose ⁊ semp glorificãde iesu/nõ ꝓm miseriã meã: sed ꝓm misericordiã tuam operare in me velle ⁊ pficere qõ beneplacitũ sit in oculis tuis: nec de meis excessibus tua iudicia equilibres. Si eñ iniquitates obseruaueris dñe: dñe q̃s sustinebit? Volens denicq; redimere dies meos quos pdidi: quia pernicioſe ⁊ pdite vixi/disposui iugo dñi ceruicẽ supponere: laxioris vite salutare licentias: ⁊ cum essem liber in oibus omniũ seruus esse. Tu vero dñe clemẽter aspira/confirma qõ in me trepidat/qõ frigescit accende: qõ nutat cõsolida/doce qõ desipit/erige qõ desperat/alliga qõ vagat/qõ supbit humilia/excita qõ lentescit/

illumina qd caligat: Vos etiam dilecti dñi et amici
met/in quibus posuit deus verbum reconciliationis
vt ordinetis testamentũ eius sup sacrificia: vt deo pla
cabiles hostias imoletis: quos ipse fons charismatũ
copiosius irrigauit/vt iam in vobis virtutum flores
erumpant in fructum. vos quos sibi cõstituit genus
electũ, regale sacerdotiũ: vt sitis corona glorie in ma
nu dñi: et dyadema in manu dei nostri. vos inq̃ ob
secro p misericordiã christi succurrite michi precibus
adiuuate me votis/ne sub mole importabilis sarcine
succumbat infirmitas vacillantis. Exigitur a me con
scientia pura/vita immaculata/fama integra/vt sim
christi bonus odor in omni loco. Nec autẽ non merita
hois: sed illius sunt munera qui vocat ea que non
sunt tanq̃ ea que sunt: cuius larga et effusa benigni-
tas/diues est oibus inuocãtibus eum. Tribuit enim
abundãter et non improperat, iustificans impiũ gra
tis: vt vbi supabundauit peccatũ supabundet ꝛ grã.
Omniũ siquidẽ meritoꝝ suffragio destitut⁹/post deũ
in vobis ieci ꝛ locaui mee fiducie fundamentũ, certis
sime sciens quantũ etiã in meritis fides vel oratio ꝓ
ficiat aliena. cum eius efficacia in filia chananee/in
lazaro/in puero centurionis ꝛ reguli: ceterisq̃ q̃ plu
ribus frequenter euangelizet ecclesia. Sane in christo
omnes vnũ sumus/ꝛ ex vniformi cõnexione mẽbroꝝ
ecclesie cõsistens integritas indicit oibus mutue cõ
munionis regulã ꝛ indiuisos charitatis affect⁹. Adiu
ro itaq̃ vos in vnitate fidei, in sanctoꝝ cõmunione: ꝛ
in vnius confessione baptismi vt impfectũ meum vi
deãt oculi charitatis vestre: ꝛ orationibus vestris sup
portetis infirmũ quem oneris magnitudo deterret.
Apud christũ nunq̃ alicui defuit qd p eum alij profi
cit. Crescit eñ gratia ex impẽdio: ꝛ lechitus olei tãto
plenius exuberat/q̃to copiosius ex ipso mater virtu
tum charitas vasis que offeruntur infundit. Vestra
igitur oratio nunq̃ in terram vacua cadit: quia et si
nunq̃ prosperaẽ ei a quo mittitur/saltẽ in sinũ reuer-
titur supplicãtis. Moueritis autẽ q ab ineunte etate
semp in scholis aut curijs militaui. Scholasticus ve-
ro labor licet sit inefficax ad salutẽ: quedã tamẽ in eo
mũdana honestas est: ꝛ innocẽtia secularis. At quic-
quid in curijs agitur fere peremptoriũ est salutis/am
bitiosum/adulatoriũ/ fictum/ detractoriũ/subdoluꝫ/
inuidum/crudele/ꝛ impium. et generaliter tẽporalis
questus et inanis glorie venatiuum. Nec recordatus
sum ꝛ effudi in me animã meam: quoniã transibo in
locũ tabernaculi admirabilis. Ecce eñ taberna culũ
dei cum hoibus. instar illius qd moysi in mõte osten
sum est. Sic primũ altare est eneũ: cor scilꝫ contritum
et humiliatũ in quo bestiales animi motus et actus
irrationales penitẽdo mactãtur. Secundũ altare ab
omni eris rubigine alienum auro rutilat charitatis.
Michil in eo carnale offertur cum iam offerẽtis con-
uersatio sit in celis: cuius hostia est mens sancta/de-
uota oratio/gratiaꝝ actio ꝛ vox laudis. Ad altare ter
tium qd potius est propiciatoriũ q̃ altare nõ solum
modo sanctũ est: sed etiã sancta sanctoꝝ dulci affectu
pura ꝛ defecata intentione intrat sacerdos cum san-
guine: iam verũ sanguinẽ agni immaculati offerens et
cõmunicans passionib⁹ christi. Unde fre quẽter qua-
dam beata extasi exiens a se ꝛ transiens in dilectum:
vnusq̃ spiritus factus cum eo intra quasdam diuine
suauitatis expertẽtias officiũ propiciatoris exequit:
dũ p eum quasi per quendã mediatorẽ dei ꝛ hominũ
his pro quibus ad deũ intercedit/fructus propicia-
tionis ex illa fruitione beata, sed breuissima obtinet.
His indignũ me iudicans/totus a vobis pendeo/to
tus vobis innitor/rogãte dñm vnctiõis vt vngat me
oleo misericordie sue. vnctio eñ docet de oibus: ipsa
me doceat facere voluntatẽ dei/captiuare totũ intel-
lectũ meum in obsequiũ christi: fungi sacerdotio: ꝛ of
ferre illi incensum dignum in odorẽ suauitatis.

Cohortatio a studio scientie secularis ꝛ ex-
hortatio ad theologiã. Epistola.cxl.

Magister. P. bleseñ. bath. archiũ. dilecto so-
cio et amico suo petro clerico dñi regis an-
glie Salutẽ in eo sine quo non est salus. Di-
uisus es, ꝛ cor tuum in diuersa distrahitur.
varia eñ deliberationũ fluctuatione raptus/hesitas
vtrũ ad scientiã legum vel ad exercitiũ sacre pagine
te conuertas. In hac pplexitate distinguit finis intẽ-
tio. Tendis eñ ad vnũ propter vanitatẽ seculi: ad al
terũ propter veritatẽ dei. Emulare ergo cõsilio apo-
stoli charismata melioza: ꝛ i corde tuo deuoret draco
moysi draconẽ pharaonis/id est veritatis scĩẽtia scĩẽ
tiam vanitatis. Non enim ascendet in montẽ domi-
ni: neq̃ stabit in loco sancto eius qui inuano accepit
animã suam. Scitis qꝛ lex dñi lex immaculata conuer
tens animas. Iustiniana vero peruertit multos: ꝛ ge
henne filios facit. Qd sub quodã enigmate propheta
insinuans. Vocauit (inquit) iudicium ad ignẽ: ꝛ deuo
rauit abyssum multã. Qd tunc euenit/cũ iudices de
profunditate ciuilis sciẽtie presumẽtes contra se pro-
uocant dei iudiciũ: ꝛ irã diuine aĩaduersionis incur-
runt. Ut ides q̃ imperscrutabilis abyssus, q̃ dumosa
silua, q̃ imeabile pelagus sit pandecta in qua ciuile
ius continetur: cui tota etas hois non sufficit/cuius
fructus totus in elatione ꝛ ambitione consistit. Ver-
bum autẽ abbreuiatũ fecit dñs super terrã: vt ꝓpter
scientiã salutis ꝛ vite/iam te transalpinare non opor-
teat/aut maria trãsmeare. Nã sicut in deuteronomio
legitur: prope est verbũ in ore tuo et in corde tuo. Et
(apostolo teste) regnũ dei intra nos est: qd non in ser-
mone sed in virtute dei cõsistit. Duo sane sunt que ho
minẽ ad legum scientiã vehemẽter impellunt/ambi-
tio dignitatis: ꝛ inanis glorie appetitus. Hi sunt ree-
cha ꝛ baana: que hysboseth dormientẽ pcutientes in
inguine occiderũt. Lege ergo qd ordini: qd ꝓfessioni
tue cõueniat/qd ab ambitionis estibus animũ tuum
reuocet/ qd vanitates ꝛ insanias falsas procul a cor-
dis tui affectione releget: vt in timore dñi qui est ini-
tium sapientie ad spiritualẽ intelligentiam in qua est

anime salus diligens et deuotus assurgas. Arripe q̃-
so arma spiritualia: que (teste apostolo) captiuant to-
tum intellectum hominis in obsequium christi. Assu
me gladium spiritus quod est verbum dei: hec sunt ar
ma dauid quibus expugnaturus goliath/arma sau-
lis grauioza reiecit. Nec est sapientia que (teste bea-
to Jacobo) desursum est: et primum quidem pudica
est, deinde vero pacifica. Pudica est quam pudica
professio despõdet vni viro virginem castam exhibe-
re christo. Pacifica est que rogat que ad pacem sunt:
et cum his qui oderunt pacem iubet esse pacificum.
Legum vero scientia impudica est: quia meretricio
more questuaria est: et mercalis, et quicquid studen-
do congregauit/ ad nundinas vanitatis vili contra-
ctu venaliter et impudenter exponit. Nec vix vnq̃
pacifica est: que semper litigat de contractibus vel
quasi: de maleficijs vel quasi: de varijs figuris cau-
sarum/de actionibus et obligationibus/de iudicijs/
de sententijs et appellationibus et alijs: que cũ sopi-
re lites debeant: semp cineres litium excitant iam so-
pitos. Contra hanc sapientiã dominus in euangelio
palam loquitur: ꝛ prouerbium nullũ dicit. Sine cau-
sa colunt me: docentes doctrinas ꝛ mandata homi-
num. Et in propheta. Comprehendam sapientes in
astutia sua: ꝛ prudentiam prudentũ reprobabo. De-
niq̃ ꝓ parte maxima leges ab ethnicis istitute sunt,
deus autem dedit legem vite et discipline. Deus eñ
deorum dominus locutus est: et vocauit terram/ vt
homo qui terra erat fieret celum: et beneficio legis
ignee quam dominus attulit de seyr: caro transiret
in spiritum. Sapientia quidem mundi stultitia est
apud deum: et sapientia carnis mors est. Apostolus
enim damnat ea que sunt forma quidem scientie ha
bentia ꝓm doctrinam hominũ: si non edificant ad sa-
lutem. Humana itaq̃ lex iflat/diuina edificat. Pro-
fessores illius sapiẽtes sunt vt faciant mala: bona au-
tem facere nesciunt. Discipuli huius mites sunt ꝛ hu-
miles corde: eosq̃ custodit pax dei que exuperat om
nem sensum. Illi sunt qui semper circueunt montem
seyr: nec vnq̃ terrã promissionis introeunt. Isti cum
apostolo nichil arbitrantes se scire nisi christũ iesum:
et hunc crucifixum/ viã vite quodã compendio scien
tie salutaris anticipant: ꝛ quadã spirituali experien-
tia q̃ suauis sit dñs iam pregustant. Et qd suauius,
quid iocundius ad exultationẽ, quid fructuosius ad
salutem/q̃ cõprehendere ꝛ amplecti fide/spe/ꝛ amo-
re te deus: Scriptum est. Scire te deus, sensus est cõ-
summatus. Eminentiã huius scientie veritas mani-
feste insinuat dicens: Hec est autem vita eterna vt co
gnoscant te pater ꝛ quem misisti iesum christum. Illi
bierusalem edificant in sanguinibus: quoꝝ flumina
conuertuntur in sanguinẽ. Scientia enim eorum ꝛ fa
cundia tota vertitur in peccatum: ꝛ impletur querela
quã proponit deus per prophetam. Dedi eis (inquit)
aurum ꝛ argentũ meum: ipsi vero de auro ꝛ argento
meo operati sunt baal. De auro nimirum et argento
domini faciunt ydolum. Istis conueniunt verba illa
blasphemie: labia nostra a nobis sunt/ q̃s noster do-
minus est? Propter hoc dat eis deus celum eneum
et terram ferream: vt sint sine affectiõe, sine deuotio-
ne: vt sint terra sine aqua quasi montes gelboe super
quos nec ros nec pluuia descendit. Verba siquidem
lepida plerunq̃ habet censura ciuilis: sed sunt folia
sine fructu, nuge canore ꝛ syrenes vsq̃ in exitium dul
ces. Mentior si vnq̃ videris illius scientie professo-
rem in ipsius exercitio felices exitus habuisse. Bea-
tus hieronymus fere vsq̃ ad intermissionem flagella-
tus est ab angelo: quia rhetorici lepore sermonis ille-
ctus/vanitati operam dabat. Castigans autem casti
gauit eum dñs: et morti non tradidit. Sane lex domi
ni sapientiã prestat paruulis/ipsa edificat/ipsa viuifi
cat/ipsa illuminat. Est enim preceptũ dñi lucidum il-
luminans oculos: vt anima que ad imaginem dei fa-
cta est (iuxta promissum apostoli) reuelata facie spe-
culetur gloriam dei: ꝛ in eandẽ imaginẽ reformetur a
claritate in claritatẽ tanq̃ a dñi spiritu. Audi virtutẽ
sacre scripture ꝛ efficaciã verbi dei: ad cuius intelligẽ
tiam te moneo ĩ timore et tremore accingi. veritas in
euangelio loquitur dicens. Beati qui audiunt verbũ
dei ꝛ custodiunt illud. princeps etiã apostoloꝝ inter-
rogãte iesu discipulos vtrum abire vellent. Domine
(inquit) ad quẽ ibimus? verba vite eterne habes. Ite-
rum verba quibus idem christũ dei filiũ profitet: non
reuelat ei caro et sanguis/sed spirit⁹ dei patris. Ver
ba deiq̃ dei ita spiritualia ꝛ viuifica sunt/vt sint spi
ritus et vita: ipso attestante qui dicit/verba que ego
loquor vobis spiritus ꝛ vita sunt. Sicut apostolus di
cit. Sermo dei viuus est ꝛ efficax: ꝛ penetrabilior om
ni gladio ancipiti: ptingens vsq̃ ad diuisionẽ anime
et spiritus, compagum quoq̃ et medullarũ. Obtinet
enim vicem validissime pactionis: ꝓ quã eliminãtur
ab humano spiritu ꝛ purgãtur vniuersi noxiales affe
ctus. Et vt experientia huius rei tibi faciat fidem: si
tepidus es sacram scripturã lege instantius: et scias
quia eloquium domini inflammabit te: ignitum elo
quium eius vehementer. Si ambulas in tenebris au
dias quid loquatur in te dominus deus in euange-
lio et prophetis. Eritq̃ lucerna pedibus tuis ver-
bum eius: et lumẽ semitis tuis. Si alicuius immun
dicie maculam contraxisti: mundabit te sermo chri-
sti. Iam vos (inquit) mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis. Si te tam grauis tentatio
apprehendat vt pene moti sint pedes/pene effusi sint
gressus tui: verbum dei firmabit te vt non cadas.
Qd enim amplius est: verbo domini celi firmati sunt
et spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Si es in mor-
tali peccato quod est mors anime/sacra lectio viui-
ficabit te: et implebitur quod dominus in euange-
lio dicit. Venit hora et nunc est, quando mortui au-
dient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Istud
q̃ indubitabiliter scias: q̃ spiritus sanctus vtrunq̃
testamentum edidit/ et exposuit: vnumq̃ alteri in-

effabili sapiētie artificio coaptauit. Ideoq; ezechiell prophete rota in rota apparuit/simulq; eleuabantur et incedebant rote:eratq; spiritus vite in rotis. Et q̄s queso spiritus hodie in legum,pfessoribus dominat? Spiritus elationis/spiritus cupiditatis ⁊ iactantie/ spiritus vertiginis ⁊ errozis. Relecta ergo scientia q̄ in perniciem trahit,apprehende scientiam que edificat ad salutem. Disce vt doceas vt coztina coztinam trahat: et qui audit dicat veni. Sis imitator illius q̄ dicit. Sine ficione didici: ⁊ sine inuidia cōmunicaui. Absit omnis ficto: quia spiritus sanctus semper disciplinę effugiet fictum. Gratis accipias, gratis date. Qui enim sic fecerit ⁊ docuerit hominēs testimonio christi magnus erit in regno celozum. Audi queso sup hoc testimoniū dānielis. Qui docti sunt (inq̄t) fulgebunt quasi splendoz firmamenti: et qui ad iustiziam erudiunt multos/quasi stelle in perpetuas eternitates. Moli autē scrutari que supra te sunt: nec inanes cogita theozias: nō disputationū arguciis: nec verbozum calumniis te distendas. Talia enim apostolus interdicit scribēs in prima epistola ad thymotheum. Si quis(inquit)aliter docet/nec acquiescit sanis sermonib⁹ dñi nostri ꝛesu christi,⁊ ea que ꝓm pietatem est doctrine/superbus et languens circa questiones ⁊ pugnas verboz,huius graue est iudicium. Audi queso quid super hoc sapientia dei in libro sui nominis dicat. Sentite (inquit) de domino in bonitate:⁊ in simplicitate cozdis querite illum. Hodie varia est inter multos sententiarū contētio: factęq; sunt aque ſyloes que cum silentio currebant aque cōtradictionis apud quas demeruerunt moyses ⁊ aaron terre promissionis introitum. Sic hodie apud multos carnes agni immaculati contra prohibitionem legis elixātur aqua vel membratim discerpuntur seuicia bestiali. Igne quidē assari debuerant: et si q̄cq̄ residuum esset: igne id est spiritu sancto fuerat comburendum. Non igitur de corde tuo vaticinari presumas:sed iuxta sacri eloquij doctrinā vniuersa discas et doceas:orans cum propheta ⁊ dicens. Iuxta eloquium tuum domine da michi intellectū:non supra/ non extra/non contra. Sunt enim qui temere scrutātur alta dei. Sed testimonio salomonis, mel nimis comedēti non est bonum: et scrutator maiestatis oppzimetur a gloria. Et ecclesiasticus dicit. Sapiens (inquit)efficiar: ⁊ sapientia longe recessit a me. Accedet enim homo ad coz altū: ⁊ exaltabitur deus. Mirabilis facta est scientia dei: et non poteris ad eam. Proinde doctor ecclesie paulus cum obsecratione nos āmonet dicens. Dico per gratiam dei que data est oibus qui sunt inter nos non plus sapere q̄ oportet sapere:sed sapere ad sobrietatem. Alta nimirum sapere moz est:⁊ facile periclitatur qui se in eminenti considerans obstupescit. Deniq; loquens angelus ad thobiam. Sacramentū (inquit) regis abscondere bonū est:opera vero eius reuelare honorificū. Distingue ergo inter sacramenta et opera. Nam in deuto.

Celi caligabant roze. Et in psalmo. Tenebrosa est aqua in nubibus aeris.i.obscura est intelligentia in sacramētis celestibus scriptisq; propheticis. In his vero quibus operatus est deus salutē in medio terre: vt extraniito in formam serui miraculoz chozuscatio/passio/resurrectio/ascensio qō fidem instituit/ qō orare nos docuit:qō ad humilitatē/ad mansuetudinem/ad penitentiā/⁊ ad misericordiā nos verbo ⁊ exemplo istruxit/vult honorificari deus: ⁊ illic interest quo ostenditur salutare dei. Sacramentoz autem ratio et inquisitio cesset/claudatur puteus ne bos in eum aut asinus cadat/ne periculose nimis ossa regis hydumee redigantur in cinerem: ⁊ bestia que montē tetigerit lapidetur. Magna in sacramētis est eminētie intelligentia: quozum fide potius expedienda est q̄ adinuentione humana. Et vt gratia exēpli in vno sacramētoz videas abyssum profundissimā ⁊ humano sensui imperceptibilē: pane ⁊ vino transubstātiatis virtute verbozum celestium in corpus ⁊ sanguinē christi accidentia que prius ibi fuerant sine subiecto remanent ⁊ apparent. Cūq; corpus christi caro sit et non spiritus:spiritū tamen et non corpus reficit/spiritualiter pascens atq; viuificans. Corpus idē apud nos est in diuersis locis: q̄a in diuersis altaribus|contra naturam corporis. Idē tamen corpus eodē tempore est in celis:licet eēm ex natura corporali et circūscriptibili sit vno dūtaxat in loco: tamen in pluribus locis est virtuali potētia ⁊ spirituali modo. Tāta eēm est vnio diuinitatis ⁊ carnis que tota diuina ⁊ gloriosa facta est:vt ex plenitudine diuinitatis q̄ (teste apostolo)corporaliter ibi habitat/illud corp⁹ licet in vno loco corporaliter ⁊ naturaliter:in pluribus tamen est diuina et spirituali virtute. Et sicut ipse deus q̄ uis in pluribus:immo in omnibus locis sit naturaliter ⁊ essentialiter:tamē ꝓm aliquē modum existendi/id est psonaliter est in vno loco/id est i ipso hominē assumpto per gratiam:ita qō diuinitatis est retributi ineffabiliter corpori suo:vt ex vnionis virtute:⁊ in vno homine sit verbum et in pluribus locis sit illius corporis ⁊ sanguinis incomprehensibile sacramentū. Gregorius in omelia paschali. Eodem momento et in celo rapitur ministerio angelorum consociandū corpori christi: et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut autem diuinitas verbi totum implet mūdum ita corpus illud in locis pluribus cōsecratur:nec sunt multa corpora, sed vnum corpus et vnus sanguis. Ideoq; siue plus siue minus quis inde picipiat:omnes equaliter christi corpus integerrime sumunt. In his et similibus ratio prorsus deficit: non deficit tamen fides:sed attingit qō non presumit ratio:⁊ quod mirabilius est ex rationis defectu fortius conualescit. Apprehendit fides p gratiā:qō non potuit ratio capere p seipsam. Infirmat ratio vt sit fortior fides. Ratio succūbit vt fides amplius mereat:nec inuidet ratio merito fidei:sed libēter ⁊ būiliter acqescit. Nō eēm fides meretur nō sibijpsi meretur: sed potius rationi.

Sane fides euacuabitur et ratio permanebit: fides nimirum nō est nisi in via / ratio autem erit in patria perfecta ⁊ plena. Ibi ratio seu scientia metet qō nūc seminat fides:dignumq; est vt ratio ibi fructum percipiat de merito fidei quā adiuuat: dum pro se prorsus abnegans a seipsa hic deficit:vt quandoq; fidei beneficio in se crescat. Fidei igitur sine contradictione consentiēs,gratie dei tota innititur:⁊ dat gloriam deo sciens ipsum posse facere quod non potest ratio humana percipere. Pauca hec tibi stilo recisiore pstrinxi/eo q̄ sis dyaconus: ⁊ ad sacerdotij gradum in breui es aspirante dño ascensurus. Scis autē q̄ dyaconatui annexa sunt mēse ministeriū/et annunciatio verbi dei. Ad hoc enim apostoli dyacones elegerunt vt mensis ministrarent:⁊ nichilominus verbum vite populo predicarent. Audi ergo qualem te esse oporteat/ anteq̄ ascēdas in montē gaarisim, vt ibi cum filijs aarō populo benedicas. Paulus in ꝑma epistola ad thimotheū. Dyacones (inquit) oportet esse pudicos/intelligas mente ⁊ corpore:vt vas suum in sanctificatione ⁊ honore custodiant/vt se in illa exerceāt sapientia que pudica est et pacifica:non in illa q̄ stulta est apud deum ⁊ inimica deo: que linguā hominis seu potius animā ꝑ qua christus mortuus est vili cōmercio meretricia venalitate prostituit. Propterea ibidem subiungit apostolus dicens: Non bilingues nec turpe lucrū sectantes. In quo suggillantur aperte qui lingua preuaricatoria ⁊ duplici sibi causas creditas produnt: et animas in quarū pretium christus innocentissimū sanguinē suum dedit/contractu damnabili supplicio eterne dānationis addicunt. Deniq; leuitici ordinis gradus,non solum extraordinarias abdicat vanitates: sed exterminat etiā naturales affectus:vt non presumat q̄s in eo ministrare nisi prius in ipso prorsus extincta sit affectio parentele. Locut⁹ est enim dñs ad moysen dicēs: Non seruiat michi sacerdos aut leuita: nisi prius dixerit patri suo ⁊ matri Non noui vos. Qua igitur cōscientia se presumat lucris immergere dānabilibus ⁊ inextricabili sollicitudinū laboziuto: qui a carnaliū parētum cura diuinit⁹ prohibetur? Rogo igitur et moneo te frater q̄ virtutem sacramentoz celestium, quibus in proximo daturus es professionis manum:sic te prepara/sic lege/ sic stude/sic viue/sic loquere ⁊ exhortare:vt voceris a domino tanq̄ aaron quem elegit ipsum: vt ad laudē ipsius fungaris sacerdotio/dignūq; offeras in odorem suauitatis incensum.

Conqueritur. P. bleseñ. de firmario suo rothomageñ. Epistola.cxlj.

Reuerendo patri ⁊ dño vuil. dei gra roth. archiepiscopo. Suus. P. blef. londoñ. archi. Salutē ⁊ in omni humilitate si quid dulci⁹ aut desiderabilius est salute. Certificatus de incolumitate vestra gratias ago gratiaꝝ auctori. Nam(vt verbo apostoli vtar)viuo si vos statis in domino. hec est enim gloria ⁊ gaudiū meū:⁊ corona capitis mei. In eo vero q̄ aliq̄d noui operis dignatio vestra perfecit a me: licet excusatio mea precesserit:adhuc tamē ad plenioze excusationē michi potest sufficere: q̄ illa scribendi vbanitas que olim florebat in iuuene,nunc marcescit in sene. Qui enim gratia viroris reperitur in arboze, cui⁹ radix exaruit. Preterea exasperata iniurijs mens humana,potius in verbis sequitur turbationis impetum/q̄ sermonis ornatū. Ex abundantia siquidē cordis loquor. Cor autē hominis quasi vas plenū est: ⁊ quid intra se cōtineat ex effusione ostēdit. Dño helye capellano curam ⁊ custodiam prebende mee tanq̄ homini fideli ⁊ veraci cōmisera: nunc autē cum propheta querulari cōpellor. Quoniā diminute sunt veritates a filijs hominū: possum etiam interrogare cum christo ⁊ dicere. Cū filius hominis venerit:putas inueniet fidē in terra? Michil equidē dico in suggillationē illius: licet famā ipsius plurimū denigrare videat,q̄ quinq̄ ānis ⁊ amplius de prebenda mea michil michi reddidit: fideq̄ ⁊ modestie sacerdotalis oblitus/non solum irrogat michi damnū: sed hanc ipsam iniuriā michi cedere facit in opprobriū ⁊ contemptū. Frequēter illuc mitto nūcios:eosq̄ semper remittit vacuos ⁊ inanes. Bene eis loquitur/sed ex voce nullum sequitur opus:quia vox eius vox iacob: manus autē manus esau. Leuiusq̄ profecto extorquerē clauā de manu herculis:q̄ denarium de manu ipsius. Non rapinā arbitratur mea rapere:verbisq̄ cōtumeliosis me afficere. Suum enim excessum hoc sola excusatiō e tolerat: q̄ magnis atq̄ de abūdo redditibus, quasi damni dati iniuria non possit infligi diuitibus aut in vsus honestos erogari non possint que a locupletioribus possidentur. Sane multi estimātur diuites,qui vere sunt pauperes. licet enim eis diuitie affluāt: ipsi tamen cor suum diuitijs affluentibus non apponunt. Deniq; dauid in regali solio constitutus. Inclina(inquit) domine aurem tuā et exaudi me: quoniā inops ⁊ pauper sum ego. Credo diuitias esse cōmendabiles ex honesta occasione quesitas, si sine luxu expendantur:inquantum exigit moderata necessitas. Abraham diuitias possedit ad vsus licitos/multiq̄ sanctorū patrum in temporalū largitione effusi, sibi thesaurisauerunt in celo. Heu heu cum ille qui sua non largitur pauperibus damnetur a christo:quid de illo fiet qui rem fratris sui retinet/et viuit ex rapto? Qua presumptione sacrificiū offerret in altari q̄ diu frater eius aduersus eum aliquid habet? Non potest bibere calicem domini et calicem demoniorum. Quomodo verbum illud vulgare euadet/non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum? Qualiter (iuxta doctrinam apostoli) leuabit man⁹ puras sine disceptatione ad deū, qui me ad materiā disceptationis inuitat? Habeo siquidē litteras summi pōtificis cōtra ipsum: michi tamē sentit vt det absurdū cōtra senē ⁊ fratrē meū occasionē scādali suscitare. Nā (vt verbo apli vtar) ego iam deliboz et in me responsum mortis accepi. Et nichilominus

mors in ianuis est dicente apostolo. Omne qd̄ anti-
quatur ⁊ senescit/prope interitū est. Ambo sentimus
preambulos mortis:defectus videlicet sensuū ⁊ mo-
lestias senectutis. Quanto recessimus longius a die
natiuitatis nostre/ tāto propinquiores mortis termi
no facti sumus. Testimonio enim salomonis. Nescit
homo finē suum: sed sicut pisces capiuntur hamo et
aues laqueo:ita homines tempore malo. Et tricꝫ no-
strum modicū vite restat: ⁊ illud nō stat. In proximo
dicemus seculo vale/et relinquemus inuiti que nunc
pertinacissime retinemus. Domina eēm auaricia que
maiorē in senibus solet exercere tyrānidē(testimonio
zacharie)ipsa est oculus eoꝝ in vniuersa terra. Et eo-
dem teste. A maiore vsqꝫ ad minimū omnes auaricie
student:hec proculdubio est hydria samaritane:de q̄
qui biberit sitiet iterū. Quicquid enim desiderari po-
test: satiare non posset humane cupiditatis hyatus.
Quāto gloriosius senes ita iuste ⁊ honeste viuerēt/⁊
requiescerēt in senecta vberi: vt essent alijs odor vite
in vitam, iusticie forma ⁊ eruditio ad salutē. Scriptū
nanqꝫ est. Corona iusticie est senectus: que in vijs iu-
sticie reperitur. Eli deo valitudinarios senes:quoꝝ cō
sumptis carnibus pellibus os adhesit: eisqꝫ solū vi-
detur superesse sepulchrū. Membra frigescunt/cupi-
ditas feruet/caro senectute oppimitur/et ambitio iu-
uenescit. vix imponet auaricie finē vite finis: ardebit
in eis quidā penalis infernus/donec fodiatur pecca-
tori fouea/donec in operibus manuū suarū cōprehē
dantur peccatores: ⁊ descendant in infernū viuētes.
Subito enim anima que tota temporalū desideriorꝫ
fenoribus estuabat/in diuortio ipsius ⁊ carnis exiēs
nuda ⁊ misera onerata peccatis:⁊ ab ecclesia beato-
rum ppetua excōmunicatione precisa, in eterne no-
ctis horroreē:⁊ in chaos terribile detrudet. In illa die
peribunt omnes cogitationes illius: ⁊ cognoscet do
minus iudicia faciens: cuius monita intelligere no-
luerunt. Quia igitur horrendū est incidere in manus
dei viuentis: adiuro vos p illum districtissimū iudicē
qui etiā iusticias iudicabit/vt iusticiam meā in iudi-
cū cōuertatis: vt vestra ordinaria iurisditione ex offi
cio iudicis rogare velitis que ad pacē sunt. Dedit eēm
vobis dñs linguam eruditam vt corrigatis errātes:
sed et lingua vestra clauis celi facta est. Denicꝫ cōsti
tuit vos dñs inter messores angelos: vt omnia scāda
la rollatis de regno dei que est ecclesia:quatenus fm
regulas iusticie que reddit vnicuiq̄ qd̄ suum est/mea
michi restituantur. Michil eēm deperit vtilitatibus ec-
clesiasticis, si que sunt alijena reddantur.

¶ Consolatio monachorum in eorum affli-
ctione. Epistola.cxliij.

Dilectis fratribus ⁊ amicis. P. prior ⁊ cō
uentui de euesha. P. blek. lond. archid.
Salutē ⁊ si qd̄ dulci⁹ aut desiderabilius
est salute. Afflictioēs vestre toris anime p
cordijs ⁊ intēsa charitate cōpatiens epi-
stolā vobis p solatoriā sub aliqua stilli vrbanitate de-
creueram scribere: sed quia turba negociorꝫ michi iu
giter tumultuose incūbit/totus fere absorpt⁹ ab eis/
aut nō sum mecū/aut diuisus/⁊ distractus sum:⁊ sic
dissipate sunt cogitatiōes mee torquētes cor meū: vt
vix nō dicā ep'lam posse scribere: ſz breue breuissimū.
Vos autē qui spirituales estis: quorū vnicuiq̄ data
est manifestatio spiritus ad vtilitatē, in hujus tēpesta
tis estuante malicia nouistis qualiter vos oporteat
conuersari et luctari cum mundo. Mundus enim in
maligno positus est/plenus laqueis/plenus scandā-
lis et peccatis/circunseptus periculis/prauis collo-
quijs/iniquis consilijs/exēplis pessimis/⁊ mortibus
anime infinitis. Proinde redimamus tempus quia
dies mali sunt/nec poterit vobis deesse solatiū si ve-
litis feruenter instare orationi sacreq̄ scripture. Pro
ro necesse est vt veniāt scandala:⁊ probētur corda ho-
minū/atq̄ inter flagella dñi prebeat improuidis ve-
xatio intellectū. Omnes equidē filij tre sumus:⁊ si no
bis dñs iratus appareat/nos amorem eius nō odiū
estimantes:ipsius flagellum cum equanimitate por
temus. verbū prophete est. Iram dñi portabo:quia
peccaui et. flagellat nimirum dñs quem corripit/⁊ in
suis verberibus vobis memoriā abundātie sue suaui
tatis abscondit/vt quos facit humiles, sibi cōseruet
amabiles. vult enim vt de patientia nostra quasi de
ligno vite fructⁿ spirituales ⁊ iusticie manipulos col
ligamus. Sunt autē fructus spiritus (teste ap'lo) cha-
ritas/gaudium/pax/ patientia/longanimitas/ boni
tas/benignitas/mansuetudo/fides/modestia/conti-
nentia/castitas. Sibus his priuatur qui sustinentia
caret. Propter qd̄ salomon dicit: Ve his qui sustinē
tiam pciderunt. Sustinētia ergo est/patiēter flagella
dñi portare: quib⁹ nos erudit ad salutē. deiscit enim vt
erigat/vulnerat vt sanet/vt pressura vertat in gratiā:
et afflictio in coronā: vt q̄ prius flagellat⁹ fuerat/cū
propheta decantet Confitebor tibi dñe quoniā irat⁹
es michi: conuersus est furor tuus ⁊ cōsolatus es me.
Christus itaq̄ purgationē peccatorꝫ faciens, purgat
quos diligit salutaribus monitis: rētationibus ⁊ fla
gellis. Q̄ enim dñs p sathā colaphisari pmisit apo-
stolum/fecit eum audire. quia virtus in infirmitate p-
ficitur. Qui et de seipso dicit. Quando infirmor/tunc
fortis sum ⁊ potens. Utinā sic nos corrigat/⁊ emen-
dando emendet: vt non destruat/nec sera penitentia
nos oporteat querulari et dicere: destruxisti nos ab
emundatione. Et illud. Multo sudore sudatū est: et
non exiuit de ea rubigo. Et rursus. Percussi eos/et
non doluerunt: Dolete igitur ⁊ plangite/saltem dispē
dia spiritualis exercitij. Ex hoc enim turbatiōe per-
ditis quietissimos rachelis amplexus/diuine suaui-
tatis experientias/et beate contemplationis exces-
sus. Quomodo nāq̄ mens hominis perplexa et anxia:
et humanis sollicitudinibus intricata inherebit
aut cogitabit eterna? Sunt autē huius mali occasio
q̄dā inter cōuersos puersi/iter colūbas corui/angues
inter anguillas/susurrones/ detractores/deo odibi-

les. Qui vt habeāt materiā equitandi semināt zizania
inter fratres/ cōcinnāt dolos/fastidiūt māna/sangui
neas dapes appetunt/mēsuraq̄ gomor in ollas car-
nium:atq̄ in allia ⁊ pepones egypti conuertunt. Sic
abhominātes claustralis paradisi delitias exeunt:et
post se trahētes seculū qd̄ reliquerāt/foētibus se in-
gerūt cōsistorijs:atq̄ in viarū discursib⁹ ⁊ in tumul-
tibus curiarū quicqd̄ in claustro meruerāt dāna bili
cōmercio pro eterna pditione cōmutant. Denicꝫ fa-
cti transfuge ⁊ emansores a claustro/effrenes/vagi/⁊
sarabaite/dātur in reprobum sensum: vt iam nec ani
me discrimen attendāt/nec vereātur infamiā/ nec tre
menda dei iudicia timeāt/donec fodiat peccatorib⁹
fouea:⁊ penitendi facultate prorsus ablata/a deo p
petua excōmunicatione precisi corruant in gehennā.
In tāte igitur necessitatis articulo psallite sapiēter/
orate feruenter/instate vigilijs/ ignitis cōpunctioni-
bus/tribulationibus/arcbanis/lachrymis/gemitib⁹/
disciplinis. Sic autē dñs hanc procellam conuertet
in aurā:⁊ absq̄ dubio diuinū sentietis auxiliū, q̄bus
denegatur humanū. Iurauit dñs ⁊ non penitebit eū:
nec mentietur veritas que sub iureiurādo firmauit di
cens. Amen amen dico vobis si quid petieritis patrē
meum in noie meo dabit vobis. Quis ergo negligat
pacē petere: nisi qui eam rēnuit imperrare? Corrigite
quesso ⁊ in deū dirigite vias vestras: qr testimonio sa-
lomonis. Cum placuerint vie hoīs deo: tunc inimi-
cos eius cōuertet ad pacē. Obsecro autē vos p mise-
ricordiā dei: vt erga pastorē vestrum qui p cōmuni li-
bertate tā periculose vie discrimini se exposuit, fidelē
et sincerum/atq̄ indiuisibilē habeatis affectū. Sitis
etiam inter vos vnanimes et vnius moris in domo
nec sint in vobis scisimata: sed vnitas spiritus in vin-
culo pacis. Ubi eēm est pax, ibi est deus. In pace fa-
ctus est locus eius. Omnis equidē cōgregatio vel cō
uentus debet esse cytbara dauid: vbi multe ⁊ diuerse
corde regulari moderatione quasi quodā plectro, de
cōpositione diuersarū mentium/dulcissime faciūt ar
monie concentū. Si sit ibi corda que rauce sonet aut
strepat, ne inducat discordiam oīno ad consonantiā
reducatur. Aduersor autē ⁊ cōqueror q̄ apud dñm can-
tuariensi. virum magne prudētie ⁊ consilij precellentis
nullum sup hac turbatione remediū inuenistis. So-
let enim quādoq̄ desperatas lites cōpescere: ⁊ inex-
orabiles magnatum discordias in gratiā reformare.
Utinam vero nullā haberetis fiduciam in romanis.
Nam vt aliqua que in libro experientie legi sub silen
tio claudā. illud possum vobis ad memoriā reuoca-
re: q̄ machabeorꝫ principes q̄diu in dño cōfisi sunt/de
hostibus suis reportauere titulos triumphales: et ex
quo inierūt federa cū romanis, miserabiliter in prelio
corruerūt. Vos autē cōfidite in dño. Qui eēm cōfidit
in eo/non cōfundetur. Turris fortissima nomen eius
christus heri ⁊ hodie ⁊ in eternum: nec abbreuiata est
manus eius, vt saluare non possit. Petite tantūmo
do in noie saluatoris, promitto enim q̄ nullam apud
eum patiemini repulsam si salutaria postuletis.

¶ Supplicat summo pontifici. P. vt ecclesiam
secularium conuertat ad regulam monachorꝫ.
Epistola.cxliij.

Reuerēdo patri ⁊ dño. J. dei gra summo pon-
tifici. P. blesen. lond. archid. Salutē et deuo-
te humilitatis obsequiū. Eram decan⁹ eccle
sie de vulrehanten. in dyocesi cestrensi: que tamē nul
li erat obnoxia vel subiecta pontifici nisi archiepisco
po cant. et regi. de antiquissima eēm cōsuetudine(que
apud multos pro iure habetur) reges anglie semp illu
lum donauere decanatū. Ad decanū vero spectabat
donario ⁊ institutio prebendarū. Porro quia clerus
ille omnino indisciplinat⁹ erat: sicut vualenges ⁊ sco-
ti: tanta in eis obrepserat vite dissolutio: vt vicium
euaderet in dei contemptū/in animarū pernicie/atq̄
in infamiā cleri: ⁊ in totius populi sibilum ⁊ derisum
Et(vt verba scripture transsumā) cantabātur eorum
turpitudines in triuijs geth: ⁊ in cōpitis ascalonis.
Frequenter eis ad memoriā reducebam illud Ozee.
Si fornicaris o israel: non delinquas saltē nuda. Ipsi
vero publice ⁊ aperte fornicātes/predicabāt sicut so-
doma peccatū suum: et in palpebris populorꝫ ifamie
ducebant vxores/ alter alterius filiam siue neptem.
Tantaq̄ erat cognationis cōnexio inter eos/vt colli
gatiōes impietatis eorꝫ nemo dissoluere prealeret.
Erāt enim quasi squame beemoth/quarum vna vni
coniungitur: ⁊ spiraculum vite nō incedit p eas. Ter
ra proinde clamat aduersus eos: ⁊ celi reuelabūt ini-
quitates eorum. Exactissima diligētia laborabā vi-
ciorum in eis propagines venenosas excidere: sed fa
cilius conuertere lupos in oues: ⁊ feras in homines.
Nō enim mutabit ethiops pellem suam: aut pardus
varietates suas. Quotiēs aliquos eorum in ecclesia
poteram congregare: vt michi liceret cum eisdē ser-
monis habere commercium: ipsi more aspidis obtu
rabant aures suas: immo quasi montes gelboe super
quos necros nec pluuia cadit/salutaribus monitis
aduersantes de suis discriminibus nō curabāt. Mi-
seri quippe profecerāt intima sua/atq̄ in reprobum
sensum dati, currebant effrenes quasi equi emissarij/
in omniū precipitia viciorum. Instabam correctioni
eorū totis medullis anime/ toto charitatis affectu.
Erat enim dolor continuus cordi meo: sed oderunt
corripientem in porta: et salutem loquentē abhomi-
nati sunt. Incumbebam orationi ⁊ ponebam in pul-
uere os meum/si forte esset spes: loquebar in amari-
tudine anime mee gemens: ⁊ ne adeps deesset com-
passionis sacrificio/ amaritudinem contriti cordis la
chrymis condiebam. Terribiles cōminatorias scri-
bebant eis rex et archiepiscopus: ego etiam obstan-
tissime promittebam q̄ pontifex romanus tolleret lo
cum et gentem: ⁊ eijcerentur de habitationibus suis:
sed de comminatione crescebat eorum contumacia:
et de commonitione contemptus. Pauci erant/sed
eorum iniquitas in multitudinē plebescebat/multi-

plicabātur genimina viperarū. Qua aspidum erumpebāt in regulos: ⁊ de radicibus venenosis spuria vitulamina pullulabāt. de semine chanaan progrediebatur generatio prava ⁊ exasperās/filij belial filij sceleratī. Qui volentes hereditatī possidere sanctuariū dei: quotiens aliquo canonico decedēte substituebat aliquis vir honestus/defuncti nepos aut filij, patrimoniū suum esse dicebat qd erat patrimoniū crucifixi: fugiens ergo in siluā: factusq; socius furū ⁊ spoliātium hoies/ferro ⁊ flāmis in substituti canonici pniciem grassabat. Videns itaq; q iam miseri appropiquabāt ad portas mortis: meūq; considerans imperfectum/cupiebā anathema esse a fratribus tante malicie: cui finem imponere non poterat etiam finis vite. Erat dolor continuus cordi meo: q temerarius ego curā eorū susceperā/quorū iniquitates irrū pere nō valebam. Intelligebā iudicem districtū rationē villicationis mee: ⁊ eorū pditionē de manu mea terribiliter exacturū/maiusq; esse omni thesauro qd certo discrimini exponebā. Odiui ecclesiā malignantiū: michiq; facta est cohabitatio eorū sicut spelunca lyene. Sic dimisi eos ꝯm desideria cordis eorū: vt eant post concupiscētias suas. Non est eñ deus in cōspectu eorū: nec est inter eos qui terribilia dei iudicia timere velit aut credere/donec fodiat peccatori fouea: quousq; deus cognoscatur iudicia faciens: ⁊ qui letatur ⁊ exultat in rebus pessimis/subito ad inferna descēdat. Proinde accessi ad dominū canē. rogans humiliter ⁊ obnixe: quatenus auxilio eius et assensu dñi regis spurcitie illius abhominatione sublata, cistercienſ. ordinis ibidē religio plantaret. Ad hoc plurimū fauoris addebat q locus ille abundat siluis: atq; pascuis ⁊ irriguis aquis: atq; redditibus qui p industriā cauti viri magnū cito caperent incrementū. Sub expectatione ergo istius mutationis que vere est dextre excelsi: decanatū in manu eius solēniter resignaui. Ipse autem tanq̄ precipuus religionis amator/inuigilat et insudat operi: ⁊ iam quosdā de cisterciēſi ordine introduxit: qui locū ecclesie et officinarū limitēt et disponāt. Propterea vos sanctissime pater quē cōstituit deus inter messores angelos: vt p vos de regno ipsius scādala colligātur: nostrum queso confirmate, ppositū: ⁊ monasterio qd archiepiscopus in exultatione vniuerse terre de assensu regis edificare intendit/ fauorem ⁊ gratiā benignitatis apostolice misericorditer indulgere velitis, porcorū stabulū, sathanequ prostibulū, cōuertite in templum dei ⁊ in officinam spiritus sancti. Auferātur impudicitie atq; latrocinia pditorū: ⁊ edificetur his qui querunt faciem dei iacob paradisus voluptatis: vbi fruantur contēplationis delitijs, rachelis amplexibus: vbi sit presepium christi/fossa cubiti vnius quā vidit ezechiel in altari. Extirpate malicia et seminate innocentiā sanctissime innocenti/suscitate de lapidibus filios abrahe: arripite queso zelū phynees: vt cancerosa hec pestis que decorē domus domini enormiter decolorat precidat in istis. Similesq; apostolici rigoris terreant exemplo. Sedet equidem ad gloriā si per vos christi gloria dilatetur: ⁊ de merito huius boni obtinebitis eternaliter dies bonos.

¶ Cōquestio regine anglie sup captione regis filij sui p fredericū imperatorē. Epla. cxliiij.

Reuerēdo patri ⁊ domino celestino dei gratia summo pontifici. A. in ira dei regina anglorum duxissa normānie comitissa andegauie misere matri exhibere se patrem. Silere decreueram ne insolentie ⁊ presumptionis arguerer: si forte aduersus principem sacerdotū verbū aliquod minus cautū abundantia cordis et vehemētia doloris eliceret. Sane nō multū ab insania differt dolor: dū in impetu illē accessionis est dominū nō agnoscit/socium non veretur, nec defert: nec parcit alicui: sed nec sibi. Nemo ergo miretur si verbor modestiā vis doloris exasperet. iacturam enim plango publicā: sed et familiaris dolor in spiritus mei precordijs intolerabiliter radicauit. Sagitte enim domini i me sunt: quarum indignatio ebibit spiritū meum. Bēte diuulse/populi lacerati/prouincie desolate/ ⁊ generaliter tota occidentalis ecclesia cōfecta lamētis: in spiritu contrito ⁊ humiliato supplicant vobis: quē constituit deus super gentes et regna in omni plenitudine potestatis. Afflictor queso clamor introeat in aures vestras. calamitates eñ nostre multiplicate sunt super numerū: nec ista dissimulare potestis citra criminis ⁊ infamie notā: cum sitis vicarius crucifixi/successor petri/sacerdos christi/christus domini/de⁹ etiā pharaonis. De vultu tuo pater iudiciū prodeat: oculi tui videant equitatē. De arbitrio vestro ⁊ de clemētia vestre sedis pendent vota populi: ⁊ nisi maturius arripiat manus vestra iudicium: tota redundabit in vos tragedia huius mali. Cum sitis pater orphanorum/et iudex viduarū/merentium et dolentium consolator: et omnibus ciuitas refugij/in tanto cumulo miseriarum vnicum et cōmune oibus expectatur de vestre potestatis auctoritate solatium. filij israel moysen cuius agitis vices consultabant in duris: ⁊ ad tabernaculū federis cōfugiebāt in angustijs suis. Rex noster in arto est: et vndiq; angustie premūt eum. Videre statum aut potius casum regni/maliciam temporis/tyrāni seuiciam: qui de fornace auaricie/arma iniquitatis incessanter fabricat contra regem/in sancta peregrinatione/in protectione dei celi et tuitione romane ecclesie captū et vinculis carceralibus coartatum tenet/occiditq; tenendo. Cōtemnit eñ deum et terribilia iudicia eius: prede incubat: ⁊ non est qui de manu eius possit eruere. Si ecclesia romana complosis manibus ad tantas iniurias christi siler: exurgat deus ⁊ iudicet causam nostram/respiciat in facie christi sui. Vbi est zelus helye in achab/zelus iohannis in herodē/zelus ambrosij in valentem/zelus alexandri tertij: qui (sicut audiuimus et vidimus) patrē istius principis Fredericum/plena auctoritate apostolice sedis soleniter ⁊ terribiliter a fidelīū cōmunione pcidit: Porro tyrānus aplicas claues habet ludibrio: nec nisi verba reputat legē dei. Sed tāto cōstantius deberetis arripere gladiū spūs qd est verbū dei. Scriptū est eñ. Qui vos spernit/me spernit. Ideo si vestrā nō vultis aut ecclie romane iniuriā psequi: vobis tamen dissimulare nō licet petri opprobriū ⁊ iniuriam christi. Non sit ergo alligatū in ore vestro verbū dñi: nec in vobis timor humanus obuiat spiritū libertatis. Tolerabilius est incidere in manus hominū: q̄ deserēlinquere legē dei. Cōfidit in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarū suarū gloriant inimici crucis christi: quorū finis interitus ⁊ gloria eorum in cōfusione. Quicqd ecclesiarū ⁊ pauperū necessitati subtrahitur: insatiabilis auaricie deuorat ingluuies. Sed, ppe est vt in eos manus dñi tēpestiuā exerceat vltionē: ⁊ euenet qd beatus Job de predone impio protestat. Diuitias quas deuorauit euomet/ ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. luet que fecit oia: nec tamen consumet. Q̄ si ad tēpus humanū euadit iudiciū/diuinū terribilius est qd imminet eis: quorū gaudium presens ad instar puncti: interminabilis vero pena ignis et vermis. Quis enim vnq̄ psecutor innocentie, vltricē illius manū qui aufert spiritū principum/potentesq; potēter punit, legitur euasisse: Vt de pena taceā gehēnali sepe legimus quomodo digitus dei, p arbitrio suo regna ⁊ imperia trāsfert: quas etiā sicut vult erigit/et sicut vult deijcit potestates. Nō deterreat q̄s ovos secularis elatio/superbus est moab ⁊ maior est supbia eius q̄ fortitudo ipsius. Econtrario autem nomen dñi plurima fortitudo. Illud vero publice contristat ecclesiā, populiq; murmur excitat/nec mediocrīt militat in dispendiū vestre opinionis: q in tāto discrimine/in tot lachrymis/in tot prouinciarū supplicationibus, nec vnum nunciū ad principes illos a vestro latere destinastis. Sepe pro causis mediocribus vestri cardinales in magna potestate etiā ad partes barbaras legatione funguntur. In causa vero tam ardua/tam lamentabili/tam cōmuni: nec vnum adhuc subdiaconū aut accolitū destinastis. Legatos eñ hodie facit questus/non respectus christi/non bonor ecclie/non regnor pax aut populi salus. Quis questus vobis aut prouētus gloriosior posset esse, q̄ in hac liberatione regis summi pontificatus apicem: siue sacerdotiū aaron ⁊ phynees exaltare? Sane non multum humiliasses sedis apostolice dignitatē: si in ppria pso na ad tanti liberationē principis in germaniā descēdisses. Quem eñ tam officiose colebat in prosperis/tam desidiose deserere non debuit in aduersis. Quare non appenditis in libra iusticie beneficia que bone memorie henricus pater istius regis vobis sicut vidimus i articulo summe necessitatis exhibuit: ⁊ e diuerso tyrannidem fredericī quā in vos ⁊ ecclesie romane possessiones/ ⁊ in omnes qui vobis fideliter adherebant exercuit? Cum enim prenominatus fredericus fautor scismatice dissensionis ⁊ auctor/contra alexandrum tertiū canonice sicut scitis electū: in partē apostate octauiani cōiurasset/ atq; sub illa scismatis concussione generaliter vbiq; terrarū ecclesia labcraret/ reges francie ⁊ anglie varijs ex vtraq; parte legationibus tentabantur. Cūq; sententia regis francorū cōsiliorū varietate cui faueret parti fluctuās dubia vacillaret/rex henricus volens christi tunicam diutius scindi, primus alexandro pape cōsensit/multaq; cautela trahēs regem francorū pariter ad cōsensum apostolicū: ⁊ suos muniuit cōsilijs, firmauit auxilijs: ⁊ sic nauē petri sub certo discrimine naufragantē in secura littoris statione locauit. Nec apud castrum radulphi vidimus: vbi etiā romanorū voris sicut ipsi, p miraculo publice predicabāt/plentoribus exenijs auri et argenti regia munificentia satisfecit. Notabiliter igitur debonestat gloriā sedis apostolice: q̄ aliq̄ vnq̄ ingratitudo tanti beneficij memoriā potuit abolere. Quādoq; poterit ex causa psimili (qd deus auertat) scismatis pullulare fermentū: vestreq; presentis desidie ⁊ defectus recordatio, poterit tunc aliquibus cedere in singultū. Licet enim liberationē regis ille veteratus serpens/ ille coluber tortuosus/machinationibus prestigiosis impediat: cōfidimus tamen in dño q̄ tēpestiue respiciet in faciem christi sui: et dabit imperium regi suo. Expectatio siquidē nostra in spe certa: ⁊ in fide firma conualuit. Fit enim incessanter oratio ab ecclesia ad deū pro eo: deus autem in tempore accepto exaudit et adiuuat in die salutis: respiciet in orationes humiliū/ ⁊ non spernet preces eorū. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Sol ad preces iosue stetit/ ⁊ luna contra vallem achylon non est mota, qr iusti precibus obtinet: vt a corde peccatoris sol iusticie non recedat: ⁊ mens hois q̄ius in defectū prona sit: virtutū tamen stabilitate firmatur. Nō eñ tm̄ remittitur oratiōe peccatū: sed ⁊ pena peccati declinatur beneficio precū. Ideo bonum est regi prestolari cum silētio salutare dñi. Nā si nunc in fornace tribulationis purgatur a deo qui circa eum aduersa et prospera saluberrima moderatiōe disponit/ vexatio transibit in gloriā: atq; pro cōfusione duplici ⁊ rubore in terra sua duplicia possidebit. Beatus itaq; vir q̄ cōfidit in dño: ⁊ erit dñs fiducia eius. Sane sicut nūc ei publici gemit⁹/ ⁊ generales impendunt lachrymes: sic desideratus gentibus tempestiue cōmunibus excipietur votis in exultatiōe vniuerse terre. Dñe in virtute tua exaltabit rex: et ecclesia romana que nūc nimis culpabiliter in eius liberatione lentescit/ nō sine lachrymis erubescet/ q̄ in tātis angustijs tantū filiū non adiuuit.

¶ Item de eodē Cōquestio regine anglie sup captiōe regis filij sui p fredericū imperatorē.

Epistola. cxlv.

Sanctissimo patri ac dño. D. dei grā summo pōtifici. A. eadē grā regina āglie duxissa normānie ⁊ aquitanie: ⁊ comitissa andegauie salutē ⁊ mīe visceribus abūdare. Tedet aiam meā vite mee. Quicquid enim verebar accidit: ⁊ adhuc expectatio

duriozis euentus omnē michi gratiā ꝓsolationis abscidit. Quando ego non timui grauioza pericula veris laborē itaq; z dolorem meū cōsiderans:a pusillanimitate spiritus z tēpestate subuertor. Ego vo iam deliboz:et doloribus festinata senect⁹ paucitate dierum meoꝝ nunciat michi. Multoriens vobis scripsi atq; sacrificiū cordis in spiritu contrito et humiliato frequenter obtuli. Quia tū semel cepi:loquar adhuc ad dūm meū cū sim cinis z puluis. Dimitte me dne vt plangā paululū dolorē meū. Nescio eñ quo pacto impetus anxietatis ex ipso planctu et lachrymarum ꝓfusione lenescit. Diu expectaui ego pdita, si esset q̄ liniret dolorē matris:qui diceret ioseph filius tuus viuit/z eductus est de cisterna: nec eum fera bestia deuorauit. O fera pessima tigribus z lamijs omniq; fera crudelior:qui filiū meū militē christi, xp̄m dñi, peregrinū crucifixi vinculis alligatū imperatori vendidit et tradidit. Sic ei durior aduersarius constitutus est/atq; de ergastulo in laberintū:z de scilla trāslatus est in caribdim. A diebus iude scariothis nō est inuētus similis illi qui sic violaret legē excelsi: qui ita malicioſe traderet iustum: z hec in occulto z in tenebris facta sunt/erant eñ opa tenebrarū. Memoriā abundātie suauitatis tue pater mīsicordie p̄cor: vt de ore leonis z de manu bestie liberes innocentē. Et que tibi vtilitas in sanguine eius:qui de manu tua exactissime req̄retur? Quia credebamus aliqñ q̄ disposuisset dñs per vos filio meo facere mīsicordiā/facti sumus letantes. Nunc autē res in contrarium versa est. triumphat eñ longe lateq; diabolus/sapiētia vincit maliciā:z audita in gentibus filij mei captione personat in triuijs geth, et in cōpitis ascalonis incircūcisorum solēnis applausus. Heu heu percussit nos dominus plaga graui, z castigatiōe crudeli. Amare viscera mea tyrānus auulsit/z ecclesias spoliās i terra sanctoꝝ iniqua gessit: plebes innumeras amaritudine z meroze confecit. In his oībus non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta non parcit monachis/ non reclusis/ nō heremitis/nō montalibus/ non leprosis. perierunt eñ ius z fas/timor dei/fides/ religio/et honestas. Exurge quare obdormis domine:exurge z ne repellas in finem. Moueat te summe pōtifex, et si non hui⁹ peccatricis infelicissime dolor/ saltem clamor pauperū/cōpeditoꝝ gemitus/interfectorū sanguis/ecclesiarū spoliatio:z generalis deniq; pressura sanctorū. Vide quāta malignatus est inimicus in sancta, inualuerunt hostes ecclesie/prolongauerunt iniquitatē suam: confortati sunt addētes preuaricationem/iniquitatem apponunt iniquitati: vt sanguis sanguinem tangat/vt superbia eorum ascēdat semp:z impietas modernoꝝ mēsurā patrū suorū nō solū impleat/sed trāscendat. Certe horrendo anathemate feriēdi erāt/aut potius fulminādi. Exurgat igit orbis eps:z arripiat q̄si fulgur iudiciū man⁹ tua: sicut petrus vno ictu ananiā z saphirā vno ictu symonem magū potuit delere de medio: sic spiritu labioꝝ tuoꝝ interficias impios. Alioq̄n videberis declinare in obligationē malicie p consensum. Declinantes autem in obligationē adducet dñs cū operantibus iniquitatē. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: gladio scilicet spiritus q̄ est verbum dei. Arripiat iudiciū manus tua:et in potestate collata tibi celit⁹ tolle virgā peccatoꝝ de supra sortē iusti. Scuto bone voluntatis tue protege filium meum:z filius iniqtatis non apponat nocere vlterius innocēti. Cū innocentia regis filij mei testimoniū habeat ab his q̄ prope sunt, z ab his qui longe:nō habetis excusationem de peccato. Que eñ excusatio possit vestrā desidiam z incuriā palliare: cum oībus liqueat q̄ liberādi filium meū habetis potestatē z subtrahitis voluntatem? Nōne petro apostolo z in eo vobis omne regnū omniscz potestas regenda cōmittitur? Benedictus autē dñs qui talem potestatē dedit hoībus. Nō rex/non imperator/aut dux a iugo vestre iuris ditionis eximitur. Vbi est ergo zelus phinees: vbi est auctoritas petri: vbi est qui dicat, zelus domus tue comedit me? Appareat q̄ non inuanū dati sunt vobis: et coepiscopis vestris gladij ancipites in manib⁹ vestris. Dicite iniquis nolite inique agere: z delinquētibus nolite exaltare cornu. Non degeneretur in herede petri: dignitatis apostolice reuerēda successio. Vestrum agnoscite principatū/, pbate zelum/accingimini ad op⁹ fortitudinis: z honorate ministeriū vestrū. Gloria vestra diriuetur ad posteros: z cognoscat generatio altera q̄ inaniter tyrānus ille presumpserit: et q̄ potenter presumptionē eius sedes romana punierit. Vobis equidē cōueret in discrimen z crimen: si remissas habeatis man⁹: et addat ipunitas cornua peccatoꝝ. Si eñ in viridi hec facta sunt: in arido quid fiet? Recolat queso vestra paternitas, q̄tus amicus vir meus rex pater istius regis: et q̄ fidelis vobis fuerit attendite/q̄ benignus iste successor paterne deuotionis extiterit: nec a corde vestro excidat/quāta ego sollicitudine p ipsum vestroꝝ negocia legatoꝝ immo vestra promouerim. Si etiā in vestris necessitatibus mea vnq̄ circa vos affectio torpuit/decidam merito ab inimicis meis inanis. Ego autē nunc experior vestroꝝ promissa cardinaliū verba esse z folia. Arbores autē non a foliis aut floribus: sed a fructibus cognoscuntur. et nos quidem a fructibus eoꝝ cognouimus eos. Vtcere pudet q̄ vtinā eos fecisse pudeat/tyrān⁹ eos habuit malicie fautores: cuius se debuerat exhibuisse vltores. dilexi vos non lingua z verbo: sed opere et veritate. Nunquid redditur pro bono malū: z odium pro dilectiōe? Vt salua pace dñi mei loquar, dico et q̄ q̄ q̄ ioab exprobrasse legitur dauid regi. Diligis eos qui te oderunt: z eos odio habes qui te diligunt. Heu quomō exarmat zelus iusticie/q̄ miserabiliter claues ecclesie suū pdiderūt officiū: z vbi gloriosius petri p̄ncipatus eminere debuerat/ibi ꝓtumeliosius oppriuit et vilescit pōtificalis auctoritas/lupus irruit in ouile/leo i eccliaz dei: z singularis fer⁹ depascit eā:

nec est qui ꝓ domo dñi ex aduerso ascendat: q̄q̄ familiarius et intolerabilius doleo filiū meū tyrannus cruciat/dissimulat hoc summus pōtifex: nec est q̄ redimat neq; q̄ saluū faciat. Si qua ergo ꝓsolatio in vobis, si qua virtus charitatis in xp̄o, si qua miseratio, si qua compassiōis viscera, si quid deniq; q̄ affectū patris z pontificalē sapiat vnctionē. audiat omis populus sapiētiam esse in vobis ad faciendū iudicium. Sed quid talib⁹ immoror/ curro in incertū z aera verbero: atq; in vētos nostri gemit⁹ euanescūt. Obstinatio tyrāni durior adamāte est: et scio quē de⁹ negligit nemo pōt corrigere. Sermo meus in terrā cecidit: reuertit ad me vacuus: nec in his ad q̄ missus est, ꝓsperat. Me igit tribulationū tempestas horrēda demergit/me, pfundū absorbet abyssi terribilis/ z vrget super me pute⁹ desperatiōis os suū. Pp̄li nostri oēs dant manus suas morti/ atq; cū inferno pcutiūt fedus tabescētes z arescētes pre timore z expectatione que superueniūt vniuerso orbi occidētali. Tu aūt dñe deus sabaoth qui iudicas iuste: vide q̄ vim patior/iudica causam meā. Et q̄ in terris iudicem nō inuenio: ego misera z nulli miserabilis terrenū iudicē ad tuū terribile tribunal appello. Infelix ego quare doloris mei vehementis impetū sequor: z os meū in celum pono. Sz equanimiter queso sustineat pater benignitas vestra q̄ ex dolore nō ex deliberatiōe, pcessit. Peccaui ego: et (vt xbo beati iob vtar) que dixi vtinam nō dixissem: ideo nō addā vltra z supponā digitū ori meo.

Item de eadem ad eundē cōquestio sup captione regis filij sui. Epistola.cxlvj.

Enerando patri et dño Celestino dei gratia summo pōtifici A. misera: z vtinā miserabilis regina anglorū duxissa normannie comitissa andegauie. misere matri exhibere se misericordie patrem. Inuidēte locorū distantia phibeor beatissime papa vobis pñtialiter loqui: necesse tū est vt plangam paululū dolorē meū. Et quis michi tribuat vt scribātur sermones mei? Tota interius z exterius coarctor/vnde z xba mea dolore sunt plena: foris sunt timores/intus pugne: nec ad momētum michi respirare liberū est a tribulatiōe malorū z dolore: a tribulatiōib⁹ que inuenerūt nos nimis. Tota dolore cōtabui: pelliq; mee cōsumptis carnib⁹ adhesit os meū. Defecerūt anni mei in gemitibus: z vtinam oīno deficiant. Vtinam totus sanguis corporis mei iam emortui: cerebrū capitis ossiūq; medulle ita dissoluant in lachrymas/ vt in flet⁹ tota pereffluam. Auulsa sunt a me viscera mea/baculū senectutis mee z lumen oculorū meorū perdidi: meisq; votis accederet/si deus infelices oculos meos ne mala gētis mee vlterius videāt perpetua cecitate dānaret. Quis det michi vt moriar ꝓ te fili mi? Matrē tante miserie respice misericordie mater: aut si fili⁹ tuus fons mīe inexhaustus peccata matris requirit a filio/ab ea q̄ sola deliq̄t totū exigat/puniat impiā/z de penis innocētis nō rideat. Qui cepit ipse me cōterat/tollat manū suā et succidat me: et hec sit cōsolatio mea vt affligēs me dolore nō parcat. Ego misera z nulli miserabilis cur in hui⁹ detestāde senectutis ignominiā veni, duorum regnorū dña/duorūq; regū mater exiteram: auulsa sunt a me viscera mea. Generatio mea ablata est: z ꝓuoluta est a me. Rex iunior z comes barānie in puluere dormiūt: z eoꝝ mater infelicissima viuere cogit/ vt irremediabiliter de mortuorū memoria torqueat. Duo filij michi supererāt ad solaciū: qui hodie michi misere et dānate supsunt ad suppliciū. Rex ricardus teneť in vinculis: iohānes frater ipsius regnū captiuū depopulat ferro z vastat incēdijs. In oībus versus est michi dñs in crudelē: et aduersatur michi in duricia manus sue: vere pugnat ira eius ꝓtra me. Ideo z filij mei pugnāt intra se, si tū pugna est: vbi vnus vinculis artatus affligit: alius addens dolorē super dolorem ipsius crudeli tyrannide sibi regnū exulis vsurpare molit. Bone iesu quis michi tribuat vt in inferno, ptegas me z abscōdas me donec pertrāseat furor tuus: donec cessent sagitte que in me sunt, quarū indignatiōe spūs meus totus ebibit. Mors in voto michi est, z vita in tedio: z cum sic moriar incessanter in desiderijs tū habeo mori plenē⁹: viuere cōpelloꝝ inuita, vt vita michi sit pabulū mortis/ z materia cruciatus. O felices inexperti ludibria vite hui⁹: z inopinatos euēt⁹ cōditiōis incerte beato preuenerūt aborsu. Quid facio? cur subsisto? Quare moror misera: z non vado vt videā quē diligit aīa mea vinctū in mendicitate z ferro? Vt quid ei tāto tēpore mater potuit obliuisci filij vteri sui? Tigrides erga fetus suos lamias etiā seuiores emollit affectio: fluctuo tū in dubio. Si eñ a biero deserēs filij mei regnū, q̄ vndiq; graui hostilitate vastat: erit i absentia mea cōi ꝓsilio et solatio destitutum. Si aūt substitero, desideratissimā michi faciē filij mei nō videbo. Non erit q̄ liberationem filij mei studiose pcuret: z q̄ magis vereor ad impossibilem pecunie q̄titatē delicatissimus adolescēs tormētis vrgebit/tanteq; afflictiōis impatiēs facile in mortem supplicijs adiget. O impie crudelis z dire tyrāne q̄ nō es veritus manus sacrilegas immittere in xp̄m dñi: nec te regalis vnctio/nec sancte vie reuerētia/nec dei timor a tāta inhumanitate cohibuit. Porro princeps apostolorꝝ adhuc in apostolica sede regnat z imperat: z in medio cōstitut⁹ est iudiciari⁹ rigor/illudq; restat/vt exeratis in maleficos pater gladium petri: quē ad hoc cōstituit super gētes z regna xp̄i: crux antecellit cesaris aquilas/gladius petri gladio cōstantini: z apostolica sedes preiudicat imperatorie potestati. Vestra potestas a deo est, an ab hoibus? Nonne deus deorum locutus est vobis in petro apl̄o dicēs: Quodcūq; ligaueris super terrā erit ligatū z in celis: z quodcūq; soluueris super terrā erit solutū z in celis? Quare ergo tāto tēpore tam negligēter immo tā crudeliter filiū meū soluere differris, aut potius non audetis? Sz dicetis hāc potestatē vobis in aīab⁹ nō in corporib⁹ fuisse cōmissam. Esto. Certe sufficit nobis

si eos ligaueritis aias qui filiũ meũ ligatũ in carcere tenent: filiũ meũ soluere vobis in expedito est, dũmodo humanũ timorẽ dei timor euacuet. Redde igitur michi filiũ meũ vir dei: si tũ vir dei es et nõ potius vir sanguinũ: si in filij mei liberatiõe torpeas vt sanguinẽ eiꝰ de manu tua requirat altissimus. Heu heu si summus pastor in mercẽnariũ peruertat/si a facie lupi fugiat: si cõmissam sibi ouiculã immo arietẽ electũ/ ducẽ dñici gregis in sauciꝰ cruente bestie derelinquat. Bonus pastor alios pastores instruit, et informat nõ vt fugiant si viderint lupũ venientẽ: sed aias suas pro ouibꝰ suis ponat. Aia tua tibi queso salua sit: dũmodo nõ dicam ouis tue, sed filij tui liberationẽ crebris legatiõibus/salutaribus monitis/cõminationũ tonitruis/generalibus interdictis/sentẽtijs terribilibꝰ studeas ꝓcurare. Sane se: ovestrã ꝓ eo aiam poneretis qui ꝓ eo dem adhuc vnũ verbũ dicere aut scribere nõ luistis. Dei filiꝰ (testimonio ꝓphete) de celo descẽdit/ vt educeret vinctos de lacu in quo nõ erat aqua. Mũquid qs decuit deum, dedecet dei seruũ? Filiꝰ meus torquetur in vinculis: nec ad eum descendis/nec mittis/nec moueris super cõtritione ioseph. Xps hoc videt z silet: sed opus dei negligenter agentibus abundanter in summa districtiõe retribuet. Legati nobis iam tertio ꝓmissi sunt/nec sunt missi vt verũ fatear, ligati potiꝰ q̃ legati. Si filius meus in ꝓsperis ageret ad simplicem eiꝰ vocationem festinãtius accessissent: qz de magnifica eius munificentia z de publico regni questu sue legationis vberes manipulos expectarẽt. Et quis questus eis gloriosior esse posset q̃ regem liberare captiuum/reddere pacem populis/ religiosis quietem/et gaudiũ vniuersis? Nunc autẽ filij effrem intẽdentes z mittentes arcũ in die belli cõuersi sunt: z in tempore angustie dũ lupus prede incubat/canes muti latrare aut nõ possunt aut nolunt. Hecccine promissio illa est, quam nobis apõ castrũ radulphi cum tanta dilectionis z fidei protestatione fecistis? Quid ꝓfuit vobis simplicibus dare verba: et illudere vota innocẽtium inani fiducia? Sic olim rex achab fedus amicitie cõtraxisse cum benadab perhibetur/illoq̃z mutuam dilectionem euẽtus habuisse infaustos audiuimus. Pugnas iude iohãnis symõis machabeorum fratrum celestis dispẽsatio felicibus ꝓsperabat auspicijs. Missa vero legatione, sibi firmantes amicitiam romanorꝫ/dei perdiderunt auxilium: nec eis semel, sed sepius venalis eorũ familiaritas versa est in singultũ. Solus desperare me cogitis: qui solus post deũ spes mea/populiq̃z nostri fiducia fueratis. Maledictus qui cõfidit in homine. Vbi est ergo nunc prestolatio mea? Tu es dñe deus meus. Ad te dñe qui laborem cõsideras/ sunt oculi ancille tue. Tu rex regũ et dñs dñantium/respice in faciem xpi tui: da imperiũ puero tuo/et saluũ fac filium ancille tue: nec in eo punias delicta sui patris, aut maliciã matris sue. Ex certa z publica relatiõe cognouimus/q̃ imperator post ligieñ. episcopi mortẽ/ quẽ funesto gladio longa tũ manu dicitur occidisse Olmeñ. epm et quatuor eꝗos cõprouinciales eius: salintaneñ. etiam et tuneseñ. archiepos coartat miseria carcerali: et quod auctoritas apostolica nullatenus dissimulare debuerat sicilia quam a tẽporibus cõstantini constat esse patrimoniũ sancti petri post legationes/post supplicationes/post cõminationes apostolice sedis in perpetuum romane ecclesie preiudicium vsurpatiõe tyrannica occupauit. In oñibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extẽta. Grauia quidẽ intulit: sed certissime potestis expectare in ꝓximo grauiora. Hi ei qui debuerant esse colũne ecclesie/in oẽs ventos arũdinea leuitate mouent. Vtinam recolerẽt q̃ ꝓpter negligentiam beli sacerdotis ministratis in sylo gloria dñi de israel translata est: nec iam parabola tẽporis ꝓteriti est, sed presentis. Quia repulit dñs tabernaculũ sylo/taberna culũ suum vbi habitauit in hoibus: z tradidit in captiuitatem virtutẽ eorũ, z pulchritudinem eorũ in manus inimici. Imputatur eorꝫ pusillanimitati/q̃ ecclesia cõculcatur/periclitatur fides/oppꝛimit libertas/dolus/patiẽtia/ et iniquitas impunitate nutritur. Vbi est qd dñs ecclesie sue qñq̃z ꝓmisit: Suges lac gentiũ z mãmilla regũ lactaberis ponam te in superbiã seculorꝫ: gaudium in generatione z generationẽ. Ecclesia olim superborꝫ z sublimiũ colla ꝓpria virtute calcabat/ legesq̃z imperatorũ sacros canones sequebantur. Nunc aũt ordine turbato nõ dicam canones, sed canonũ conditores prauis legibus z cõsuetudinibus execrãdis artanẽ. Detestanda potentũ flagitia tolerant, nec est q̃ mutire audeat z in pauperũ peccata dũtaxat rigor canonicus exercet. Ideo non immerito anatharsis philosophus telis aranearũ leges z canones coparabat/q̃ aialia debiliora retinẽt: fortia aũt transmittũt. Astiterũt reges terre z principes cõuenerunt in vnum aduersus xpm dñi filium meũ. Vnus eum torquet in vinculis. Alter terras illius crudeli hostilitate deuastat. Et (vt verbo vulgari vtar) vnus tõdet: alter expilat. Vnus pedem tenet: alter excoriat. Hec videt summus pontifex/ et gladiũ petri supprimit in vagina repositum. Sic addit cornua peccatori: ipsaq̃z taciturnitas eiꝰ presumitur ad cõsensum. Videtur eñ consentire qui cũ possit non corripit/ z dissimulatrix patiẽtia societatis occulte scrupulo nõ carebit. Imminet sicut predixit apostolus tempus dissentionis, vt perditiõis filius reuelet. Instantq̃z tempora periculosa vt scindatur tunica xpi inconsutilis vt rũpatur retibe petri, z catholicẽ vnitatis solidtas dissoluat. Initia malorꝫ sunt hec sentimus grauia graviora timemus. Hec ꝓphetissa/ nec filia sum ꝓphete: plura tũ de futuris turbationibus dolor dicere suggerebat: sed ipsa verba q̃ suggerit surripit: spiritũ eñ singultus intercipit, et eiꝰ vires meror absorbẽs/ vocales meaꝰ anxietate precludit.

¶ Arguitur electus qui redditus ꝓhibitos z collatos alijs sibi appetit retinere.

Epistola.cxlvij.

Anorius eps seruus seruorũ dei vniuersis xpi fidelibus per turoñ., puinciã constitutis Salutẽ ⁊c. Exultet in dño suorũ turba fidelium/ ⁊ in vocẽ benedictiõis gratiarꝫ ⁊ laudis leta bũda, prumpẽs: cum apl̃o dicat Benedictus deus ⁊c. qui nos in oñi tribulatiõe cõsolatur. Minis quidẽ natus est sibi soli, minus intẽtus est, pprijs, nimis negligit cõem causam populi xpiani qui diebus istis in mẽtis angustia et tribulatione nõ fuit: cũ sciret xpianam ciuitatẽ damiete magnã ⁊ munitissimã obsedisse, in ipso quasi medio paganismi vbi a fidelibus alijs tanto terrarũ maris ⁊ vallis interuallo diuisus: ⁊ ab infidelibus ex oñi fere parte circũdatus nõ tam obsidens dici poterat q̃ obsessus. Cuius vestrũ animus ad dubiũ non pẽdebat et pauebat euẽtum, non tam, p singulorũ salute sollicitus q̃ p vniuerso exercitu spe ac timore alternãte suspẽsus: immo quis ipius non obliuiscebat exercitus, quis eius recordabat populi pẽsans sub q̃to staret discrimine: q̃ ve tenui filo pẽderet honor totius populi xpiani. Profecto in eo erat statu res posita/ vt idem exercitus de viribⁱ⁹ suis iam oñino diffideret: ⁊ memor magnalium que diuina potẽtia, p fidelibus suis facere cõsueuit/ de ipsius sola miseratiõe speraret. Vnde ipse qui de sua sperãtes misericordia nõ relinquit/ qui, ppe est oñibus in veritate inuocãtibus nomen eius/ qui suos in tribulatione dilatat, vt cũ se cõsumptos putauerint. Oriantur ecclesie in eorũ manibus tam mirabiliter q̃ misericorditer/ antedictã tradidit ciuitatẽ nõ solũ thesauris, sed etiã victualibus longe plⁱ⁹ spe ⁊ opiniõe repletam. Et vt huius rei gloriã euidẽter noi suo daret: nullus xpianorũ in eius captione interijt/ aut etiã letale vulnus accepit: sicut venerabiliũ fratrũ nostrorũ. P. abbani epi ⁊ aplice sedis legati, cuius ministerio deꝰ potissimũ vti voluit in hoc facto/ necnon pharchebiterosol. ⁊ regis ⁊ fratrũ hospitalis ⁊ tẽpli ac dom⁹ theutonicorꝫ hierosolimis littere nobis misse liq̃de manifestãt. Et vt manifesto diuini fauoris letarẽt ⁊ cõforta rent iudicio cũ timerẽt ne ipsis ciuitatẽ intrãtib⁹ circũstãs sarracenorꝫ exercitus castra inuaderet/ eorũdem

fluuius diuino nutu adeo inundauit subito/ vt inaccessibilia reddiderit castra ipsa: et manifeste patuerit q̃ p xpicolis ꝓtra insensatos ipsa elemēta pugnarēt: pluribus miraculis alijs ibi factis q̃ longum esset per singula enarrare. Psallite igit deo nostro: psallite regi nostro psallite. Psallite quidem sed vtiq̃ sapiēter non elatiōe tumidi: sed humilitate deuoti. Recognoscentes prudēter et humiliter confitentes q̃ non manus humana: sed dñs fecit hec oīa vt qui gloriatur in dño glorietur/ eiq̃ laudes ⁊ gratias factis p̃ singula oportuna loca ꝓcessionibus solenniter exoluentes Porro cum dñs fecerit nobiscum signum in bonum cum tantū nobis ostiū aperuerit/ nunquid deerimus gratie suā nobis dexteram porrigētis: qui memor est improperiorꝫ suorum que fiunt a sarracenis insipiētibus: tota die exurgēs iudicare cepit causam suam/ et inimicos suos terribiliter dissipare. Nūc certe nūc tēpus est de somno corporis exurgere: nunc necesse est athletis nostris existētibus ibi succurrere festinanter ⁊ ydolatris a dei facie fugientibus toto conatu/ totis viribus/ toto posse rerū et personarū instare: dum recenti adhuc vulnere trepidant: dū ex captione ciuitatis predicte que caput ⁊ robur egypti fuerat consternati/ nullum locū sibi cōtra xpianorum immo contra xpi potentiam tutū putent. Denicq̃ nunq̃ subuēctione amplius indiguit exercit⁹ xpianus, cū nequaq̃ sufficiant et ad pdictā incolere et ꝓcedere ad alias impugnādas: sine quibus cū illa teneri a xpianis nō possit, nō restat nisi aut eam cū tanta gloria conquisitā ignominiose deserere/ aut circūstātes expugnare viriliter/ et xpiano noīe preeunte deo feliciter subiugare. Nos quidē futuris preterita coaptātes, illa videmur tempora intueri quib⁹ machabei sancta sua, pfligatis gētibus cū magna populi sui letitia restaurarūt: ⁊ de diuine pietatis abūdantia cōfidentes speramus q̃ modernis temporibus hec in populo xpiano debeat letitia innouari. Monemus igit vniuersitatem vestrā: rogamus et obsecramus per aspersionē sanguinis iesu xpi: quatenus accēsi hmōi letitie desiderio ad subuēctionem exercitus sepe dicti renouatis animis et viribus in tante opportunitatis articulo intendatis. Nos autē preter fratres a principio indulgētias innouantes omnibus qui laborem istum in proprijs personis subierint/ et expensis: ac eis nichilominus qui non in ꝓprijs personis illuc accesserint, sed in expensis suis iuxta facultates suas destinauerint/ necnō ⁊ istis quibus in alienis expensis/ in ꝓprijs tamē personis excesserint plenam suorū peccatorū de quibus fuerint corde cōtriti ⁊ ore confessi veniam indulgemus: et in retributiōe iustorū eterni premij pollicemur augmētum. Huius quoq̃ remissiōis volumus ⁊ cōcedimus esse participes iuxta q̃titatem subsidij et deuotionis affectum, omnes qui ad subuētionem predicti negocij de bonis suis congrue ministrabūt: aut impendēt consilium vel auxilium oportunum.

¶ Littere affectionis. Epistola.clxxij.

Dilecto et super oīa diligendo. H. dei gratia Batoceñ.epo. P. Bleseñ. Salutē: et si quid preciosius est salute. Litteras vobis septissime destinassem: sed vereor ne importunitati detractor ascribat: si minus tempestiue vestram interpello sollicitudinē publicis ecclesie vtilitatibus occupatā. Verū posthabito detractiōis vniuerse discrimine, loquar ad dñm meū cum sim puluis ⁊ cinis. licet eñ supra hominē sit, tamen se non diffiteē hoiem: ⁊ qui in hac dissimulatiōis terra/ ⁊ inter caldeos officinas mūdicia castitatis, puritati cōuersatiōis angelice se cōformat, glorie secularis aura nō quatitur. fauorē populi calcās quē alij cum labore venātur. Offerat itaq̃ dñs meus caput hostie, ⁊ qd̄ fideliter cepit ⁊ feliciter exitu feliciore cōsummet: ⁊ cui⁹ nomē vnguētum effusum est xpi bonus odor in vitā/ vt qd̄ mutabile est cōuertatur in solidum: ⁊ qd̄ mundanū in celeste/ ⁊ qd̄ temporale est in eternū. Posui os meū in celum, ⁊ sapiētiam insipiētissimus doceo: q̃ scateo immūdis cōscientie vermibus eā moneo cuius cōuersatio in celis est: qui vt mirre fasciculus iam inter spōse vbera cōmorator. Ipse est eñ qui in mundo existens mūdū ignorat: ⁊ carnis ꝓprie persecutor in odore vnguentorū decurrēs cātat Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera ei⁹ amplexabit me. Imposuissem vtiq̃ ori meo silentium: nisi qꝫ scriptū inuenio. Abone sapientem ⁊ te diliget, argue imprudentē et te habebit exosum. Habal ex correptiōe legit deterior/ pharao pertinacior/ moyses ex correptiōe resipuit/ balaam ex asine loquela maledicēdi reuocauit ꝓpositum. moyses ad ammonitionē ietro/ publice administratiōis officia cōsultius dispensauit. Audiat itaq̃ dñs meus asinū rugientē: ⁊ recensentē verbū illud apli. Quotquot pfecti sumus, sum⁹ tñ imperfecti. Et alibi. Cum oīa bene fecerim⁹ dicamus qꝫ serui inutiles sumus. Job siquidē attestāte. Qui deo seruiūt non sunt stabiles: ⁊ in angelis suis reperit prauitatē. Helyas se solū iustū existimās/ clamabat ad dñm. Dñe altaria tua subuertērūt/ ꝓphetas tuos occiderūt: ⁊ ego solus remāsi inter eos/ et querunt aiam meā. Quem dñs increpans. Adhuc (inquit) restant duo milia: qui nō curuauerunt genua sua ante baal. Petrus ibi lapsus est: vbi confidentius ꝓmiserat se staturū. Qui ergo stat/ videat ne cadat. Diffusius vobis scribere: sed vereor ne videat epistola cōuerti in sermonē. Indue queso tunicam talarem iacob carissime: ⁊ sicut hucusq̃ fecisti, perseuera vt cōsummes: pugna legittime vt triumphes: principium ⁊ finis omnium deus tuo finē coaptet initio/ teq̃ sibi sanctum/ ⁊ nobis conseruet incolumem.

¶ Contra pestem symonie. Epla.clxxiij.

Carissimo dño et amico. R. ar. Aureē. Magister Petrus Bleseñ. Salutem in auctore salutis. In te dum esses paruulus generose indolis ꝓmitias admirabar: verū tamen in agro quē exactissima diligētia coluerā, inimicus homo superseminauit zizaniā: vnde ⁊ minuerat semina-

diligētie doctrinalis, de quib⁹ incremēta frugū iustitie fiduciaiter expectabā: in loliū tribulosq̃ degenerāt. Hāc queso exhortatiūculam meā amice charissime cū equanimitate sustineas. Moneo eñ te si forte exaudias/ si fortevelis auellere iniquas plantatiōes/ radicesq̃ vipereas quas nō plantauit pater me⁹ celestis: ideoq̃ tanto fortius explantande sunt/ q̃to enormius sunt plātate. Nō parcā tibi vt parcat tibi deus, licet sis maior me ⁊ eminētior dignitate: frater tū me⁹ es: nolo vt vox fraterni sanguinis clamet ad dñm cōtra me. In tertio regū dicit dñs ad filiū ꝓphete: qꝫ dimisisti virū dignū morte/ erit aīa tua p aīa illius. Ad oēs etiā se porrigit verbū istud hieremie dicētis: Ad ledictus q̃ prohibet gladiū suū a sanguine. i. ab interfectione peccati. Solebas tibi consuere perizomata de folijs. i. de leuitate adolescētie tue/ et etatis lubricum allegare ad excusandas excusatiōes in pctis: sed iam in etatis virilis plenitudinē euasisti. Aruerunt folia q̃ vite tue turpitudinē obtegebāt: immo qd̄ deterius est in palpebris fame cōis tuos enormes act⁹ publice et patēter exponis/ vt tibi cōueniat qd̄ scriptū est: Peccatū suū sicut sodoma predicauerūt. vbū autē ꝓphete est. Nolite ascēdere in galgala, ⁊ ne ascēdatis i betha uen. i quo prohibemur nostrū publicare pcim, ne sim⁹ alijs ruine occasio/ et pditionis exemplū. Ozeas ꝓphēta sub typo israel loquit ad iam publice delinquētē dicēs. Si deliqsti israel, nō delinquas saltē iuda: vtinam lectiōi assuesceres: frequēs ei lectio mores eliminat incultos/ ⁊ regulā debite correctiōis inducit. Ler tetolyas rex iuda cū in ei⁹ ꝓtia deuteronomiū legerē licet puer esset/ audiēs cōminatiōes legis timore pcussus est: scissisq̃ vestibus sedit ⁊ fleuit corā dño: eo q̃ nō obseruasset ꝓcepta ipius. Percussit itaq̃ fedus corā dño/ q̃ ambularet in oibus ꝓceptis ei⁹: electiq̃ oīa vasa immunda de domo dñi, altaria etiā lucosq̃ destruxit. Tu vero sordes auaricie ⁊ immūdicias simonie ab eccl'ia dei nō eijcis sz inducis: cū scias dñm aduersus venalitates hmōi grauiter excāduisse: ⁊ tāq̃ abhorrēdas abhominatiōes in aiaib⁹ eiecisse flagellis: ⁊ nūc acuit vt fulgur gladiū suū/ vt carnes deuorет gladius ei⁹, ignisq̃ cōsumat vsq̃ ad inferni nouissima. Tetendit arcū suū ⁊ in eo parauit vasa mortis aduersus eos quos posuit capita ⁊ cardines aliorū. Verbū amos ꝓphete est. Vidi dñm stantē ad altare ⁊ dixit percute cardinē: et amoueat sublimina re eius. Auaricia ei in capite oīm: ⁊ ego interficiam eos gladio. Auaricia hec symoniaca ipsa est omis interficiēs/ brucellus pessimus/ erugo/ ⁊ tinea cordis: q̃ bona oīa eruginat ⁊ cōsumit. Nobilis eccl'ie quondā venerabile nomē prostat: et in questu p meretrice sedet. Et vñ tibi amice carissime obrepsit hec pestis? Quis te fecit discipulū symonis: ⁊ gyezi successorē? Quis te cōstituit emptorē lepre/ et spūalis olei venditorē? Nū poterant tibi sufficere redditus canonice acquisiti et eccl'iastice facultates, nisi edificares syon in sanguinib⁹: atq̃ venalitate execrabili et dānabili questu diuitias cōgregares? Vsu ⁊ experientia quotidiana cognouimus spiritualiū vēditores, q̃to maiori semper egestate cōfundi. Nō habet euētus sordida preda bonos: ⁊ ideo q̃q̃ quecūq̃ malīgne traxit auaricia/ luxu petore refundit. Achor de anathemate hiericо tulit, ⁊ lapidatus est. Chore spūale officiū vsurpauit: et igne celitus misso cōsumptus est. Jason ab anthioco sacerdotiū emit: ⁊ extinctus est ignis quē accenderat hieremias. Saul munera detulit ad ꝓphetā: et in ira dei cōstitutus est. Jeroboam oībus q̃ manus ei⁹ implebant sacerdotiū conferebat: ⁊ domus ei⁹ subuersa est. Balthasar qꝫ vasis tabernaculi abutebat, captus ⁊ occisus est. Dathan ⁊ abyron a terra absorpti sunt: qꝫ spūali officio sunt abusi. Deterreat te queso lapidatio achor/ incēdiū chore/ lepra gyezi/ et pecunia symōis. Reprobatio saulis/ subuersio dom⁹ hieroboam/ ruina dathan et abyron/ extinctio ignis sub iasone. Ille ignis est spūs sanctus qui per malicia in vobis extinguitur. Ideoq̃ scriptū est. Spiritū nolite extinguere. Cedat tibi ad documētum discrimen alterius/ ⁊ non tuum. Aliorū pena te instruat/ ne similiter puniaris. Adulcrato eñ pestilente/ sapiens sapientior erit: lauabitq̃ iustus manus suas in sanguine peccatoris.

¶ Consolatoria super morte amici.

Epistola.clxxiiij.

Amor flebilis ⁊ tristis aduentus in terra nostra nuper insonuit amaritudine plen⁹, ⁊ plenitudine doloris nō vacuus/ ac diri nouitate vulneris corda nostrorū saucians: cūctis quidem dolendus fidelibus/ cūctisq̃ xpicolis deplorādus. Sed nobis eo ferēdus molestius/ eo acerbius molestandus: quo inter luctuosa pcula ⁊ anxietates funebres cōstituti: vnde subuentiōis expectauimus auxilium/ vnde trāquillitatis portū de tot fluctibus cōfidimus obtinere: vñ denicq̃ terre sancte p incremēta tempor a primeuis tēporibus beneficia cōtinuata ꝓuenerint ⁊ grata remedia se effundūt/ illuc pcbdolor refundere antidotū consolatiōis cōpellimur: illuc cōpassiōis affectum expādere cogimur: illuc denicq̃ mitigatiōis vnguētum et curationis solaciū ministrare artamur. Sed qui vestris luctibus desistendis, et nostris repellendis periculis nequaq̃ sufficimus: quomodo ad tēperamentum tam acerbi doloris vestre celsitudinis sufficientes poterimus reperiri: q̃ nostris mitigandis vulneribus/ vel curandis oīno defecimus: qualiter materno vulneri medicātis manū, ⁊ medicine remedium apponemus. Scimus quidem animū vestrū ex acerbo raptu talis dolentem non modicū/ et intimis precordijs sauciatum: nec immerito, qꝫ turbato fratalitatis ordine mater p filio lachrymas offeret, quas matri filius reseruabat. Juuenem necdū firme puberem prius ꝓspicit intēpestiue mortis subijsse iudiciū/ q̃ senectutis indiciū aduenisse. Et qui successor talis dignitatis expectabat ab oībus: nūc sicut flos decidēs ante fructū: sicut fructus decerptus statio temporis immaturi iuste eluget et deploratur ab omnibus

qui posteritatē talium diligūt:7 generis sui immortalia cupiunt incrementa. Ad magna igit vndiq; dolendi materia, sed nō desunt consolationi antidota:si rationem vis doloris admitteret, si nō carnalis sensus sequimur voluntatē:sed cum prudētiam 7 regum exempla reuoluimus antiquorū:sane rex ille inclitus 7 spiritu dei plen⁹ eloquimur, licet in morbo nati lugeret grauiter/et luctuosos deduceret dies:tamē in funere nati non solum se sed 7 alios cōsolatione multiplici a doloris pelago releuauit. Dum se iturū ad filium/filium de cetero nō rediturū ad eū: nec fletus alicuius subsidio reuersurū/ tam ꝓphetico spiritu q̄ humane fuit ratiōis perspicacitate ꝓfessus. Adhuc memento inclita dña vos filiū genuisse mortalē/nec vllam momentanee mortalitatis celsitudinē accepisse/nec satis diuturnam doloris habere materiā: dum vnius subtractione filij quem dñs tanta dotauit sobole/ tanta denicq; ꝓsperitate ditauit:quis spiritus etiā si idcirco humane generatiōis nouacula vite telam in nato regio quem nondū perfecte texuerat tempestiue precideret: ne fascinatio nugacitatis in posterū auerteret sensum eius/et mūdane fictionis dolositas deciperet aiam illius. Et ideo q̄ placita erat deo aia eius/placēs ideo factus dilectus: de tenebris ad lucē/de carcere ad regnū/de mortalitate ad vitam/ de exilio denicq; ad patriam est trālatus. Sed quid agamus:nūquid nō indigne reprehēsioni patebimus:cū potū fonti/cibū panī/ cōsolationi cōsolationem presentamus? Scimus equidē inclite dñe, ac in totū orbem per dei gratiā fama regalis nois est diffusa: q̄ et si ex naturali affectu materna viscera sup funere tanti nati/7 raptu talis liberi sunt cōmota:tamē ex celestis carismatis vnctiōe qua vos pre ceteris predecessorib⁹ vestris oīnipotēs copiose perūxit:alios ad exemplū virtutis 7 patiētie tanta in vobis cōsolatio redūdauit/ q̄ refusa in alios alijs refrigerium prestitit, alijs exultationem refudit, alios ad exemplū virtutis 7 patiētie ꝓuocauit. Preterea excellētissima 7 dña specialis/7 verbis consolatorijs velut minus sufficiētes 7 idonei desistētes magnitudini vestre cōpassionis precordia/7 deuotionis insignia intimamus:quibus totus populus acoñ.audita morte carissimi talis in plene subiectiōis et affectiōis ostēsionem effluxit. Nā vniuersis prelatis et rectorib⁹ ecclesiarum regniq; hierosolimitani baronibus/ac vniuerso ppło aduocatis in ecclia sancte crucis/celebratisq; ex more exequijs:ac in crastinū missarum solennijs per legatū sedis apl̄ice celebratis/magnaq; data indulgētia ex parte legati 7 alioꝝ prelatorum predictus legat⁹ nobis sibi assistētibus, p requie mortui speciales orationes iniūxit populo vniuerso. Sed 7 ꝓ vita regis regine 7 filiorū 7 fratrum conseruanda per tēpora longiora specialius 7 amplius orare mandauit. Regnum 7 regem cum consorte 7 liberis bethleemitane puerpere deuotius recōmendans sicut semper in suis sermonibus consueuit.

¶ Littere inductiue. Epistola.clxxv.

Sublimitati vestre credimus notū esse/q̄ iam diu cū ceteris cardinalibus inclusi stetimus, p summo pōtifice eligendo: 7 q̄ nōdum potuimus vnanimiter concordare, sed inq̄rū per preterita cōijcere possum⁹ de futuris: immo inq̄rū nos docēt ea q̄ singulis dieb⁹ tractamus pñtialiter 7 videmus/ visibiliter timere possum⁹ q̄ tractatus in eccl̄ie romane non modicū periculū in longi tēporis spaciū trāseat, ac in eiusdē ecclesie multarūq; regionū: ne totius dicamus xp̄iane religiōis detrimentū electo summi pōtificis differat. O quot per diuersa mundi climata noua insurgūt scādala:quot pūncias turbat seditio/ quot regiones 7 regna cōcutit bellica rabies: quibus 7 si romana ecclesia materno cōpatiatur affectu: ipis tñ q̄ vidua nequit effectualiter pūdere:p his quoq; dolemus 7 gemimus. Sed maxima vobis est per dei gratiā cōsolatio reseruata:q̄ vez feruenti desiderio et desiderabili feruore vos ecclesie deuotū nouimus: et tanto erga ipsam cōstantiores/q̄to maioribus ꝓcellis 7 tumidioribus fluctibus visa est agitari/ vt sic fides vestra multo purior sit auro qd̄ per ignem ꝓbat: qd̄ quidē multorū conatus illicitos reprimit/ ac presumptuosam limitat audaciā 7 cōpescit. Cōsolamur etiam q̄ serenitati vestre cordi esse scim⁹ terre sancte tribulatiōibus 7 periculis subuenire:ad quos vos inclitosq; liberos vestros diuine crucis assumpto signaculo viriliter accinxistis. Ceterū vt cū gratia vestri loquamur sincero cogēte affectu/quo vos toto corde diligimus:q̄ nūs huius terre sancte credamus vtilē: terre tñ vestre ac ecclesie romane ipm minus nolle formidam⁹: forsan ei plerq; iamdudū suas nequitias cōceperūt, quas ausi nō sunt in excellētie vestre pñtia parturire:quibus p absentiā facultas permittit/ vt qd̄ nequiter est ꝓpositū nequius ꝓpetret. Pēset hec igit et alia multa regalis sublimitas/et eā nō pigeat cōsiliū in melⁿ immutare/vt vez tali trāsfretante cū honorabili comitiua: cui quotiens oportuerit tā pecuniaꝝ q̄ militare poteritis subsidiū destinare: vos vestriq; liberi quos tenella nō sinit etas adhuc armoꝝ onera supportare/7 terre vestre multorūq; alioꝝ/7 eccl̄ie romane vtilitatib⁹ multiplic cōsuletis: quare has vtilitates alijs suadem⁹ 7 credim⁹ pferēdas. sed si placet parcatis nobis q̄ sic loquimur: vrgēs ei necessitas 7 euidēs vtilitas: ac insup affectus sinceritatis quo vos diligim⁹/tota aī puritate ad hoc specialiter nos inducūt.

¶ Littere amicabiles. Epistola.clxxvj.

Enet de magnificentia vestra consideratio nis nostre iudicium/ q̄ de cōtinentia status nostri 7 talis cure, pcessib⁹ vos delectat audire rumores quos felices in dño vos nouimus cōtinue affectare. Qua propter vt sup his expectatio vestra certitudīe digna nō careat: cui de his tam nunciorum q̄ frequens litterarū nostrarū narratio veritatē potuit hactenus attulisse. Celsitudini vestre deferimus/q̄ diuina nos, psequēte clemētia, voti satis nobis affluunt bñficia corporee sanitatis/ q̄ q̄

de reformatione talis ecclesie cui cū alijs talibus incessanter insistim⁹, nos priuat anxie sollicitudinis cogitatio curiosa. Tandē speramus in dño qui pietatis sue dona continere non nouit/q̄ ad id sic salutaris semitā preparabit/ 7 faciet tractatorum mentes vnanimi voluntate cōcordes, q̄ eidem ecclesie de tam bono 7 vtili pastore in proximo prouidebitur, 7 ipsi deo cedet ad laudem:et christiane ꝓfessioni copiose salutis ꝓuenient incremēta, et de ipso dñi talis vestro ac vestra vota poterunt tranquilla suauitate letari. Et autē de pcessibus continentie vestre quam psperam affectamus: placitis nobis vtinam rumoribus satisfiat. Rogamus quatenus quibus vobis ꝓpicier beneficijs benignitas saluatoris, vestra nobis si placet insinuet responsiua: per quam nobis etiā si placet intimetis si qua nos vobis velitis efficere placitura.

¶ Consolatoria super morte viri et filij. Epistola.clxxvij.

In mundi rota volubili cōstituti si successus varios sentiant/7 ex tēporis mutabilitate instabili diuersas vicissitudines patiant:nō mirant nec stupent qui recto regunt iudicio cōposite rationis. Nouunt enīm q̄ nil potest consistere solidum:cuius est sub motu perpetuo fundamentū. Ideoq; felici quadā ꝓuidentia casus volentes preuenire ambiguos/7 accidentia futura cōtemnere: sic dispositiōe nobili virtuose constantie suos animos statuerūt/ vt equanimiter oñia supportātes: nec minantē fortunā pertimeāt/nec congaudeant in ꝓsperis. Hec est laudanda magnanimitas:que ꝓsperis non extollit/nec frangit in aduersis: sed in omī aduētu permanēs eadem sufficit ipsa sibi. Sane de talib⁹ partibus p̄m varietatē ipsius vos rumores audisse credim⁹ plurimos/ 7 inter alios iocūdum xp̄iani exercitus pcessum per vestrorū inclite recordationis dñi regis cōsortis/ et dñi iohānis filij: ne dicamus obitū, sed gloriosum transitū ad supna multipliciter desolatū. Et licet serenitatē vestrā sic predicte magnanimitatis virtute possim⁹ dotatā presumere: ac tanto vti iudicio ratiōis/ vt hac aduersitate irreuocabili vltra nature debitum nō frangat: caritas tñ qua vos sincere diligimus/ nos cogit credere qd̄ vis doloris virtutē nesciat: 7 tristitie metus modū debitū nō dimittat. O vtinā non sic agitemini superflui doloris fluctibus/nō sic absorbeamini immoderate tristitie faucib⁹: quin attēdatis sollicite q̄ mors nil aliud est q̄ pegrinatiōis termin⁹/finis miserie/laborū meta/exilij limes/ianua patrie/natiuitas vite/principiū beatitudinis/ p̄mium premiorū omnibus qui in dño morunt. Cum igit predicti xp̄i pugiles/fidei zelatores, p agone suo regnorū, put speramus stipēdia percipient eternorū: laudandum est potius de cōmercio tam felici. vbi, p terrenis dātur celestia:, p transitorijs sempiterna. Sed 7 si cōsolationem velimus tempora lem admittere: nō potestis totaliter quasi vidua plangere, vel quasi desolata desolationis incōmoda deplorare. Ditauit enīm vos altissimi clementia, ple multiplici/vt iocunda liberorū minoritate tolerabilior sit vnius sublatio:7 viri carētiam residua suppleat multitudo. O si mater vestra tanto fuisset tempore potita cōiugio/si tot liberorū optato vsa solatio/si tot filiorū septa cōsortio:cessisset profecto doloris materia gaudijs liberorū. Hec itaq; diligenter sublimitas vestra consideret: 7 inutilibus finem ponens lachrymis/vlterius doloze nocuo non adijciat damna damnis.

¶ Littere amicabiles consolationis. Epistola.clxxviij.

Quia cōuenit vt talem super graui talis obitu consolemur, oportunū tibi duximus cōmittere/vt talem personā sine dilatiōe personaliter adeas/litteraq; de credētia quas sibi dirigemus exhibeas: eas ei latoꝝ presentium tibi trader. Ordinabis itaq; cōsolationis apud eā sermonē ex parte nostra sicut oportunū videbis: cōpassionem nostrā quā ad tot⁹ xp̄ianitatis et ecclie romane statū:necnō psonis ipsius/7 turbatā animi sui trāquillitatem pēsato talis principis dāoso defectu dirigimus:ordine cōgruenti exponēs/7 cōsolationis subsidiū gēs remediū, quod in superstite, ple tam laudabiliter disposita: 7 potentie ac amicorū/nec min⁹ gratie diuine roboze suffulta ipsa pōt assumere dei beneplacitis ascribendo humane fragilitatis debitū qd̄ subire erit necessariū oī carni. Postremo vero te nullatenus omittere volumus/vt ei bonā volūtatem vestram:et ꝓmptā sollicitudinē in oībus negocijs suis 7 suorū offeras ex parte nostra. Rogās et instās vt beneplacitorum suorū, pmotionem fiduciaiter nobis cōmittat:q̄ fideles et voluntarios oīm efficacia nos reperiet:et etiam magis attentos q̄ hactenus fuerimus: qñ sibi de cetero magis nouim⁹ expedire. His itaq; et alijs que videris oportuna et digna attente pensatis:ad eorum presentiam te conferas sine mora.

¶ Redargutur episcopus eo q̄ presumptuose egit. Epistola.clxxix.

Alis cardinalis venerabili fratri epō parisien. Salutē in dño. Nō bene pōdus in se cōtinent, si diligenter attēdis ꝓba que scribim⁹: cū ex graui materia, pdeāt admirationē non modicā nostris ingerentemētibus: 7 quasi nouū gen⁹ dissimilitudinis iudicante: cuius negocij qualitas 7 facti minus cōgrui nouitas euidentē causam insinuāt qua de te/tuisq; pcessibus quos circū spectiōis grauitas/ quos vitatis preuidentia/quosq; iustitie rectitudo p̄uenire merito debuerūt mirari cōpellimur et turbari. Sic se reb⁹ habētib⁹ sicut sunt ad nostrū auditoriū introducte. Nic siq̄dē accepim⁹ ꝓtigisse q̄ cū ad auditū tuū pueniſse pēderis venerabilē fratrē nostrū. A. tituli sctē praxedis presbyter cardinalē fuisse viā vniuerse carnis ingressum: tu nō ex pctō q̄ de statu tali tāteq; psone certior habereris: quinimmo, ꝓpe volūtatis arbitriū equitati preferēs: 7 qd̄ exigebat in hac parte iustitie debitū

pretermittens: ad domũ in qua fui archidyaconatus parisieñ. cure tenebatur, quãq; venerabilis frater noster. R. scti angeli dyaconi cardinalis ad se spectantẽ sibi ad tẽpus duxerat cõcedendam, bailliuũ et quosdam alios tuos nũcios destinasti. Officium dicti. A. cardinalis per eos districtius inhibens ne iurisditionem aliquam exerceret: eius sigillifero nichilominus iniungendo, q̃ sigilla dicte curie resignaret frangenda sicut fieri ꝓ tempore obeũte parisieñ. archidyaconus cõsueuit. Et licet idem sigillifer saisitis eisdem sigillis, ⁊ in quadam bursa reconditis per bailliuum ⁊ nũcios supradictos ad te super his recursum fiducialiter habuisset: et vt hic reuocares cum instãter postulasset asserens dñm suum viuere ad questiõis litteras quas ab eo de nouo receperat, et in quib⁹ specialiter habebatur q̃ sospitate vigebat tibi pareter ostendẽs: cum non solum q̃ non desistens a grauaminibus sic inceptis: iterũ etiam respondens eidem sigillifero expressius precepisti: q̃ cum de morte prefati cardinalis tibi plene constaret predictis sigillis penitus resignatis/ de ipsorum emolumẽto percepto a tempore quo eundem archidyaconũ decessisse dicebas ⁊ redderet rationem: finaliter autẽ officium ⁊ sigillifero loco gratie que manifesta potl⁹ et enormis apparet iniuria diceris concessisse: et in exercenda iurisdictione offic̃. coniudicem ⁊ sigillifero consigillatorem adiungens, ac emolumẽtum ex sigillis ꝓueniens in sequestro quotidie poneretur. Profecto tali cõueniente locũ apud talem presulẽ habere non debuit multiplici, q̃ põtificalis modestie preuidere decuit oculis incõgruitate pensata. Erat eñ de continentia cardinalis, etiam si minori dignitate vel officio fungeret ꝓtuisq̃ taliter ꝓcedens contra ipsum diligentius veritas inquirenda: potuitq̃ curialibus prefato. R. cardinali deferri/ ne taliter in domo sua dicti archidyaconatus possessio turbaretur/ et ne sibi locũ ibidem talis in iure vẽdicaret. Erat etiam per teipsum ꝓprie fame protendẽdus/ ne tuo ꝓcessu ius ledere alterius: ⁊ ne ĩ posterum exinde noxium sumeretur exemplũ. Inter cetera quoq̃ potissimũ ecclesie romane vitanda fuerat offensa: in cuius opprobriũ ⁊ contemptũ dignoscunt̃ membrorũ suorum cedere legiones: nec minimũ erat attendere turbationes cardinaliũ eorũdem, quorum tibi debueras beniuolentiam studiosius conseruare. Unde cum ex teipso possis aperte colligere q̃ eãdem ecclesiã nos ⁊ prefatos cardinales offenderis in premissis: fraternitatem tuam rogamus ⁊ hortamur attẽte preciptendo mandantes: quatenus sic prouidere salubriter et prudẽter agere studeas/ q̃ iudicialem horum examinationẽ satisfactio condigna preueniat q̃q̃ in cordibus illorũ quos iniuria tetigit nichil nubili remanere cõtingat: ⁊ per nos seu per futurũ summũ pontificem adhuc aliter corrigenda nõ oporteat aliud consilium vel remedium adhiberi.

¶ De creatione summi pontificis.

Epistola.clxxx.

Mali pape talis rex Salutẽ. Aures nostras aura dulcis afflauit: q̃ sicut accepimus creationis vestre nouitas tanq̃ auroza rutilans desolationis romane ecclesie tenebras ꝓpulsauit. Gaudet sedes apostolica viduitatis sue solaciũ consecuta. Gaudent omnes ecclesie lucem nouã oriri videntes: ⁊ ipsam vsq̃ ad perfectam diem crescere prestolãtes. Sed gaudet precipue noster occidens velut oriẽs nouum lumen influere ꝓmeruit orbi terre et solem xp̃ianitatis qui versus oriẽtẽ nuper occubuit/ diuino munere occidẽs restaurauit. Nos itaq̃ pater sancte nõ efficacioꝛi vestre magnifice colletãtes: ⁊ diuine maiestatis magnificẽtiam deuotis inde laudibus ꝓsequẽtes/ paternitati vestre de cuius feruore filiali deuotiõe confidimus vota nostra familiarius aperimus. Si eñ carnalis filius carnales affectus patri fidẽter aperiret/ q̃to fidẽtius spiritualis spiritualia potest desideria reserare. Sane inter ceteras affectiões nostras nõ mediocriter affectamus q̃ cũ diuina dextera reuerendissimã personã vestram tanq̃ lignũ viuificũ in medio paradisi spiritualiter plantandũ duxerit/ ⁊ de terra nostra in suum pomerũ transplantãdũ summopere studeatis fructuosis operibus ⁊ doctrinis ecclesias omnes ita reficere q̃ beatam dicãt oẽs generatiões vestre beatitudinis nationẽ. Illud quoq̃ sincero corde sitimus, qõ spũ ꝓcellarũ qui dignitatũ culmina vehemẽtius cõsueuit ꝓflare: nũq̃ a sanctitatis studio vos auellat: ne (qõ absit) altius dignitatis fastigium grauius ꝓcipitiũ subsequat. Sed ⁊ illud intime affectamus/ vt cũ vniuersarum ecclesiarũ ordinatio ad vos ꝓtineat: tales ordinare curetis sine dilatiõis dispendio cardinales: q̃ onus vestrũ sciant ⁊ velint/ ⁊ valeãt supportare: nõ respicientes ad patrie ꝓpinquitatẽ/ generis qualitatẽ/ aut potentie q̃titatẽ: sed q̃ deũ timeant/ auaritiã odiant/ iustitiam sitiant/ ⁊ zelũ ferueant animarũ. Hec modicũ nostrũ mouet affectũ/ vt cũ ecclesijs supra modũ officiat indignitas ministrorũ, summa sollicitudine vigilare curetis: cũ super dignitatũ vel prebendarũ collatione vestrã continget requiri, prudentiã: ne quis indignus irruat in patrimoniũ crucifixi. Cũ aũt felix terra/ felicis redẽptionis oriqine/ cõuersatione ac sanguine consecrata: quã xp̃iana deuotio ꝓcipue venerari tenet/ tantis sicut oculata fide nouitis/ perturbar̃ nationũ incursibus/ abhominatiõibus pollut̃/ desiderio desideramus/ q̃ ad ipsius liberationẽ vestre vires sollicitudinis accingatis. Illud autẽ olim illustre imperiũ constantinopolitanũ: nũc grauiter desolatum: quis affectare nõ debeat/ vt vestra prudente prudentia cõsolationẽ recipiat oportunã. Siquidem ⁊ honoris vestre cõsideratiõis ⁊ cõmoditatis cõmunis emulatione affectare debemus/ vt q̃ ꝓmotiõe diuina vniuersali presidetis ecclie: circa oim ecclesiarũ informationẽ ac reformationẽ assidue vigiletis. Confidimus aũt in dñio ⁊ speramus/ q̃ sicut de virtute in virtutẽ, et de honore in honorẽ diuinitus sublimati fm ipsorum

exigentiam lucere curastis: sic ad aplice sublimitatis apicẽ euocati/ subiectas ecclesias illustrare ac inflãmare curabitis: vt nõ sit qui se abscondat a vestro lumine ⁊ caloꝛe. Relicturi talia post decessum vestrum vestigia sanctitatis: q̃ terra natiuitatis vestre que de felici iocunda ꝓ origine: de felici fine poterit felicius in dñio gloriari. Demũ paternitatẽ vestrã ex speciali cõfidentia requirimus et rogamus: quatenus nos ⁊ familiares nostros: ⁊ statũ regni nostri in sermonib⁹ ⁊ orationibus vestris/ specialiter habere dignemini commendatas.

¶ Lamentatio de morte. Epla.clxxxj.

Recẽsentes in amaritudine animi annos nostros et multiplicis afflictionis materiam/ quã licet imerito in nobis ⁊ in nostris patimur cogitationibus: nunq̃ tãti doloris occasio nostris sensibus inoleuit: q̃ cum de talis obitu legis diuine zelatoris: et cuiuslibet religionis amatoris, nuper nobis fuit veritas declarata. Et vt ea que ex gestis exteriorib⁹/ que nonnunq̃ secreta turbate mẽtis indicant/ circa ꝓsonam nostrã facile potuerint/ audito tanto incõmodo aliquo deprehẽdi ab astãtibus/ omittamus: accessit in tam nobis stupefactis ex euentu sinistro/ calix tribulatiõis ⁊ angustie, non inebrians sed insaniẽs mixto plenus: qui felle amaritudinis et horroꝛe absinthij ꝓpinato, nostra intima nullo interueniẽte cõsolationis remedio/ duplici vulnere penetrauit: nec imerito vt a capite ⁊ dignioꝛi inciptat lachrymabilis noster sermo oppressus vndiq̃ angustijs.

¶ Consolatoria super eadẽ. Epla.clxxxij.

Salutẽ ⁊ felicẽ dierũ longitudinẽ cum votiue salutis et gaudij incremẽto. A ꝓsentis mundi exordio rerũ creatoꝛ omniũ: licet rebus ipsis naturas indidit varias: in hac tamẽ conditione cõcludi voluit vniuersas: vt ⁊ mobilitati ⁊ coꝛruptioni subsisterẽt/ ⁊ tandem defectui subiacerent: sicq̃ reducerẽtur cuncta in nichilum que de nichilo ꝓmordialiter processerunt. Hinc est q̃ amene luci diei noctis succedit tenebrositas: prosperitati annexa est tribulatio: stabilitatẽ variat mutabilitas: illudit felicitati aduersitas: gaudiũ doloꝛis aculeus vulnerat: et moꝛs demũ de presenti reportat vita triumphũ. Hec quippe est regula q̃ nullam exceptionẽ recipit. Hec est summi conditoꝛis voluntas immobilis. Hec est que nec summas dignitates nec immensos potentatus excipit: sed sceptra ligonibus equãs, oĩbus equa, omnes in hoc efficit coequales. Ferẽda est igitur equanimiter lex cõmunis: et illius depositioni parendũ humiliter: cuius consiliarius nemo fuit: qui etiãꝫ hanc nobis non parcendũ ostẽderet ipsam ꝓꝓio filio nõ pepercit. Quid est ergo q̃ de multorũ taliũ transitu glorioso doleris irremediabiliter/ singultuosos gemitus tristatis lamẽtis, doloꝛosas voces et amaras lachrymas: prout intellextimus emittitis incessanter. Equidẽ anim⁹ magnificus/ nobilitatis titulus/ prudentie modus talia nec approbant nec admittũt. Rogamus itaq̃ sublimitatẽ vestrã precibus q̃tis possumus: et in dñio iesu obsecramus quatenus predictas anxietates/ pusillanimitatis filias penitus deponẽtes, ad ipsum dñm corꝛoꝛeos ⁊ mẽtales oculos dirigatis: ipsum in omnibus operibus suis toto mẽtis ardoꝛe: totoq̃ studio coliaudãdo. Mã et si doletis carnaliter q̃ tãtos/ tam sublimes/ tã magnificos amisistis, regratiari potius debetis altissimo: ⁊ eius clemẽtiam collaudare: quia ipso prestante habere tales vt predictũ est meruistis. Attendatis etiã diligẽter q̃ quicq̃d habemus a deo mutuũ est/ non donũ. Deposuit enim non dedit quẽcũq̃ sud ipso beneficia possidemus. Agam⁹ ergo de vsu gratias: et reddamus cum repetierit non ingrati: sed ad gratias vos obnoxios recognoscatis iterũ ꝓ felici copia liberorum: in quibus si bene aduertitis ⁊ gaudiorum vobis adest materia: et multa insup restitutio amissorum.

¶ Inuectiua pape regi. Epla.clxxxiij.

Aetra paterne claustra memorie residere deuotionis regie magnitudine ꝓmerẽte: vota nostra circa te frequẽter excitata dirigim⁹: vt supne bñdictiõis roꝛe ꝓfusa sospitatis gr̃a vigeas: et tandem ad vere lucis peruenire gaudia merearis. Hoc itaq̃ desiderium ab olim ĩ nr̃o pectoꝛe ferbuit: eoq̃ potius suscepit incrementa feruoꝛis: quo licet ĩmeriti sedis aplice residentes: ⁊ pastoralis onera gerẽtes officij/ pro tua ⁊ cunctoꝛ salute fidelium tenemur amplius vigilare. Principalis igitur exhortationis nostre querit et petit instãter: vt intẽte cõsiderationis oculos habẽtes ad redemptoꝛẽ nostrum dñm iesum christum gerens in tuis visceribus figuratũ/ sua bene placita prosequi delecteris: ⁊ pensans proinde q̃ huius mũdi figura preterit: q̃q̃ abierũt et adhuc abeũt reges ⁊ principes, ceterisq̃ coꝛruptioni subiecti: nullo qõ sub sole nascitur habẽte stabile firmamentum, in diuini nominis amoꝛe ꝓsistas edificans prudenter in inferioꝛibus veluti transitoꝛijs et caducis sua vilitate contẽptis: vt in regno celestis glorie perhennẽ que non deficiet nec peribit/ tibi constituas mansionem. Ceterũ cogitantes non sine magno cõpassionis affectu circa illatas oppressiões ⁊ angustias terre sancte: quas vidimus et propria manu palpauim⁹ in minori officio constituti: ac desiderantes de celeri ne totaliter pereat sibi subsidio prouideri/ tali mentẽ nostrã sup hec aperire decreuim⁹ ꝓ litteras speciales: quas per talem nobis ⁊ fratribus nostris suarũ dona virtutum carũ multipliciter ⁊ acceptũ: ei duximus dirigẽdas. Ideoq̃ regalem magnificentiã cum paterna fiducia rogamus: et hortamur attẽte/ quatenus apud eundẽ ad id partes tuas officialibus studijs interponas: ita q̃ exinde retributionis eterne ꝓpias incrementũ. Ut aũt tibi nostra plenius intẽtio pateat/ credas quesumus indubitanter sic ab oꝛe nostro ꝓlata: que talis super premissis omnibus ex parte nr̃a/ tue

duxerit excellētie referēda. Nec mireris q̃ bulla non expimens nomen nostrū est appensa presenk. que ante cōsecrationis, vel benedictionis nostre solēnia trāsmittunk: quia semp hi q̃ fuerunt in romanos electi pōtifices consueuerūt in bullandis litteris/ante sue cōsecrationis munus modū huiusmodi obseruare.

¶ Consolatoria cuidam regine super morte fratris. Epistola.clxxxiiij.

Ibi forsitā profuit hactenus ignorasse mortē regis arragonie: 7 tāto tēporis surripuisse dolor: sed nobis quidē obfuit manifeste: quia doloris gladium qui nostrā in ipsius morte sauciauit animā pcussure tecū sentire cogimur. Iterato 7 vulnus qd̃ ipsa tēporis diuturnitate obduxerat cicatricem: rediuiuus hyās suspirijs reuiuiscit. Quid enim prodesset horrari ne tam acerbo vulnere sauciata non doleas/cū dolore non careat plaga recens: aut suadere ne fleas in funere tam defledo: cū ipsi nostras in ipsa doloris recētia nullatenus potuimus: 7 adhuc in huius memoria vix possum⁹ lachrymas cōtinere. Habet quippe dolor sicut affectus ceteri leges suas/que nullius imperiū patiunk. et quēadmodū quēlibet viuentē palloze timor/7 verecūdia ruboze pfundit: ita vis doloris intimis inclusa precordijs/ad exterioza nullius imperio retardata prorumpens, seipsam p lachrymas erumpētes effundit. Sic patriarcha iacob credēs filium suum ioseph a bestia deuoratum: dies multos cōtinuauit in luctu. Sic iob exemplū patiētie singularis in natoz acerba morte: sic expressit scissione vestiū vim doloris. Nunc igitur pluadere intendimus: vt quasi fortior suprādictis in tanta dolēdi materia dolorē prorsus excludas: q̃ tē modū habere volumus in dolēdo: ac ipsum Iob de quo tam precessit mētio imitari: q̃ postq̃ doloris vehementiā expressit (sicut premissum est) continue bñficia memoriās creatoris: 7 humiliter diuīe obsequēs voluntati, Si bona (inquit) suscepimus de manu domini 7c. Et tu qui multa bona de manu dñi largiflue suscepisti: cur igitur indignaris si dulcia tot amaritudo respersit: An ignoras q̃ peregrinatio est vita hoīs sup terrā? Et sicut in lōgo peregrinatiōis itinere nūc est puluis/nunc lutū/nunc serenū/nūc pluuia: ita modo spes/modo timor/modo doloz/modo gaudiū in hac vita. Denicq̃ quid potes doloze supuacuo pficere: nisi affligere temetipsam: 7 subditoz tuoz animos cōsternare? Ecce dauid regis tibi referim⁹ exemplū: vt regina regē prudenter imiteris, q̃ seruētibus suis admirātibus/q̃ cū filius suus adhuc viueret ieiunabat 7 flebat: postq̃ autē fuit mortu⁹ comedit lota facie. Sic respondit inquiens. Dū adhuc viueret ieiunabam 7 flebā: si forte donaret dñs illum michi. Nunc autē quia mortuus est: cur ieiunem? Nunq̃d potero eum amplius reuocare? Ego ibo ad eum: ipse vo ad me nō redibit. Cōsolatusq̃ est rex facto et vbo hmōi se 7 suos. Et tu ergo filia charissima cōsolari te ac ruos incipias his exemplis: non deficiens sed pficiēs: cū a dauid coriperis/ne sic deijciaris preteritoz memoria, q̃ presentiū iocunditatē amittas: sed ī te fiduciam potius erigas futuroz: pensans q̃ trāsitoria sit et caduca gloria tēporalis: vt illam que finē non habet sollicita studeas promereri.

¶ Consolatoria contra casus mundi. Epistola.clxxxv.

Contra casus mundi tam varios q̃ amaros/cōtra insultus pestiferos q̃bus humana cōditio affligit incessanter: cuius cytharа in luctū conuertitur: quā mortis insidie lacerāt/quā terrores angustāt/7 quā respirare non sinūt/arma patiētie oportet assumere: tot aduersa mānsuete sufferre: 7 beneplacitū dei ad cuius nutū orbis concutitur: 7 vniuersa tremiscunt/non solum patienter: sed etiam gratiarū actionibus tolerare. Sane et si rumor amarus/rumor anxius et absinthio plenus sup casu nēcnon occasu talium circūquaq̃ diffusus materiā ploratus accumulēt/7 cordis interiora compungant: cū aggrauatā manum dñi prudētis est animi cum modestia tolerare: nec desiderando cōtrariū conuincat velle qd̃ altissimo placuit/7 qd̃ dei iudicium ordinauit. Prudentiā igitur cordis vestri quā circūspectā scimus/quā in prosperis non elatā/quā in aduersis non depressam p certo cognouimus duximus exorandā: quatenus occasum taliū quos de mūdi miseria transtulit gra creatoris ad regnū/tam forti animo toleretis/q̃ patiētie munus muneret in vobis.

¶ Responsio ad premissam. Epla.clxxxvj.

Denorem vestre littere pleno collegim⁹ intellectu. Adhuc vero nouerītis q̃ causas mortis de tali in ipsis adiectas litteris minus decētes: minusq̃ rationabiles iudicamus. Non enī ista duo bene cōueniunt/q̃ officiū sibi cōmissum exerceat: nobisq̃ assistat necessitatis articulo incūbente. Nemo enim potest seruire duobus dominis: sed meminim⁹ nos legisse/adeo quidē posset a nostra distare presentia q̃ nos soluere humane nature debitū: aut alia corporis 7 anime incurrere pericula contingeret/anteq̃ ipsius possemus frui visitatione 7 pfilio si necessitas imineret. Unde graue immo grauissime gerimus q̃ nris in hac parte non annuistis desiderijs/consideratis mesticijs/amaritudinibus 7 angustijs inuoluētibus mentem nostrā. Nō aūt a vobis obtinere nequiuimus/archiepis aut episcopus seu alia psona vobis inferior/a pud vos sicut credimus impetrasset. Quid plura? Ex quo eum habere nequimus/nobis non placet in cōmoditatibus compari: ad alios recurremus minusq̃ fauoris habebimus apud nostros.

¶ Inductiua quedam. Epistola.clxxxvij.

Reclara dilectionis indicia que ad talem in sincerītatis plenitudine hactenus expādistis, datur nobis aperte intelligi/q̃ ipsius repositam in pectore nostro memoriā in talibus eoruberiori beneficioz munificētia excitare, quo ipsorum statū

prosperiorē zelare crediminī: et de honore ac cōmodo eorūdem dicūtur materne diligenter studia nos horrari. Preterea cum potius spei sue in vobis pendeat plenitudo: nec aliud q̃ vestrum post deū eis videat adesse presidiū/quo res ipsorum dirigatur vtiliter et negociū feliciter foueatur, vos affectuose rogamus: quatenus cū de successione talis hereditatis tali viro diebus istis grauiter infirmāte tam p aliquos ex parte taliū discrimen: q̃ talis non sine turbatiōe successuri dissidij iam videat suscitari pauritus, qui talibus (qd̃ absit) non modicū afferre posset timet si eis ad quos ipsius hereditatis digne deuolui debet successio. sicut ad illos qui de virili frumen lines soli supersunt adesse velint, put expedire videritis: 7 hic dubietatis articulo 7 prodesse: q̃ ipsoz debito statui vtiliter caueatur: nec inde incurrere possint aliqd̃ detrimentū sup hoc ad eundē talē si placeat nūcios 7 litteras vestras mittentes: per quas date sibi intelligi: qd̃ statui 7 tranquillitati ipsius loci expediat/de cōmodo et quiete talium sibi suggerente cōsilio sic statuat/ordinet 7 disponat: q̃ si de ipso (qd̃ absit) aliquid sinistrum succederet: eoz gaudere possitis cōmodis prouenisse: ac ī eoz felici statu vestra desideria delectenī.

¶ Consolatoria super morte cuiusdam. Epistola.clxxxviij.

Satis credimus et sine dubitatione tenem⁹: q̃ audita morte talis multi doloris, multe q̃ amaritudinis calicem suscepisti: sed nec prima nec sola: quoniā anteq̃ scire debuim⁹ et pauscq̃ ad te doloz ille peruenerit: p vos transitum habuit. Fecitq̃ in nobis q̃tum fm deū licuit stationē. Equidē satis ī viuo monstrauimus q̃tum in morte doleremus: 7 notauit affectus in amico, que sequetur tristicia de amisso. Merito quoq̃ dilexim⁹ inter alios quoq̃ principes seculares illū speciali quadā prerogatiua pretulimus: in eo q̃ contra sarracenegentis perfidiā/tanq̃ singularis christianitatis athleta quasi propriū propij christiani cōmune prosecutus est interesse. Porro non est verisimile q̃ summi libertas largitoris non respondeat eius laboribus recōpensatione condigna, cū non sit in retributione difficili: q̃ de sola gratia merita supplicū excedit et vota sue abundantia pietatis. Sane nullam fecit iniuriā si vsus plenitudine sui iuris: spiritū quē corpori cōmisit ad tēpus/suo tēpore reuocauit. Quis enim homo q̃ viuit 7 non videbit mortē: nōne puluis in puluerē reuertitur? Nonne quasi flos egressus homo cōteritur: 7 fugit velut vmbra: 7 nunq̃ in eodē statu permanet? Habet quippe humane conditionis fragilitas debita soluere certa morti: hec nescit īportune mortis exactio quicq̃ de debito humane relinquere sorti sine differentia discretionis extorquens. Ceterū tibi non omnino decessisse videtur posse illustris indolis filiū derelinquens: qui sui pro tempore poterit presentarē parentē: vt propago respōdeat pro radice. Restat igitur vt in eo spiritū consolationis assumas: qui summus est in tribulationibus cōsolator. Memor q̃ magnus rex ille dauid/amare filiū suum fleuit egrotū: sed mortuū non plorauit/ne diuine videretur cōtrarius voluntati. Ut igitur non acerbes dñm deū tuū: que posita es ad regimen aliorū: psoleris alios in reip sa existens presentibus in exemplū, 7 posteris in doctrinā. Adhuc illud considerare te volumus q̃ quāto plus tuozum visa es destituta potentia, tanto maiorē diuina clementia tibi faciet in prosecutione, puentū.

¶ Planctus mortis frederici imperatoris. Epistola.clxxxix.

Rumore terribili 7 horribili et nephādo nostris 7 alioz nuper auribus 7 inculcato doloribus omni bicipiti gladio penetratior nostri cordis vitalia sic acerbe, sic medullit⁹, sic letaliter sauciauit: q̃ vix speratur antidotū/vix restat viuendi fiducia/vix spes aliqua subsistendi. Audiuimus enim 7 in ipso pene auditu deficim⁹ pre doloze: q̃ illa imperij colūna immobilis et regni apulie stabile firmamentū: ille lucifer matutinus omni micanti stella micantior: ille inq̃ ingens crisolitus/omni iaspide 7 lapide preciosior 7 lucidior/fredericus videlicet noster serenissimus imperator sui fati die prochdoloz claulit extremū. Ad cuius obitū vniuersis eius fidelibus 7 presertim regnicolis qui suo presidio defensante inconcusse pacis quiete vigebant quasi sol 7 luna: et vniuersa celi luminaria tenebrescūt, dum illud lumen lucidissimū obturatur: quoybilibet chorusca tebactenus nullius erroris vel horroris offendiculus timebatur. Heu quid agimus: ad quē confugimus: cuius presidia prestolamur? Quis fiet ammodo grāde presidium? Quis regnicolis mite leuamen? Quis gentis apulie tuta defensio? Occubuit enim leo fortissimus cuius facies inclita: cuius prepotens dextera feroces terre bestias deterrebat: 7 rebellium colla sibi subijciens: vbiq̃ terraz monstra placabat. Plāgite igitur regni fideles tanti principis presidio destituti: vlulate iuuenes, plorate senes, nupte ac virgines cū ephebo. Mā vite vestre dux et regimen/vita 7 salus/lux et defensio/tutela 7 virtus/anchora spei/refugiū et auxiliū: heu mortis imperio subiugatur. Heu heu īportune mortis proteruitas effrenata: 7 effrenis presumptio sorozz triplicium vite hominū fila trabētiū: que sumptis a parcendo vocabulis, suis nominibus antifrasice ponunk: cui saltem in tanto principe vera sunt sibi noia non assistunt: vt illius capitis saluti preessent, qd̃ mille dānandis capitib⁹ iam pepcit. O mortaliū miranda conditio: et si fas est dicere cōditio deploranda: dum mortis imperio curuātur imperia: et eius iugo colla nobilium subiugātur: quoz dominio pauperū ac diuitū debilium 7 potentū capita suppo nuntur. Hoc tamē diuina creditur prouidētia diffinitum: vt sicut est similis cunctoz nascendi conditio: ita similis finis et interitus vniuersis, 7 singulis subseqtur. Quia igitur de tanto et de tam irrecuperabili dāno fere incōsolabiliter est dolendū: multoz mētes ita

sunt in dubio posite:q incertũ est eis de facto guerrarum et pacis quid fieri debeat in futurum:cum domini imperatoris heredibus existat non impotens aduersator qui totis vt credimus nititur viribus contra eos: mala malis quotidie si pualet cumulare. Hinc est q dilectionẽ vestram de qua plene cõfidimus exoramus: quatenus vos ad cuius noticiam curie secreta pueniunt/z aliquoꝝ consilia reuelantur: si quid potestis conijcere de futuris quod iocundũ esse debeat/aut dãnosum nobis/vestris litteris enodetis:vt iuxta qd̃ nobis possibile fuerit securi oẽ viam in dubijs eligamus. Nam iacula que ab hostibus iaciuntur:si preuisa fuerint minus inferũt lesionis.

¶ Responsiua ad predictã. Epistola.cxc.

Versa est in luctũ cytbara mea/z organum meũ in vocem flentiũ:infirmata est doloribus virt⁹ mea: z ossa mea in gemitibus conturbãtur/cum ipse vestre tenor epistole inopinatũ fatũ z calamitatẽ michi perpetuã nunciaret. Sunt igit lachryme mee panes die ac nocte:qui vtinam intra ventris septa consumptus essem/ne talia oculus meus videret vel diem clausissem extremũ/ne tantoꝝ periculoꝝ gustator miserabilis extitissem. Heu me dixerim fili mi vt quid me mater peperit filium amaritudinis z doloris? Cur exceptus genibus. Cur lactatus vberibus. Cur doloribus deditus. Cur tribulationibus circũuentus:z vtinam mortuus fuissem in vtero matris:z fuissem quasi non essem de vtero trãslatus ad tumulum. Heu me miserũ perdidi filium anime mee/dimidiũ vite mee/solacium/oculoꝝ lumen: z mee baculum senectutis. Quid plura propter syon non tacebo: z propter hierusalem non quiescã: sed cõtinuabo dies meos in lachrymis z dolore/donec deficiã lachrymando:vobis tamen grates refero q per litteras michi cõsolationis remediũ assignastis/et consolari non valeo: quia dolori meo similis non est dolor.

¶ Querimonia de morte cuiusdã magistri in grãmatica. Epistola.cxcj.

Sedentibus sup aquas amaritudinis in salicibus organa suspendẽtibus Neapolitani studij doctoribus vniuersis Magister.p. solamẽ sancti spiritus/et illam que omnem sensum exuperat pace dñi nostri iesu christi. De seculo neq̃ et valle miserie ad scholas floretis patrie: vbi garrulitatis improbe nullus auditur tumult⁹/illius vocatione cuius imperiũ in celo z in terris z in oibus exterditur creaturis: grãmaticoꝝ eximius consocius noster z frater magister galterus nouiter euocat⁹ ab oculis nostris pertransijt velut vmbra/imo euanuit ad cuius transitũ studij per tolopẽ obscurat⁹ est sol: z luna versa est in eclypsim. Nã ars grãmatice (que lune vocabulo designatur) priuati decoris radijs illustrata sedet in tenebris:et habet vnde suũ possit reiterare dolorẽ duobus maritis tam modico tẽpore viduata: nondũ precedentis et recentis doloris sanata sunt vulnera:et sic calamitati calamitas, z tempestas additur tempestati/doloꝝ doloribus: z vulneribus vulnera inferuntur mirum in modũ. Hic est ordo ꝓsperus z turbatus: q naturaliter magistrũ seq̃tur discipulus. hic aũt magister est discipulũ subsecutus/z hoc ideo:quia mortis irregularitas de suo more peruerso peruertit ordinẽ:que preponenda postponit/z preponit ecõtrario postponenda. Prochdoloꝝ vitis frondosa que subito arult/cuius fructus exubberat ad plenũ. Nam in multitudine filioꝝ quos genuit idefessus: ille vterus magistralis mieuit/ preualuit/z tanq̃ cedrus libani superexcreuit/cui nõ sunt adequate virgule de deserto. Ipse quidẽ fuit alter ioseph in terra egypti:cui omnes inuiderunt potẽtes/quẽ seua bestia deuorauit/videlicet mors que p auferesim cũctis aufert mortalibus, caput a mẽbris diuidit z scindit/in cuius decissione vos qui floretis in cathedris, tanq̃ multoꝝ capita plena oculis retro respicite:z diligenter attendite quantũ sit tenuis z fragilis gloria singularis que est quasi quidã vapor ad modicũ durans:fenũq̃ qd̃ mane floret/vespere decidit z arescit. Ad tutelam igitur bene viuendi doctores incliti substracti magistri per illam sincopã a qua nullus grammaticus excusatur: statim z transitũ reciprocãtes in vobis/vnũ efficax per locũ a simili colligite argumẽtum: similiter istud intercurrere q vester socius precurrit:cum de similibus idem iudicium habeatur.

¶ Planctus alter de morte grãmatici. Epistola.cxcij.

Magistentibus in cunis adhuc artis grãmatice natisq̃ discipulis maioribus professoribus quilibet homo qui sequitur veritatẽ: vitam bonã z exitum meliorẽ. Quia materia ita se habet: q ab amaritudine sumit exordiũ: nec dolorosa possunt sine animi pturbatione mirari. non miremini si anxietate quadam oratione singultuosa vobis scholaribus qui habitatis orbem, a mari vsq̃ ad mare precipue filijs quos in dolore peperit mat: vel grãmatica, dura nimis z amara presentibus nunciamus. Cũ em̃ (qd̃ nõ sine doloris aculeo dicimus) grãmatice artis nouiter est extincta lucerna: z desiccatus est fons irrigu⁹/ frugifer eufrates/magistri.b. bene.qui non ab infimo positiui:sed a suplatiui noie meruit dirluari:cum sup se nullum habuit ascendentem: imo sicut aquila trascendens omnia genera pẽnatoꝝ. Vir potens in opere z sermone:rara in terris auis sine pluralitatis consortio dici meruit singularis. Ad cuius transitũ quasi sole petente occasum, tenebre facte sunt sup vniuersam faciẽ terre. Nam ipse solus de tenebrosis z pfusis priscianj tractatib⁹ eiucens lucẽ/purgauit tenebras:ipsiusq̃ veterem z antiquum donatistã cõpescuit z apostatã reformauit: et quasi de caligine montis sinay alter moyses legifer a deo z nõ ab homine sibi scriptã grammaticã hoibus reportauit in qua sub tali z tanto artifice nõ solũ prima:sz artes cetere patiunt. Vnde qd faciẽt parietes:

cum corruit fundamentũ. Quid infelix grãmatica orba parẽte suo de quo completum est illud propheticum. Vox in rama/hoc est in excelsis audita est:ploratus z vlulatus rachel plorat maritũ suum: z nõ est qui cõsoletur eam ex omnibus caris suis. Nam q̃s similis sibi vt suscitaret dñs spiritũ suum per aliquã phitonissam: vt loqueretur vobis ad tempus magister magistroꝝ ille doctissimus: qui ducebat animalia in stupore. Verũ q omnes morimur: z sicut que nõ reuertunt̃ aque dilabũtur testãte philosopho/crudelitatẽ fati equalitas cõsolatur: merore deposito q̃ talẽ z tantũ dilexistis auctorẽ, ad cuius obsequia cõcurratis orãtes pro illo doctore mirabili:qui a mane vsq̃ ad vesperã clamauit sicut pullus hyrundinis: z meditatus est vt columba/ponẽdo animã pro scholaribus:docendo desijt, z docuit desinendo.

¶ Planctus super morte professoris iuris. Epistola.cxciij.

Iuris ciuilis professoribus vniuersis.p. Salutẽ z attendere vltimũ ante primũ. Amaritudo amarissima:z materia concreta doloribus hũanis nouiter mẽtibus cõcurrerũt. Nã vnicus z singularis homo in quo velut in suo ꝓprio leges cõuenerãt et viuebãt/eloquẽtie tuba/cõsilij plenitudo/vox populi/ad finem z in fine optimus psua sor:oibus excellentissim⁹ iacobus de regione iesu christi vitalẽ spiritũ reddidit: z attritus est nimium repente gloria vultus eius. In cuius occasu non solum lombardia sole priuata suo: verũetiam maxima pars viuentiũ continuis lachrymis ingemiscit/ z doloris gladi⁹ multoꝝ viscera pforauit. Nec imerito:cũ ipse dominus legifer z supremus de prescriptis iuris apicibus sensus informaret informes: et adhuc viuens nõ desinit iformare: qui licet vt homo desierit/ non tamẽ desinit vt magister: q mortuus ipse docet q̃tum sit appellatio mortis difficilis z violẽta q resistentia nulla proficit: quia ex modo necessitatis omnem superat sillogismũ/exceptiones nõ recipit/ dilationes aliquas non attendit. Verum q mirabilis est ista regula mortaliũ nunq̃ fallitur: z omnes fallit fallacia videlicet veridica que in credẽtia non habetur. Ipsa quidẽ est leticie nebula/tristicie genitrix/ dilatatio lachrymaꝝ/vniuerse carnis exterminiũ/z singularium destructiua. Ideoq̃ viri prudẽtes in doctore mortuo prudẽter addiscite quieq̃d possit z q̃tum fortior exterminãt angeli: et diligẽter attẽdite q legum facundia mortis imperio non resistit.

¶ De eo qui creditur mortuus. Epla.cxciiij.

Ictu res horribilis z amara ac mea peruertens gaudia in merorem: nuper meis auribꝰ iam puenit q magister nicolaus vnicus frater meus q̃ erat spes vite mee: refugium z tutela/morte carnis vitã finiuit/ad quã vlterius nõ redibit. De quo tãtũ sunt mea viscera conturbata/ac repletus sum doloribus infinitis:q a planta pedis vsq̃ ad verticem capitis nõ est membrũ qd̃ non sit positum in dolore. Et merito qm̃ ipsum sine spe recuperationis amisi q̃ fuit os de ossibus meis et caro de carne mea: ac bona que habeo ipso mediante percepi: necnon z in futuro sperabam consequi meliora. Verũtamen quia hoc ad me non aliunde nisi fama referente peruenit/de vita dubito: nec de morte consto firmissima ratione. Vestram igitur amicitiã duxi presentibus rogitãdam: quatenus siue verum sit vel contrariũ rationi/michi vestris litteris intimetis:vt de morte doleã: et michi cõdoleãt consanguinei pariter et amici velut humana cõditio exigit z requirit:z de vita valeam more solito exultare:et qui de tali relatione tristãtur michi congaudeãt sicut solent ad ipsam.

¶ Responsio consolatoria.

Cum amare mortj imperiũ nullus hospes ꝓsentis vite valeat euitare:et homo sit corruptibilis z mortalis:debetis si placet vestram tristiciam moderari: quã concepistis in vestra mente de vestri fratris obitu nicolai. Deus enim nolens ipsum in hoc seculo presentis vite corruptionib⁹ vlterius agitari:reuocauit eundẽ ad eius nomini confitendũ. Preterea cum ecclesiastica z diuina sumperit sacramenta:viuit in dño. Nam beati mortui qui in domino mortuntur. Quare amicitie vestre duxi presentibus consulendum: quatenus attendentes dictũ prophetici Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt:q frater vester terminum mortis nõ potuit preterire: vestro dolori finem imponere debeatis: ne quod a domino factum est videamini reprobare.

¶ Consolatoria super morte. Epla.cxcv.

Moriro filio suo dñs nõ pepercit. Ne ius cause cõmunis gloria et humana natura exceptionẽ haberet: que a mortalitate prime corruptionis egressa morendi necessitatẽ incurrit:z ideo nature debitũ reddere licet z decet: quia scriptum est/fili super mortuũ produc lachrymas:sed vestre non debet a saluatoris lachrymis discrepare. si estis saluatoris amici: qui non pro morte lazari sed pro ipsius reuocatione ad miserias tẽporales planxisse dicitur z luxisse. Qui enim vltra debitũ naturã impugnat/non naturam, sed naturre impugnat auctorẽ: nec est tutum illi inferre iniuriã qui nemini nouit inferre eam. Videte igitur z cauete ne humano affectu z postmodũ perituro cedat eternus z salutaris affectus. Ideoq̃ sinceritatẽ vestram monemus et hortamur attente quatenus ob reuerẽtiam dei et vestram/omnẽ tristiciã deponentes/gaudeatis in illo qui celestis profunditate consilij disponit z ordinat/vocat et reuocat subiectas sue prudentie creaturas: qui affectibus paternis z patrijs filios corrigit:z ad vitam disponit eternam attentius prouisuri: et in sacramentorũ suffragijs/alijsq̃ operibus pietatis qd̃ perire non potest z eternum est in fine viuens. Vnde sancti viri iob consolationem memorie

cōmendantes post rerum et filiorū amissionē dicētis: dominus dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est. Sit nomen domini benedictum.

¶ Consolatio super morte. Epla.cxcvj.

Inter ceteros flebiles humane cōditionis defectus, incertus ⁊ labilis stat⁹ hois a mortalibus est potissime deplorandus: in quo dū quisq; de conceptu matrum vteri procedit ad partū q̄ ad lucem ex cōperto vētris obstruso cubili inumeris offert miserijs ⁊ angustiarū circundatur vallo nimiū angustante: sicq; in illo dū viuitur: varijsq; mortis expositus casibus, floscq; factus a die exitus matris sue raro post florē frondescit/ rariusq; plenam crescit in arborē post frondiū venustatē. Nūquid homo ⁊ dies eius sicut fenū: et vt flos agri sicut legitur efflorebit: Videtur inq̄ vt fenū qō est hodie/ ⁊ cras in clibanū mittitur: ⁊ vt flos agri/ cuius delectabilis preciositas ⁊ amenitas floridā, nimia venti vel estus pcussa vredine ad modicū euanescit auditū: si quid nuper acerbe mortis talis nostri tuicq; cōsanguinei luctuosum nimiū omnē nostrū dolore grandi exacerbauit plurimū annū: dumq; casus necis consideramus qua perijt: anime magis in eo q̄ carnis extitū deploramus: iceri ⁊ dubij valde si in statu salutis ipsum tam rapidā rapuit mors/ que tam absorbuit repentina. Verū quia hec sunt occulta dei omnipotentis iudicia: qui iuxta suum beneplacitū quādo ⁊ quō vult ratiōales ab hoc seculo neq; reuocat creaturas: nobilitatē tuam rogamus in dño: monemus ⁊ hortamur attente quatenus conceptā de subtractiōe dicti talis/ excludas a corde mesticiā: ⁊ lugere iam desinas quē reddere nequit vobis singulⁿ lugubris vel q̄talibet pietas lachrymarū: sed sup hoc dñm potestatis flagello/ animi ꝓsolationē respicias: ⁊ deo cui sic placuit bñdicens/ hec circa ipm fraterni amoris ostēdas iudicia: vt spiritu diligas quē in carne amasti/ animā S. iuuando q̄buslibet veritatis remedijs ⁊ suffragijs charitatis.

¶ Cōsolatio de morte amici. Epla.cxcvij.

Inmis dira sorte cōstringimur: nec minus dira cordis angustia cruciamur. Nā lachrymarū fontē producit dolor intrinsecus ex oculis subductⁿ animus amaritudinis tenebris, lesa viscera telo penetralibⁿ mesticie interius cōmouetur: ⁊ sic q̄ mēte concipimus nec verbis exp̄mere: nec cōtinere possumus serie litterali. Doloris eñ imensitas et ꝓfunda luctus infusio dicendi facultatē excludunt: cōpendiosa tñ litterula imo potⁿ dolorosa vobis intimare cōpellimur: q̄ pater ille noster lapis ꝓmotionis nostre p̄marius/ vniuersalis ecclesie mēbrū precipuū/ colūna iusticie/ basis inobilis/ amicorū fida defensio/ securū generis siue gētis cōfugiū/ tutus patrie clipeus: ⁊ firmⁿ paterne baculus senectutis/ cōsilio clarus/ maturitate conspicuus/ sciētia rutilās: et supremus constātia. S. pat vester ⁊ filius diuersis respectibus sicut dño placuit/ die post annūciationem beate virginis prochdolor fati munus impleuit. in cuius obitu pater ⁊ paterne q̄uis cohabitatiōe nature lugere dolentē et dolere lugentē vos deceat. cum dolores vestros ⁊ luctus recte considerationis arbitrio: cōsolatiōis multiplici/ iusta causa subducit. Nā eius sollicitudinis onera siue vicē/ deuotione integra/ charitate plena/ et obsequio filiali circa paternitatē vestrā supplere volumus ⁊ habere: et eo bñplacitis vestris iantea parere deuotius: quo auidius iplere partes eius intēdimus in vestris desiderijs obsequēdis: ⁊ sic estimari nō debet amissus: q̄ viuere vicaria substitutione sancti. Preterea reuerēda senectus ⁊ annosa prudentia incōmodo senili cōpatiens/ prole supstite grate respiret in dño a principe quē exigētibus meritis: ⁊ summi pontificis amplectit gra: ⁊ prosequit benuolētia dñor. Tēperat etiā flet⁹ nros pia intēratio pij patris, q̄ tum in dño nro hec me ffe nro: tū in filio vota vestra cōpleuit/ de cuius iudicio si reuocare voluit qō cōcessit/ ⁊ tollere qō creauit/ cōqueri nō debetis: quia si de manu dñi bona suscepimus/ moleste cōtraria non feramus. Est ⁊ solatiū aliud q̄ ⁊ a mortis regula nullus excipitur. equat eñ sceptra tigonibus. Nā pari sententia senes ⁊ iuuenes fortes ⁊ debiles/ potētes ⁊ ifirmos/ diuites ⁊ egenos inuoluit. Omne nāq; qō nascitur moritⁿ: ⁊ nichil est ꝓpetuum sub sole. Magnus est eñ dñs qui mortificat ⁊ viuificat: ⁊ magna virtus est vt possit extollere qō depressit/ et sanare qō vulnerauit. Hortamur igit ⁊ rogamus attēte: q̄tenus sic cōcepti doloris incendia rore rationis infusa funditus extinguatis, sumētes in dolore remediū: et in merore solamē qō trāseat ceteris i exemplū: vt exacerbare nomē dñi nō possitis. Nos eñ fratribus nostris scribimus et mādamus: quatenus mādatis vestris velut nobis in omnibus obsecundent.

¶ Consolatoria de morte. Epla.cxcvij.

Si omnis caro fenū: et omnis gloria eius q̄si flos agri: si luna pallescere: si solē videmus aliquando eclypsari: q̄d homo q̄ ingemiscis lachrymis mortuo fratre tuo. Non tacet pupilla oculi tui: doloris amaritudinē trāsfundēdo. Nescis eñ q̄ omne cōpositū attestante philosopho dissoluit: et preter angelos oes occidit cabena. Unde illud propheticū. Homo vanitati similis factus est: et dies etⁿ sicut vmbra pretereunt ⁊ quasi vas figuli cōfringet: humanū quidē est flere: sed cōtinuare fletⁿ penitus inhumanū. cum dicat apls. Nolite cōtristari sicut ⁊ ceteri qui de resurrectiōe spem non habēt. Ulñ augustinⁿ. Nō illos amisimⁿ: sed p̄misimus q̄ de hoc seculo recesserūt. Cū igitur frat tuus ad regionē sanctorum spirituū trāsmigrauit: vtpote q̄ partē habuit in resurrectione prima, desine flere ne nomen domini exacerbes. sicut nam velis licet incassum sentētiā recitare. Dominus nanq; mortificat et viuificat deducit ad inferos et reducit: cuius nutu disponuntur oia: et suos in tribulationibus consolatur.

¶ Consolatoria. Epistola.cxcix.

Vox audita est ploratus ⁊ vlulatus multus in obitu viri egregij fratris vestri: qui tanto maioris tristicie reliquit materiā: q̄to maior dote natura priuilegiauit eundē, ⁊ prerogatiua morū spiritualiū titulo insignuit. O mors inuida mors amara, que i eo telā vite succidit: dū adhuc ordirēt, pulcherrima vite precisa palmite nō relicto. Scimus quidē causam adesse doloris: modⁿ tñ nō debet deesse dolētis: q̄ dñs dedit dñs abstulit in cuius manibus mors ⁊ vita. Qui enim dedit originē dedit et obitum: et sic cōmunis non est lex tam vite q̄ mortis: et ius immutatur imperio vel fauore. Cū ergo vsus sit dñs iure suo nō fecit iniuriā: licet videat manus eius ad presens plena fuisse rigore. Ceterum quia decet vt voluntati eius nostros cōformemus affectus: consulimus ⁊ pro gratia petimus speciali: vt tēperato dolore/ fluxu lachrymarū restricto/ eam in vobis parcatis cōsanguineis ⁊ amicis existētes cōsolationis speculum et confortationis exemplar.

¶ Rothomagen. suffraganeis ⁊ abbatibus Salutem. Epistola.cc.

Nouistis et in fines terre credimus deuenisse/ q̄tis turbatiōibus ⁊ pressuris romana ecclesia diutissime sit vexata. credimus in cōmunem noticiam deuenisse qualiter dñs papa pro tuitione ecclesiastice libertatis se ad omne discrimē obiecerit: ecclesieq; dei pscutionibus cōmorens incessanter sit afflictione proprie persone et debitor onere pregrauatus. Clamat itaq; ad vos vestra mater ecclesia sumptibus importunis exhausta: plenamq; reportans de vestra largitione fiduciam/ postulat vt in vestra consolatione respiret: pro quibus desolatā se sentit ⁊ merore cōfectā. Sane scismatice tempestatis procella iam pro parte detumuit/ iam portū securior nauicule petri promittit aura clementior: si pacis oportunitati (quā deⁿ abstulit) obsequia vestre liberalitatis aspirent. Efferatam siquidē romanor malicia ⁊ inexplebilem pecunie sitim domini pape munificentia ⁊ consilio totiens expugnatam succubuisse certa relatione cōperimus: nec ad omnimodā pacis ⁊ securitatis plenitudinem quicq; deest/ nisi vt dñs papa sumptibus exinanitus imensis, sibi ⁊ suis victualium sufficiētiam de vestra largitione restauret.

¶ Q munera peruertunt rome. Epla.ccj.

Carissimo patri et dño suo J. dei gratia carnoten. epo suus, P. bleseñ. bath. archiō. Salutē et promisse misericordie reminisci. Quia scio vos occupatum circa sollicitudinē ecclesiarum paucis vtor/ne vestre sanctitatis aures impediam/ vtilitati publice deputatas. Expletis feliciter ⁊ sup omne desiderium meum negocijs que michi dominus meus specialiter iniunxerat: recepta benedictione et licentia recedēdi a dño papa: salutatis cardinalibus letus ad reditum accingebar: cum supueniente electo sancti Augustini, dñs papa magistrum. S. et me ab incepto stinere reuocauit. Benigne siquidē receptus est ab eis: qui sicut scitis gratius acceptant hominū munera q̄ merita personarū. Speradat enim q̄ promotio eius esset rixe materia et maioris emoluētī occasio: atq; fluuiū absorbentes habebant fiduciā q̄ in os eorum iordanis influeret. Stabat ex aduerso constanter et prudenter magister. S. stabam et ego sicut ministrabat in dulcedine sua pauperi deus. Verūtamen ⁊ leges et canones et quicq̄d de sacro eloquio ad nostre partis assertionē poteramus iducere, funestum quidem maiores inter ceteros ⁊ sacrilegiū reputabant: nosq; hostes romane ecclesie publice iudicabāt/ nisi cessaremus ab his verbis quibus ecclesiā sancti augustini quam specialiter asserunt ecclesie cantuarien. subijcere conabamur. Dāna siquidē animar nō attēdentes in monachis/ omnia illicita eis licere permittunt: vt iugo discipline prorsus abiecto, vagi ⁊ petulātes ad omnes carnis currant illecebras: omneq; excessus quos per annū faciunt/ annua redimūt pēsione. Cum itaq; nobis publice fuisset inhibitum/ ne in causa ista leges aut canones deduceremus i mediū: sed priuilegia dūtaxat si qua haberemus ad manū: ⁊ quorum nullum eo tempore nos habere sciebant: viderentq; nos in hac parte omni humano solatio destitutos: ⁊ q̄ in votis haberēt hominē illiteratū ⁊ laicum: sed in emendis honoribus circūspectū preficere abbatie quā symoniaca venalitate acquisierat/ non occulta sed publica ⁊ forensi/ prosiluit ad accusationē atq; aduersus electū paginam inscriptionis arripuit. Cum enim manifesta ⁊ notoria proponerem contra eum: illi quos amicos sibi fecerat de māmona iniquitatis, opinionis eius et infamie vulneribus vinum ⁊ oleum infuderunt. Exhaustis equidē flandrie mercatoribus in argēto a romanis/ tandem infinitam auri multitudinē mutuauit. Si penne columbe deargētate: et posteriora dorsi eius in fulgore auri fecerunt vt non audirent: vel etiam verbis de libertatibus et dignitatibus sancte matris ecclesie cātuarien. pro quibus beatus martyr certauit vsq; ad mortem: et quas moriens cōfirmauit in cerebri sui effusione: ⁊ sanguine ꝓprio rubricauit. Iniunxerant electo vt se tonderi ⁊ radi faceret: benedictionē a dño papa sequēti dominica recepturus. Inter angustias igitur et cruces: inter mortes innumeras constitutus: videns q̄ non conuerteretur in iudiciū iusticia/ ad natiue rationis argumenta me cōtuli: feciq; sine promissione aliqua sine donorum aliquor impendio/ q̄ benedictio elongata est ab eo. Causa igitur cantuarien. ecclesie deo ⁊ nostro martyri cōmendata Julio ingrediente cum febre grauissima curiam sum egressus. Benevaleatis.

¶ Littere excusationis. Epistola.ccj.

Dilectissimo pri suo J. dei gratia carnoten. episcopo. P. bles. cātuarien. archiepiscopi cancellarius Salutem in vero salutari. Audiui ⁊ turbatus sum vehementer: quis quis

dã detractores deo odibiles (sicut dicit apostolus) vestre gr̃e serenitatem michi obnubilare conati sunt: ex bonitate vestra sumentes occasionem malicie: vt quia vos altissimi misericordia votis meis quandoq; facilem ⁊ benignum exhibuit/simili immo longe dissimili facilitate vos contra me possint ad odium inclinare. Ausus est susurro et biliguis vestre discretioni consulere me ad obtinendam carnoteñ.ecclesie prepositurã subsidia regum et comitum contra vos implorasse.credo si eorum auxilia postulassem/petitioni mee gratanter assisterẽt. Sed de iusticia mea et vestre cõscientie puritate securus: emendicata hominũ suffragia non requiro. Placet michi(si tamen bñ placitum est in oculis vestris) vt causa mea in aliam controuersie ⁊ euentum iudicij deducatur. Q; si misericordiã ⁊ non iudicium erga me cogitatis/scripto vestro qd̃ de prepositura michi fecistis autentico:abbatibus etiã qui affuerunt:et vestre cõscientie me cõmittq. Scio quis michi istas calũnias suscitauit. Verũtamen saluum faciet dñs filium pauperis:⁊ humiliabit calumniatorẽ:et mendaces ostendet qui maculauerũt innocũ. Illud in stupore michi vertitur: ⁊ super omnia in dolorẽ/q; circũspectissime prudẽtie vestre potuit psuadere humana versutia, me cõtra vos a romana curia litteras impetrasse. Nũquid gloriabitur securis cõtra eum qui incidit in ea? Quomodo si eleuaretur contra eleuantẽ se baculus qui vtiq; lignũ est: sic esset si ego carnalis ⁊ venundatus sub peccato, insurgerẽ aduersus deũ ⁊ aduersus christũ eius: aduersus eum qui ab exilio me redemit. Scio ⁊ recolo incessanter que et q̃ta fecistis michi vnde cantabiles michi sunt, et erunt semp miserationes vestre in terra peregrinationis mee. Non enim dilexisti me quia prior dilexerim vos/ quia dilexistis ⁊ preuenistis me in bendictionibus vestris. Scio q̃d boni fecistis domesticis hostib⁹ vestris: et in eis qui certe securissime possunt cũ ppha dicere de vobis. Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semẽ sanctũ: sicut sodoma facti essemus: ⁊ sicut gomorra similes fuissemus. Ego iterim sustineo patiẽter donec consilia eorũ qui dicunt bonũ malum ⁊ malũ bonũ exsufflet, ⁊ dissipet dñs, vertet eñ impios ⁊ nõ erunt. Sapiẽtia autem vestra vincat maliciã. Et si ad voces aduersariorũ meorũ exarserit in breui ira vestra: cogitetis vt cõplacitior sitis adhuc: nec vestras a me seruo vestro misericordias abscindatis. Ego eñ omni cẽsure ⁊ correctioni vestre me offero: si i aliquo vos offendi. Q; si in me corripiẽdo etiã excederetis terminos equitatis: hoc ipsum satis desiderabile reputarẽ. Quia iuxta verbũ iob. Etiã si me occideritis sperabo in vobis. Testimonio eñ sapientie. Melior est iniquitas viri q̃ mulier benefaciens. Dulciora sunt quidem michi verbera vestra/q̃ vbera eorum qui lacte lamiarũ vos pascunt/et qui quãdoq; propinauerũt michi de calice babilonis. Illud autẽ suauissime fero: ⁊ meis etiã annumero votis si vestrũ nepotẽ recepistis in gratiã: dummodo mea conditio nõ ledatur. Etenim q; nepoti vestro propicius estis: hoc et nature cõditio, ⁊ ordo postulat charitatis. Apostolo dicẽte. Qui suorũ et maxime domesticorũ curam non habet/fidẽ negauit: ⁊ est ifideli deterior. imo preces addo deuotissimas: si tamẽ vestri serui preces acceptare dignemini: ⁊ non reuocetis ad animũ preteritos vestri nepotis excessus. In quo enim displicuit placebit vobis: ⁊ vbi supabundauit delictũ/supabũdabit ⁊ gratia. Summã precum ⁊ desideriorũ meorũ sub ea verborũ paucitate cõcludo: vt me vestrũ immo verissimũ reputetis. In primo eñ deo dante me totum beate virginis obsequijs deputabo ⁊ vestris/futurus vitula effraim docta diligere triturã: ad thesauros vestre cõscientie currã: pro quibus omnes seculi thesauros cõmutarẽ. Quis enim thesaurus pciosior esse potest q̃ prudẽtia verba ⁊ sermones illius audire, qui sermone ⁊ opere semp aduitam edificat: cuius verba spiritus et vita sunt/iuxta sapiẽtie verbũ. Thesaurus desiderabilis reqescit in ore sapiẽtis. Ad bũc thesaurũ sitio ⁊ desidero: sicut ceruꝰ ad fontes aquarum. Ad hunc veniam ⁊ in eo viuam et moriar/quicquid frendent aut grũniant immundissime sues: q̃cquid venenose confingant neqssimi detractores. Ibo in primo duce christo iesu: et vincã simplicitate versutiam/impatientiam mãsuetudine/virtute fraudẽ/humilitate superbiam/maliciam bonitate. Secundo aut tertio queso hanc relegatis epistolã: que de attramentario dolorẽ ⁊ se scripta est: et de angustia spiritus emanauit. Valeat charissimus dñs meus: et omnes qui eum diligunt ex affectu. Valete.

¶ De beneficio scripture ad preteritorũ memoriam conseruandam. Epistola.cciij.

Vla quorum memoriam perpetuat scriptura, superueniens senium non delebit. Consuetum est enim vt ea quorum expedit retineri, litterarum apicibus commẽdẽtur: vt beneficio scripture a calumniosis litibus secura in posterum perseuerent. Inter cõmoditates inuentionis humane, nil censetur vtilius beneficio scripturarũ/quibus memoria reformatur: ⁊ in nouitatem redit q̃d obscurauit obliuio: ⁊ quod vetustas temporis antiquauit. Adeo temporibus nostris humane ambitionis ardor inualuit: vt legitime donationes et opera misericordie versutiam calumniantium euitare non possint: nisi memorialibus scripturis, ⁊ numerositate testium imposterũ muniãtur.

¶ Tractatus Petri Blesensis de cõfessione facienda. Prologus.

Rogasti me vt tibi aliquid de virtute cõfessionis recitare stilo in cedulis (sicut soleo) exararẽ. Sic aquam postulat fons a riuo, magister a discipulo sciẽtiã, cõtemplatiuus ab actiuo, ab archidyacono psul, spũalis carnali, sanctus a pctõre, sapiẽs ab ignaro: desideriũ quidẽ buꝰ opis in me parturit affectuosa deuotio. Sz (sicut ppheta cõmemorat) vires nõ habet parturiẽs: facto quidẽ q̃d possum: ⁊ si citra limites facultatis suspẽdat affectus, votis tñ exuberans et accumulata ac accurata voluntas meũ suppleat impfectũ. Vtar itaq; vice cotis que obtusa est: ⁊ tñ ferrũ acuit. Et vt verbo sapiẽtis minus sapiens vtar: q̃d sine fictione didici vestre sine inuidia cõmunico sanctitati. Incipio g̃ nichil de spiritu meo prophetans: sed ea que presens tractatus exposcit, sanctorũ patrũ auctoritate cõfirmãs. Micas eñ collegi que ceciderũt de mẽsa dñorũ meorũ: et cũ ruth moabitide in agro booz spicas coadunaui: que manꝰ euaserunt messorũ: si forte in earũ excussione inueniatur mensura ephi: de qua in valle plorationis pegrinantes a dño cõfitentes sibi panẽ cõficiant lachrymarũ.

¶ Tractatus.

Secutꝰ est dñs ad moysen dicẽs: Vir in cuius cute varꝰ apparuerit color, veniet ad sacerdotẽ, ⁊ se ostendat illi. Per q̃d intelligi datur q; peccati cõfessio designata p lepram, faciẽda est sacerdoti. Verbum eñ Augustini est: Nemo dicat sibi occulte: cõfiteor ⁊ ago penitẽtiã apud deũ. Si eñ sufficiens est ista cõfessio: ergo sine causa date sunt claues Petro: frustra etiã dictũ est: Quodcũq; solueris super terrã erit solutũ et in celis. Omnia sane in cõfessione lauant. Et sicut corde creditur ad iustitiã, ita ore cõfessio fit ad salutem. Magna est cõfessiõis virtus: q; sicut beatus Ambrosius in libro de paradiso scribit. Cõfessio lauat aiam: confessio aperit paradisum: hec est secũda post naufragium tabula, baptismusq; ⁊ penitẽtia. Deuota confessio est tanq; potio valida scrutans corda et renes: ptingens vsq; ad diuisionem aie ac spiritus: ⁊ exhauriens de medullis aie noxiales affectus. Sicut autẽ per ingratitudinẽ peccata redeũt: sic per cõfessionem opa mortua reuiuiscunt. Vnde Augustinus in libro de penitẽtia. Piũ est credere q; cuz in homine gratia dei mala destruxerit, prima remunerat bona: et cum destruxerit q̃d non erat, suũ dirigit bonũ: et fouet q̃d ipse plantauit. Apostolus ad hebreos. Jaciẽtes fundamentũ penitẽtie ab operibus mortuis. Opa mortua sunt que fecimus, dum in petõ eramus. hec (teste Gregorio) sicut p peccatũ irrita fiunt: sic per penitentiam rediuiuũt. Cetera ergo nostre salutis remedia cõfessio antecedit: vt preoccupemus faciem dñi in cõfessione. Sicut scriptũ est Preoccupemus faciem dñi in cõfessione. In huius rei auspiciũ Judas (qui interpretat cõfitẽs siue cõfessio) in trãsitu maris rubri quodã dignitatis priuilegio populũ israel antecessit. Hec est secũda circũcisio que facta est in galgala: q̃ interpretat sanctificatio. Cõfessio eñ sanctificatio nostra est: sicq; psalmꝰ cõmemorat In exitu israel ⁊c. facta est iudea sanctificatio eius. Tãta est efficacia cõfitendi: q; si peccator reatũ suũ cõfitẽdo aperit: deꝰ illud operit, se accusantẽ excusat, ⁊ peccatũ suum agnoscentem ignoscit. Testimonio Salomõis: Qui abscõdit scelera sua, non dirigetur. qui autẽ cõfessus fuerit, misericordiã cõsequet. Ex occultatiõe quidẽ ⁊ oppressione peccati nascit quedam lapidea cordis obstinatio: fitq; talibus in oratiõibus suis celũ eneũ ⁊ terra ferrea: vt sint quasi mõtes gelboe: sup quos nec ros, nec pluuia cadit: quorũ malicia rorez misericordie/fontẽ pietatis ⁊ gratie fluẽta siccauit. Iratus itaq; dñs dimittit eos post desideria sua, vt eãt in adinuẽtionibus suis: sibiq; irã thesaurizẽt in die tremẽdi iudicij. Est iterũ conscientia miseri quasi fouea erittij ⁊ liene: ibiq; sibi occurrũt demonia vlule ⁊ pylosi: dũ apõsta ta spiritus secũ ad habitandũ in ea septẽ spiritus nequiores se assumit. Infelix homo quare te abscõdis a facie dñi in similitudinẽ preuaricatoris ade? Quare dissimulas mortiferũ vulnus? vlcus praue cõsciẽtie q̃d nũc pallias: q̃uiq; in multa tui cõfusione reuelabit, cũ in cõspectu omniũ sanctorũ ante tribunal tremẽdi iudicij stabis nudus: nichil eñ occultuz q̃d ibi nõ reueleꝰ. Tũc hi qui sua scelera oppresserũt, dicẽt mõtibus Cadite sup nos, ⁊ collibꝰ operite nos. Manifesta eñ erunt occulta cordiũ: ⁊ pre cõfusiõe ⁊ horrendo diuine maiestatis aspectu vellet (si liceret fugere) demergi etiã in voraginis tenebrose abyssum. Filius ergo plorationis eterne q̃ nunc deũ despicit cõsulentẽ/monentẽ/⁊ miserícorditer arguẽtẽ: audiet indignantẽ/obiciscentẽ/iudicantẽ terribiliter/et irremediabiliter cõdemnantẽ. Saluberrimũ est ergo confiteri dño qm̃ bonus: qm̃ in seculũ misericordia eiꝰ. Propterea beatus Job dicit: Nõ parcam ori meo: dimittã aduersuz me eloquiũ meũ. Loquar in amaritudine aie mee: dicam deo noli me cõdemnare. Sciebat q; sicut deus iudex vltor est culpas suas abscõdentium: sic aduocatus est confitentiũ. Nec melius causam nostram iustificare possumus: q̃ si accusando ⁊ punẽdo, partes iudicis exequamur. Si nos (inquit apostolus) dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Summũ ergo salutis cõsiliũ est humiliari sub potẽti manu dei: et se miserabile exhibere in oculis misericordie eius: nostram per omnia voluntatem illius subijcere volũtati. Nam ⁊ vita in volũtate eius. Salubre est ergo confiteri: q; (teste Hieronymo) Nemo sine cõfessione saluatur. Et notetur q; confessio siue penitentia alia est falsa: vt in esau et saul. Desperata, vt in cayn ⁊ iuda. Salutifera, in petro ⁊ magdalena. Quatuor nimirum solent confessionis gratiã impedire: pudor/timor/spes/desperatio. Qui autẽ sub

pudor

timor

spes

desperatio

istis quatuor lapidibus tacet, quatriduanus est in sepulchro. Nam a mortuo tanq̃ ab eo qui non est, perit cõfessio. Veniat ergo Jesus misericors & clamet. Lazare veni foras. Foras venit qui per confessionẽ interiora cordis aperit. Si vero pudor prohibeat cõfiteri, recolat quomodo libri cõscientiarũ aperiẽtur coram omnib⁹ in die iudicij: cum reuelauerit dominus abscondita tenebrarum. Et sicut nunc nemo se abscondit a calore eius: ita tunc nõ erit qui se abscõdat a splẽdore illius. Non ergo pudeat dicere, quod non puduit facere: sed vtili erubescentia cõfundatur vt in splendoribꝰ sanctorꝰ, de humilitatis sue merito glorietur. Contra timorẽ penitẽtie (que videt ipsa portabilis) obiciat gehẽne memoria: timor ignis inextinguibilis: vermis nõ morientis: fetor mortificans: et dolor cuius nõ est intermissio siue finis. Non videat ei grauior breuis curatio q̃ pena supplicij gehennalis. Horrendũ est incidere in manꝰ dei viuentis: ideoq̃ pena tẽporalis transigat cũ eterna: & sustineat patiẽter flagella pij patris, vt euadat flagella torturis. Si aũt sperat de lõgitudine vite, & de dei miseratiõe presumit: attendat q̃ breuis et incerta sit vita eiꝰ. Quicũq̃ in spm̃ sanctũ peccat: & quãtũ in eo est summi iudicis iusticiã omnia iudicantis euacuat. Existimasti inique q̃ ero tui similis: arguã te, et statuã contra faciẽ tuã. Qui tales sunt non presumãt de dei miseratione: quasi velit deus eorũ ignorare versutias: & sub quadã pia dissimulatiõe transire. Hã ꝓpter hoc irritauit impiꝰ deũ: dixit enim in corde suo nõ requiret. Sed certe requiret dñs: et retribuet abundãter his quorũ nõ est memor amplisꝰ: & ipi de manu sua repulsi sunt. Mẽtita est nãq̃ iniq̃tas sibi: sed damnabit veritas eternaliter qõ mẽdacitũ temporaliter accusauit. Sicut scriptũ est. Inimici dñi mẽriti sunt ei, & erit tẽpus eorũ in secula. Desperatio aũt miserũ hoiem in oẽ desiderũ penitẽtiose ꝓcipitat vt cõtẽnat tremẽda iudicia dei. pctõr enim cũ venerit in pfundũ malorꝰ cõtemnit. Huic opponimꝰ dñe deꝰ memoriã abũdãtie suauitatis tue: quã exhibuisti dauid homicide/ adultero/ ꝓditori/ maxime peccatrici/ petro negãti/ chananee clamãti/ latrõi seditioso pẽdẽti. Ipis etiã crucifixoribus tuis. Sperẽt g̃ in te q̃ nouerũt nomẽ tuũ: qm̃ nõ derelinq̃s q̃rentes te dñe. Nullꝰ q̃so absorbeat abundãtiore iusticia: q̃diu xps ad idulgẽtiã se exponit: & de cruce ad admirabiles nos amplexꝰ iuitat. Est cõfessio pfectorꝰ qui iã rẽtationũ picula euaserũt: apud quos nõ est nisi gratiarꝰ actio, & vox laudis. Alia est penitentiũ pfessio, que & deũ iratũ placat: & placatũ ad beneficia gr̃e vberiores inuitat. vñ in cãtico isaie. Confitebor tibi dñe quoniã iratꝰ es michi: cõuersus est furor tuus et consolatus es me. Propter triplicẽ statũ iustorũ, penitẽtium, reproborũ, scripta erant in libro qui ezechieli datus est: carmen/ lamentationes & ve. Carmẽ laudantiũ/ lamentationes confitentiũ/ ve illorũ qui penitentiã respuunt: quos expectat dãnationis eterne supplicium. O stulti et tardi ad obtinendũ misericordiã dei. Nec precipit vobis maria transfretare. Regnũ dei intra vos est: quibꝰ prope est verbum in ore: verbũ in corde, id est cõtritio cordis, et oris cõfessio, quibꝰ offertur terra viuentiũ, & pro nichilo habuerũt terrã desiderabilẽ. Ad cõfitendum te dominus expectat: & iam preparationẽ cordis tui audiuit auris sua. Dixi (inquit propheta) cõfitebor, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Nec tuã solũmodo cõfessionẽ: sed cõfitendi desiderũ deus miserãdo precurrit. prodigũ filiũ redeuntẽ videt pater a lõge: atq̃ festinãtior est indulgere misero, q̃ miser indulgentiã postulare. Hieronimus ad rusticũ. Dauid a nathan propheta correptꝰ respondit, peccaui. Statimq̃ audire meruit: & dominus peccatũ abstulit a te. Et idẽ. Unde scelus cõmiserũt in morte naburhe, achab et iezabel. Conuersione achab, pena eius differtur in posteros, et iezabel impenitẽs presenti iudicio condemnatur. Confessionẽ ergo ne differas: nam nescis quid vẽtura pariat dies. Nescis si hac ipsa die mors repentina te rapiat, & non sit qui eripiat. Frequẽs est illud iudiciũ celestis ire: vt qui non vult penitere quãdo potest: non possit quãdo voluerit penitere. De his qui penitentiã differunt, donec suis desiderijs satientur, scriptũ est. Ue pregnantibus et nutrientibus in illa die. Dic ergo iniquitates tuas vt iustificeris. Sicut enim testatur beatus ambrosius. Confessio iustificat: omnesq̃ sordes quas negligentior vita congessit euacuat. Et quoq̃ non timeas confiteri: quẽ deus tibi vice sua consiliariũ delegauit. Testimonio Job. Qui timet pruinam, veniet super eum nix. Erubescetemporaliter, ne eternaliter erubescas. Si modo confuderis, confusio hec gloriam adducet. Pro confusione enim hac et rubore, in terra tua duplicia possidebis. Cur timebis in die mala? Nonne melius est audire vocem cõsilij: q̃ illius sententie iudicialis expectare tonitruum: ite maledicti in ignem eternum? Sic autem confessio fiat: vt excurrat per singulas iniquitates: & singulis vulneribꝰ de sacrificio cordis humiliati quasi vnguentum ex adipe deuotionis infundat. In sacrificio quidẽ singula intestina hostie abluũtur. Augustinus de penitentia. De vniuersis & singulis penitentiã age. Deus septem demonia simul eiecit: simul sanauit surdum & mutum: legionem etiam simul eiecit ab alio: docens q̃ etiã si peccata sint mille, de omnibus tamẽ oporteat penitere. Lauabo (inquit propheta) per singulas noctes lectum meũ lachrymis meis: id est per singulas iniquitates cõsciẽtiã meã. Lachryme lauerũt apostasyam petri. Et si velis ꝑ noui & veteris testamẽti exempla discurrere: fructũ et efficaciã earũ, nõ poterit humana ratio estimare. Deducãt igit̃ confitẽtes quasi torrentẽ lachrymas tũ angustia, tũ doloris. Hã si tot⁹ eorũ sanguis & cerebrũ, vniuersq̃ ossiũ medulle liq̃facte in aquas pñiales currãt & effluãt: in diluuio tũ aquarũ multarũ ad deũ nõ approximabũt: nisi oculi tui o bone iesu eorꝰ videãt & suppleant ipfectũ. Illud aũt spẽ pnie

expiaret/ q̃ lachryme peccatricis oculos xpe tuos ad lachrymas cõpulerũt. Confitẽti igit̃ sint lachryme panes die ac nocte: comedat panem doloris, & bibat aquã amaritudinis: si forte respiciat deus/ & in verbo magni ꝓphete aque marath salis appositiõe dulcescant. Omnes autẽ circũstantias peccatorꝰ is qui cõfiteť aperiat: causam/ locũ/ tẽpus/ modũ: et quicquid mẽsuram reatus exaggerat. Sic enim beatus augustinus in libro de penitẽtia scribit dicẽs: Penitẽs suorũ criminũ exprimat qualitatẽ in loco/ in tẽpore/ in persuerãtia/ in varietate persone: vt attẽdatur excellentia officij sui/ turpitudo opis: si in sacro loco/ si in die festiuitatis vel orationi consecrata/ aut ieiunio/ q̃ta tentatione impulsus sit (sunt enim qui vltro se peccato offerunt, nec expectant tentationem, sed preueniũt voluptatẽ) & oia faciant ꝓ recuperanda vita aie/ que facerent ꝓ vitanda corporis morte. Et vt gratia euidẽtie ponamus huius rei exemplũ. Qui fornicať nõ solum suam, sed illius aiam perimit quã in cõsensum & participiũ sue iniquitatis allexit. Porro aie tertie homicida est, si rogatu eius aliquis mediator illius turpitudinis intercessit. In tua luxuria vili et breui eternũ multis ꝓcurasti supplicium: & eis in igne cõcupiscentie tue ignẽ perditiõis inextinguibilẽ succẽdisti. Cum dñs sub specie babylonis dicat de anima peccatrice Quãtũ exaltauit se in delitijs suis: tm̃ date ei tormẽta & luctũ. Tu qui ꝓ tuo ꝓpio & speciali peccato tam gratia passurus es/ q̃ grauiora ꝓ multorꝰ peccatis expectas: quorꝰ innocẽtiam argumẽtosa libidinis asturia subuertisti. Aliqui eorũ forte iam decesserũt/ & in inferno positi sunt: vbi mors depascit eos, vbi in fornace gehẽnalis incẽdij sulphurea infelices more feruentiũ & liquescentiũ metallorꝰ flãma inextinguibili cruciãt. Tu vero totius adhuc flãma cõcupiscentie carnalis ebulliens/ cõtemnis terribilia dei iudicia. Nec tormẽta illorꝰ/ nec imminentẽ tibi diem tue damnatiõis attẽdis. Simplicẽ mulierculam/ aut puerũ (quod absit horrẽda ei et odibilis deo abhominatio est) blanda & seductoria pollicitatiõe corrũpens/ in tui desiderij voluptatẽ aiam ꝓ qua xps mortuꝰ est occidisti. Illã ad cumulũ tue pditionis accedit: q̃ cũ factus sis ꝓnceps sodomorũ & gomorre/ immũdicie tue discipuli post te sederũt in cathedra pestilẽtie: serpetq̃ pestis cãcerosa in multos/ vt veniat sup te ois sanguis eorꝰ, quos suggestiõe corrupisti ope vel exẽplo. Sane ideo irremissibilis fuit culpa dyaboli, et inuẽta est iniquitas eiꝰ ad odiũ: q̃ in malicia quã nullo suggerente cõmisit, fuit subuersio et ruina multorũ. Quis estimare sufficit q̃ execrabiliter dãnabilis sit apud deũ & hoies herodiana crudelitas q̃ pueros occidit: atq̃ malicia pharaonis, q̃ submersit paruulos hebreorꝰ? Et illi quidẽ non aiarum, sed corporũ homicide fuerũt. Quãto igit̃ detestabilius est eorꝰ nõ dicam homicidiũ, sed parricidiũ qui tot innocentũ aias occiderũt? Proculdubio q̃to excellẽtior est aia corpore/ tanto infeliciores pharaone sunt ꝓditores/ et dãnabiliores herode. Putas q̃ dissimulãdo transeat, & nõ requirat deꝰ de manu tua q̃ in cõcupiscentijs & in immũdicijs tuis nobilissima eiꝰ periit creatura? Nõne hoc est peccatũ qõ lex moysi dãnat ad mortẽ? Lex imperialis gladio vltore persequit. deus etiã qui solet peccatores misericorditer ad penitẽtiam expectare, quasi sue bonitatis oblitus in vltionẽ tanti criminis de celo pluit ignẽ sulphureũ vt fetorẽ peccati pene fetor ostẽderet: atq̃ etiã cũ supplicio tẽporali cruciatus eterne dãnatiõis inciperet. Turpe reputas de tam turpi materia loqui: sed turpior est infernus. Si fedus est sermo: fedius est putrescere in peccato. Quãquid audebis facere: & ego aliud dicere nõ audebo? Testis in celis deus/ etiã cõscius in excelsis: q̃ zelo et sitio salutẽ aie tue: et tota hec exhortatio mea ꝓcedit ex medullis aie: et adipe caritatis. Sic ergo cõfessio fiat/ vt etiam in tui accusationẽ peccati veniant quecũq̃ videnť illius accessio vel sequela. Qui equidẽ inuenit peccatũ, qõ aliud annexũ non habeat. Colligate nanq̃ sibi funt squame behemoth, vna vni coniungit: & spiraculũ vite non incedit per eas. Vides q̃ in homicidijs/ piurijs/ pditiõibus & detractiõibus/ comessatiõibus/ ebrietatibus/ in verbis turpibus/ prauisq̃ cõsiliis/ & in cũctis fere criminibus, nobiscũ innocentiã alienã trahimus in reatũ. Tuam igit̃ conscientiam solerti reuolue scrutinio/ exploza omes angulos eiꝰ: nichilq̃ in ea remaneat indiscussum. Fode parietẽ/ et abhominatiões cõsciẽtie mõstruosas reuelabit tibi familiare scrutinium. Venialia nõ negligas. Qui ei minima cõtemnit, paulatim defluit: & ad maiora ꝓlabitur. Quid aũt adeo veniale est qõ nõ possit importare timorẽ: cũ de ẽbis et cogitatiõibꝰ ociosis oporteat reddere rationẽ? Vide ergo ne obruaris arena/ ne leuia te submergãt. Hã et guttule aque dũ in sentinã nauis paulatim et occulte influũt: nauẽ que ꝓcellosos impetus maris antea fortiter sustinuerat, ex improuiso submergũt. Caue igit̃ ne de radice colubri regulus: & de vsu venialiũ letifera cõsuetudo nascať. Teste siquidẽ augustino, ex quodam contẽptu peccata cõmittunt in spiritũ sanctum: qui negligẽter venialibus assuescũt. Propterea btũs iob oia opa sua verebať. Quis enim confessiõis aut penitẽtie beneficio semꝑ iustificare ꝑsumat? Ipse apls de se dicit. Michil michi cõscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum. Nõ iustificabitur in cõspectu tuo dñe ois viuẽs: ergo nõ ꝓpter meritũ meũ, sed ꝓpter nomẽ tuũ ꝓpiciaberis peccato meo: multũ est enim. Si ei non sunt cõdigne passiões huius seculi ad futurã gloriam obtinẽdam: quid erit de impfectis/ aut falsis portꝰ penitẽtijs: qm̃ terribilis & horrẽdꝰ iudex ipas iustitias iudicabit? Pcm̃ ita q̃ tuũ coram te sit semp. Cũq̃ oia benefeceris dicas q̃ es inutilis seruꝰ: atq̃ (iuxta sentẽtiam salomõis) de indulto et ꝓpiciato tibi peccato nũq̃ sis sine metu. Btũs homo q̃ semp est pauidus: Putãt aliq̃ sibi sufficere q̃ aliq̃ diua sua turpitudie destiterũt: atq̃ de ꝑmitijs arrepte cõtinẽtie ꝑsumẽtes veteres excessus nõ recolũt: & quasi spacio temporis

euanuerũt culpe/ vel earum oblitus sit/ aut dormiat deus: putãt de omnibus debitis breui pnie compẽdio transegisse. Recole quid iob ad dñm dicat. Signasti quasi in sacculo pctã mea. Et dñs in deuteronomio. Nõne hec condita sunt apud me/et signata in thesauris meis: Nõ sine dolore cordis acerbissimo/et anxia cordis afflictiõe sanant: que longo vsu inolita/et intimis aiarum medullis infixa sunt: nec hostaria et leui cõtritione redimi possunt, quibus mors eterna debetur. Quis scit vtrum sit dignus amore an odio: Conscientia hois est quasi later luteus: qui dũ plus abluitur plꝰ sordescit. Unde dñs in esaya. Si laueris te nitro, et multiplicaueris tibi herbã boryth: polluta eris in sanguine tuo. Et beatꝰ iob. Si lauero me aquis niuis, tamen sordibus intinges me: et abhominabũtur inde vestimẽta mea. Q; si penitentie seueritatẽ equa lance libras cum tuorũ excessuum ẽtitate: ad satisfaciendũ tamen deo tota tue vite nõ sufficit longitudo. Regnũ dei acquiri potest, estimari autẽ non potest: p dolores acquirit/ per violẽtiam rapitur/ per intrusionem sanctoꝝ hereditas obtinet. Si ergo que tibi initiata sunt videãtur grauia/ grauioribus dignũ te reputa. Dis quidem disciplina in ꝓncipio sui amarissima est: sed postea (testimonio apli) pacatissimũ fructũ iustitie faciet. Si ergo grauis tibi videat penitẽtia: cogita q; incõparabiliter grauior est gehẽna. Exercearis autẽ in lachrymis/ vigiliis/ ieuniis/ et disciplinis: nec tibi videatur absurdũ si ꝓpter abstinẽtiam aliquãdo caput doleat, quod sepius ab ebrietate doluit. Si rugiat vẽter quẽ frequens ingluuies suffocauit: peccati ergo sanies non solum abstergẽda, sed abradenda est asperitate doloris. Tũc equidẽ (cum beato iob testãte) sanie radis, si districtiore penitẽtia sordidas delectationes abstergis. Quod eñ nõ purgaueris in presenti: in igne iudicij purgaturus est deus. Sicut ipse p ozeã dicit. Purgabo (inquit) sanguinẽ quem non purgauerũt. Esayas quoq; Et purgabit filios leui in spiritu iudicij/ et spiritu ardoris xps purgationẽ peccatorum faciens nõ in iudicio, sed in desiderio: nõ in ardore, sed ĩ amore: terra nobis purgatoria misericorditer assignauit cordis cõtritionẽ/ oris cõfessionem/ carnis afflictionẽ: hec sunt cymbala bene sonantia. He sunt tres ciuitates refugij. Ad cõtritionem pertinet timor dei/ et desiderũ regni/ pnie humilitas/ longanimitas patiẽtie/ et abiectio sui. Cor cõtritũ et humiliatũ deus nõ despiciet. Sic ergo cor dolor pnie ꝓtera/ vt in spũ vehemẽti cõterat naues tharsis. Tharsis interpretat explorario gaudij. Nẽtes aũt nostre naues sunt quibus ĩ hac secũli voragine nauigamꝰ: explorãtes vias quibꝰ ad celeste gaudiũ ꝓuehamur. Et nos quidẽ filij petri sumus: ambulare sup aquas ꝓcipimur/ sup hoc scz mare magnũ et spaciosum: semper autẽ mergimur nisi spũs adiuuet infirmitatẽ nostram/ vt possimus dicere cũ ꝓpheta Nisi q; dñs erat in nobis forsitan aqua absorbuisset nos. Propositũ itaq; penitẽtie perseuerãtia comitet. Quid eñ oia predicta ꝓdeerunt penitẽti/ si ad vomitũ reuertat? Verbũ sapiẽtis est. Vnus edificãs/ et vnus destruens quid est nisi labor: Ita et qui baptizat a mortuo/ et iterũ tangit mortuum: quid ꝓficit ei lauatio? Verbum augustini est. Inanis est penitẽtia/ quam sequẽs culpa coinquinat. Vulnus iteratũ sanat tardius: sic lugens et peccãs veniam non meret. Gregorius. Qui admissa plangunt, nectũ deserunt: se inaniter mundãt/ et nequiter inquinãt. Idcirco lachrymis se lauant/ vt mũdi ad sordes redeãt. Item gregorius. Lauamini: mũdi estote post lauacrum eñ mundus esse negligit, quisquis post lachrymas vite innocentiam nõ custodit. Remo itaq; de momẽtanea cõtritione/ vel affluentia lachrymarũ presumat. Sũt ei plerique irreligiosi/ aut potius iniquitatũ abysso absorpti letãtes cũ male fecerint, et exultantes in rebus pessimis: quos videmus timore pene aut peccatorũ recordatione compũgi vsq; ad lachrymas: mira etiã deuotione liquescere in amore iesu: et ipsum totis medullis aie brachijs deuote affectiõis amplecti. Videmus etiã alios in exercitio penitẽtie/ et inter multiplicia virtutũ presidia constitutos ita ex toto arescere/ vt nec vnã ab oculis suis possint lachrymã extorquere. Sciẽdum itaq; q; gratia lachrymarũ quedã dei visitatio est: que quãdoq; dat ad excitationẽ torporis/ quãdoq; ad cõsolationem laboris/ quandoq; ad gratiã retributiõis. Pria eñ quasi stimulus desidem pungẽs. Secũda quasi baculus debilẽ sustinẽs. Tertia quasi lectulus quietẽ suscipiẽs. Sicut eñ deus nũc verbo, nũc exẽplo, nunc etiam flagello torpide aut tepide viuẽtes ad salutẽ ꝓuocat: sic eosdem per inspirationem occultam cõpunctione/ aut terrore ad statũ vite melioris inuitat: vt sit hec diuine gratie oblatio reprobis ad iudicium: his autẽ qui electi sunt ad ꝓfectũ. Nec solũ lachryme, sed etiam virtutes: vt sapiẽtia/ vt cõtinentia/ eloquentia/ et multa huiusmodi: que de thesauris celestis mie, ꝓducunt: multis per abusionẽ aut elationem cõuertunt in malũ. Bona siquidem dei tam bonis q̃ malis sunt qñq; cõia: nam et saul inter ꝓphetas/ et inter apl̃os numeratus est iudas: ꝓpter quod et saluator in euãgelio dicit. Multi michi dicẽt in illa die. Nõne in noie tuo dñe demonia eiecimus: et in noie tuo signa multa fecimus? Et tunc cõfitebor illis, q; nõ noui vos. Discedite a me operarij iniquitatis. Penitẽtia caym/ fletus esau/ seu confessio iude plangentis se tradidisse sanguinẽ iustũ eis cesserũt in iudiciũ et tormẽtũ. Sepe filij israel in heremo correpti a moyse fleuerũt coram dño, q̃b⁹ illa pnia nichil ꝓfuit ad ꝑstinas ꝓcupiscẽtias denuo resolutis. Sed et terrã ꝓmissiõis ingressi/ cũ loquerẽt eis angelus in loco q̃ ꝓpter hoc postea vocatꝰ est locus flẽtiũ: leuauerũt vocẽ et fleuerũt: et tũ paulo post facere malum coram dño addiderũt. In electos autẽ compũctio est ad ꝓsolationẽ, quibꝰ oia cooperant in bonũ. Hac ei in melius ꝓmouẽt: dũ ex ipsa dulcedine qua fruũt ad exercitia spũalia fortius se accingunt. Qui dũ dura et aspera gaudẽt sustinere ꝑ xpo/ ꝓficiunt in illud

compũctionis excellentius genus q̃ infirmos sanat debiles roborat/ cõsolationem et quietem indulget. Quam experiebat ꝓpheta cum diceret: Memor fui dei: et delectatus sum. Et q̃ magna multitudo dulcedinis tue dñe: quã abscondisti timentibus te. Memo igit ꝑm primũ visitationis genus sanctitatẽ in se mẽtiat, cum illam reprobis sciamus frequẽter accidere: sed nec de secũdo genere visitatiõis presumat. Illa ei nõ sanctificat, sed ad sanctificandũ preparat: et euenit qñq; tentatis ne coruãt: plerũq; tentandis vt leuius ferant. Si quis aũt secũdo visitationis genere assuescat/ facile ꝓficiet ad tertiũ genus: quod iam nõ solũ excitat aut cõforat, sed vberiore gratia victorẽ remunerat. Si ergo senseris in te gratiã cõpunctionis et affluẽtiam lachrymarũ: non tũ ideo te statim arbitreris dño recõciliatum. Nec opinet seruus se esse filiũ: licet qñq; pascatur pane filioꝝ. Nam de talibus scriptum est. Inimici dñi mentiti sunt ei: et erit tempus eorũ in secula. Et cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos. Nota et in his verbis et alios esse dñi inimicos: et tũ ex adipe frumenti, et melle spũali a dño satiatos. Q; talis patiẽtia dei ad penitẽtiam sustinet et expectat: credũt se indulgẽtiam obtinuisse diuinã: et totũ suarũ lachrymarũ meritis ascribẽtes, diuinã: et totũ suarũ lachrymarũ meritis ascribẽtes, dicunt cũ vxore manue. Si dñs voluisset nos occidere: nõ vtiq; de manu nostra sacrificiũ suscepisset. De talibus etiã credo scripsisse apostolũ. Dedit (inquit) illis dñs spiritũ cõpunctionis/ oculos vt nõ videant: et aures vt nõ audiant. Nõne ista cõpunctio eorũ excecat oculos/ et aures cordis obturat: qui credentes se aliquid esse cũ nichil sint abhominabiles criminũ maculas sine fructibꝰ penitẽtie paucis lachrymis estimãt abluisse? Vera siquidẽ penitẽtia nõ in lachrymis momẽtaneis aut hostaria cõpunctiõe cõsistit. Nulla etiã affectio pia meritoria est ad salutẽ: nisi ex xpi dilectione ꝓcedat. Sepe in tragediis et alijs carminibus poetarũ/ in ioculatoꝝ cantilenis describit aliquis vir prudens/ decorus/ fortis/ amabilis/ et per oia gratiosus. Recitant etiã pressure/ vel iniurie eidẽ crudeliter irrogate, sicut de arturo/ et gangano/ et tristãno fabulosa quedã referũt hystriones: quorũ auditu cõcutiunt ad cõpassionem audientũ corda/ et vsq; ad lachrymas cõpungunt. Qui ergo de fabule recitatiõe ad miam cõmoueris, si de dño aliquid plũ legi audias q̃ extorqueat tibi lachrymã: nunquid ꝓpter hoc de dei dilectione potes dictare sentẽtiã? Qui cõpateris deo, cõpateris et arturo. Ideoq; vtrasq; lachrymas pariter pdis si nõ diligis deũ/ si de fontibꝰ saluatoris spe scz/ fide/ et caritate deuotiõis et pnie lachrymas nõ effundis. Sane mirabili deꝰ artificio mie salutẽ nostrã operat ineffabiliter. Ipse sapiẽtia illuminans, ipse scientia terrens, ipse caritas blande inuitãs/ velut si aliquẽ melle dulcedinis inexptũ velles ad appetitũ mellis allicere: et ideo eius ori mellis guttulã instillares. Ita saluator carnalibꝰ immersos illecebris, quos nec predicatio/ nec districti iudicij timor cõuertit ab iniquitatibus suis quodam rore mie/ quodã gustu sue dulcedinis ad salutẽ vocat: donec ei iugũ suauissimũ sue seruitutis imponat. Licet ei post illiꝰ suauitatis experiẽtiam homo ille ad vanitates seculi reuertat, cooperante tũ gratia dei ille in se reuersus in seipso cõfundit/ semetip̃ sum odio habet: q; oblata sibi dei gratia totiens est abusus. Hinc de artiore cogitat vita, motus refrenat illicitos: et affectat sibi legem tãte necessitatis imponere, vt cũ habeat velle in peccãdo/ nõ habeat tũ posse. in talibꝰ eorũ sanctitas fructꝰ est lachrymarũ. Ad hoc siquidẽ date sunt: et hoc p illas opabat altissimus. Si ergo per eas impletũ est, ꝓpter q̃ date sunt: vt quid necessarie de cetero sobrie/ et pie/ et iuste viuẽtibus erunt? Videlicet ꝓfecto q̃ gratum deo sit sacrificiũ lachrymarũ: et p omnibus delictis sufficiẽs holocaustũ. Sed quibus? Confitẽtibus, penitẽtibus nõ reuertẽtibus ad vomitũ: sed in spiritu humilitatis/ et in aio cõtrito fugientibus ad pia viscera iesu/ et cõtinuantibus dignos penitentie fructus. Sic in vigiliis ieiunijs/ disciplinis/ mortificatio carnis assumpta in omnibus membris cũ lachrymarũ ꝑfusione se offerat/ vt holocaustũ cordis deuotissimoꝝ affectuum suauitate pinguescẽs/ coram summo sacerdote de ara spiritus interioris odorẽ suauitatis effundat. Expedit eis qui cõuertuntur ad cor bestiales sensuũ motus districtiore cẽsura cohibeãt: quatenus tota sensualitas ad arbitriũ spiritus in xpi obsequium captiuet. Non ei vir ꝓpter mulierẽ, sed mulier ꝓpter virum facta est: caro scz, vt spiritui ancillet. Que vtilitas si bũ offers et male diuidis dicẽs ei Anathema qui dicit peccasti quiesce: vade et noli amplius peccare/ ne deterius tibi cõtingat? In initijs igit abstinentie nodis alligandã est caro/ vt ita sine difficultate ꝑfam cũ vicijs et concupiscentijs crucifigas. Xps equidem ꝑus ligatus est: postea crucifixus. Et vos hoc sentite in vobis q̃ et in xpo iesu/ vt cũ iosue quinq; reges. i. quinq; sensus patibulo penitẽtie affigatis. Caro siquidẽ valida nostra est domesticꝰ hostis/ noster hunc occidere nobis non licet: immo circũferre et alere nos oportet. Sic aũt affigatur vt seruiat: sic tendat corda ne rumpat. Sic etiã pascatur iumentũ/ vt labori sufficiat. Nam et in sacrificio auiũ nõ abscindunt ascelle turturis, sed frangũtur. Certa vero moderatiõe dispẽses ea que circa miserias carnis exigẽtia naturalis exposcit: et ad custodiam cordis tota studij vigilantia transferat. Verbũ salomõis est. Omni custodia serua cor tuũ: q; ex ipso vita ꝓcedit. Non eñ satis est ad salutẽ extraordinarios reprimere motus carnis: quos a nostre originis coruptione contraximus, nisi ꝓfectus anime summa diligentia ꝓcuremus. Quid eñ prodest si extra aut circa vineam stirpes spinarũ veternosas explantes: nec spinas aut tribulos interius eradices? Non decet etiam de partu ancille esse sollicitum: et in domina nõ dolere sterilitatis opprobrium? Non expedit vt terram corporis penitentialiter excolas: si de anima plantaria superbie cupiditatis et inuidie non

euellas? Nec etiam multum interest si domita carne peccatū obtineat mentis arcē: vt qui foris iustus apparet, partē sui perdiderit meliorē. Scriptum est. Foris pugne, intus timores. Res plena discriminis est/ si sic extra ciuitatē cōmittimus bellum/vt nichilominus in ciuitate patiamur excidium. Nō sunt forsitan pedes tui veloces ad effundēdum sanguinē: sed currūt affectus tui ad acquiescendū carni ⁊ sanguini que nō possident regnū dei. Testatur autē pius papa religionis opera nō pdesse: nisi mens in dei timore a prauā cogitatiōe ieiunet. In pmis itaq; deū time: ⁊ mandata eius obserua/vt (sicut apostolus dicit) cū timore et tremore tue salutis negociū opereris. Initiū siquidem sapiētie timor dñi. Verbūq; esaye est. A timore tuo dñe concepimus: ⁊ spiritum salutis peperimus. Expedit sane his qui conuertunt ad cor/vt in timore iudiciorū dei turbam irruentiū cogitationū districte cohibeant: ne transeāt in affectū cordis. Sit autē homo exterior tāq; mortuus a corde: vt in sanctarū meditationū serenitatē libere liceat interiori homini respirare. Sunt equidē vage cogitationes in quib⁹ grāde periculum est: dūmodo habeas dñm in cōspectu tuo/ ⁊ sit aīa tua in manibus tuis semper. Sūt ⁊ cogitationes de cibo/de indumēto/ ⁊ potu/ ⁊ cōsimilibus quas exigētia corporalis exposcit, et hec nostre carni familiarius adherēt: nobiscum eñ coaluerūt a prima origine/ vt quasi nostra primogenita censeant. Si ergo he cogitatiōes/ aut alij pmi motus quos lex peccati scribit in carne, ceperint ascendere ⁊ cōtaminare cōscientie tue lectū: dicas cū beato iacob. Ruben primogenitus meus nō crescas, q; ascendisti cubile patris tui: et sic in spiritu fortitudinis allidant ad petrā paruuli babylonis. Tertiū cogitationis genus dānabile est, qd de luxurie/ aut superbie/aut inuidie/vel alterius detestāde iniquitatis sterquilinio latēter obrepit: cuius fetorē ocito exalare persenseris, auerte animū/cogita terribilem in suis iudicijs deū/curre ad lachrymas/illāq; cogitationē de longe auctoritate imperiosa cohibeas. Moris ipsa est: ideo ipsam nulla occasiōe tibi approximare permittas. Q; si tui dñata nō fuerit, tūc immaculatus eris: eritq; sub te appetitus tuus/et tu dñaberis illius. Si ergo aliqua cogitatio virulenta/vel in modico tuos sensus infecit: vulneratus es a serpente/curre ad serpentē eneū/ xp̄mq; inuoca, cui ois cogitatio confiteē. In corde contrito ⁊ humili poteris cogitationē tuā mirabili artificio humilitatis auferre ab oculis eius: vt eam nō videat q̄ oia videt. Auferte (inquit) malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. O q̄ mirabiles ⁊ terribiles oculi, quos neq; cogitatio parua pteruolat. Deⁿ ei sicut videt actⁿ ita hoīm cōtemplatur affectus: nec opⁿ est vt quis ei testimonīū perhibeat de hoīe. Ipse tñ nullū post humilem cōfessionē videt pctm: qm̄ caritas operit multitudinē peccatorū. Super oia studeas ante misericordes oculos dei hūilis ⁊ miserabilis apparere: pre cūctis virtutibus humilitas deo familiariter ⁊ pfidēter assistit. Hec deo cognata est et amica: hec sola virtutem se esse ignorat: ipsa de suo contēptu fit honorabilior/et in sui abiectiōe alias virtutes exaggerat: dum ex eo pficit quo officit/ omniū dispendia recōpensat. Humiliare ergo, nec filio patris tui sit dedecori humilitas: q̄ non dedecuit filium dei. Descēdit naaman de curru superbie in iordanem: qui interpretat descēsus siue humilitas/ ⁊ a lepra mundat. Descende et tu atq; humiliare/ si vis a peccato mūdari. Propterea psalmista dicit. Memor ero tui de terra iordanis et hermonij a mōte modico. Mons quidē modicus est supbia huius vite: tam breuis/tam misere/tā incerte. Et vnde superbiet terra ⁊ cinis/vermis ferēs/ reptās in palude ranūculus/cadauer putridū/lutum vermibus scatēs/et vile morticinū? Leua manⁿ tuas in superbias nostras deus: et cōfringe cornua peccatorū. Humiliēt in puluere aīa nostra/ vt cū lamētatore pphēta ponamus in puluere os nostrū, si forte sit spes si forte conuertat ⁊ ignoscat deus: atq; fm̄ multitudinem ire sue nō querat. Horrendū quippe est incidere in manus dei viuētis. Ignis ei succēsus est in furore suo: ⁊ ardebit vsq; ad inferni nouissima. Dñe ne in furore tuo arguas me, sed sustine vt meipsum arguā cōfitendo. Et que tibi glia deus si creaturā tue cōformē ymagini/et caractere tue fidei consignatā ppetua excōlcatione precidas a cōlone sanctorū: vt eam eterne mortis abyssus absorbeat/ ⁊ sup eā vrgeat os suū puteus infernalis? Quev tilitas in sanguine meo deus: si descendo in corruptionem? Quis ex vobis poterit stare cum igne deuorante: aut quis stabit cum ardoribⁿ sempiternis? Vincat quesō dñe mīa tua miserias meas: et meas iniquitates benignitas tua. Suscites in me vere cōtritionis ⁊ cōfessionis affectus: ⁊ ne torquear gehennalis ignis incēdio ignem in me tue dilectionis accendas. Quod nobis cōcedat qui viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus eiusdem de penitentia iniūgēda: et increpat quēdam super austeritate nimia erga penitentes.

¶ Epistola.cciiij.

Immia tui rigoris austeritas, quam exerces in tuorū confessionibus fratrū (sicut dicit) ex eorum querela cōsenorīū generat materiā scādalorū. Susceptos eñ ad penitētiale remediū post cōfessionem publice dehonestas. Nam licet infirmitates eorū verbo non publices: quadā tñ superciliosa ⁊ notabili despectione opinionē eorū apud alios sinistra suspitione cōtaminas. Nouisti q̄ graui aīaduersione plectatur trāsgressio sacerdotis peccata sibi confitētium reuelātis. Nec multū interest vtrum voce/ vel signo/ vel quodā vultuoso contēptu/ aut alias nimia seueritate satisfactiōis secreta cōsciētie aliene vulgent. Tales equidem canonica cēsura deponit/ ac depositos

per petuo et ignominiose pegrinationi addicit. Sicut scribit beatus gregorius. Ars est artiū regimen aiarū. Spūalis ergo medicus in recipiēda confessiōe multa cautela vtat. Oportet ei sicut in libro penitētiali docemur: vt sacerdos in multa mānsuetudine ⁊ benignitate suscipiat penitentē. Oret in primis p eo/nec se peccatorē pfiteri dubitet: vt ad cōpunctionem puocet penitētis affectū, pp̄ro humilitatis exēplo. Nullum oīno despiciat peccatorē: q; sicut beatus hieronymⁿ scribit Ille nullū despicit peccatorē/ q̄ peccatores redimere venit. Et adiūgit Si penitēs post cōfessionē coteminitur a prelato, facile in desperatiōis foueā detruditur: qd̄ quidem peccatū adeo damnabile est/vt deum ad iram puocet: nec veniā mereat. Sicut ergo confitenti necessaria est humilis et sincera deuotio: sic penitentiali. i. sacerdoti necessaria est diligens ⁊ circunspecta discretio/vt discernat inter lepra et lepra: vt habeat in se tria, bonitatē/scientiā/disciplinā. Bonitatē in sanctitate/scientiā in eruditiōe/ disciplinā in correctione. Hec tria quidā postulabat dicens: Bonitatē ⁊ disciplinā/ ⁊ scientiā doce me. Sic samaritanus infundēs oleū mie/vinūq; iustitie. Habeat cōscientia eius quasi archa federis māna ⁊ virgā: vt sciat cōpati et ignoscere/arguere/ ⁊ monere. Gaudeat de pmitiuis fructibus penitētis sicut bonⁿ agricola, cōpatiat infirmo: dubiūq; cōfortet recolens illud apli Quis infirmat/ ⁊ ego nō infirmor? Et audiēs tentatiōes illiⁿ/suā infirmitatem cogitās a pud se dicat: Si in tāta tentatione fuissem: grauiⁿ ceciderissem. Nichil dicat/aut fiat cū indignatiōe et ira. Ira ei viri/iustitiā dei non operatur. Mediū autē teneat ne nimia remissio/ vel nimia austeritas sit in eo: certūq; penitētijs modū sanctorū patrū instituta prescribāt. Beatus eñ gregorius falsas penitētias vocat: que nō fm̄ auctoritatē sanctorū/ ⁊ p qualitate criminū imponūtur. Sunt equidē qui pciis grauibus leues/et inusitatos iniūgunt penitētie modos: cōsuentes (iuxta verbum pp̄hete) puluillos sub oī cubito manus: ⁊ ceruicalia sub capite vniuerse etatis. Hieronymus sup daniele. Q̄obrem cōsiliū meū placeat tibi/ ⁊ peccata tua elemosinis redime: si forte ignoscat tibi deⁿ. Cū beatus daniel prescius futuroⁿ de sentētia dubitet/ rem temerariā faciūt q̄ audacter veniam peccātibus pollicēt. ysidorus de summo bono. Curāt cōtritionē filie populi mei cum ignominia dicentes pax/ ⁊ nō est pax. Cū ignominia (inquit) curant cōtritionē, q̄ cito penitenti pmittūt securitatē. Sunt q̄ austeritate iugū dñi suaue exasperāt/et onus leue aggrauāt alligantes onera importabilia: digito aūt suo nolūt ea mouere. Isti sunt qui cōtra preceptū legis infirmo fratri cōmodant ad vsuram: vsura eñ est quicquid satisfactiōis supra debitū regulare iniungit. Isti exercēt zelū iustitie in fermēto et nō in azimo/ vt iracūdie satisfaciant: nō vt xp̄o fructificēt. De talibus scriptū est. Concupiscētia spadōis deuirginauit iuuēculam. Ira ⁊ q̄ per vim iudiciū facit. Aīa siquidē penitentis scādalizata corumpit/ nec ex correctione illa fructus iustitie generat. De talibus dicit dñs per ppheta. Mortificabāt aīas que non moriunt: ⁊ viuificabant aīas que non viuūt. Ad pastores puersos dicit dñs per ppheram. Eos cū austeritate imperabatis eis. Sed iuxta verbū sapientie. Horrēde ⁊ cito iudicium his q̄ presunt fiet. Recta igit et sine animi turbatione oportet esse iudicia: sicut beliu in libro iob dicit. Nō te supprimat ira/vt aliquē opprimas. Legislator monachorū in regula dicit. Cogitet abbas se de de oibus iudicijs suis reddere rationē in die iudicij: ne forte zeli/aut inuidie flāma vrat aīam. Quorūdam mos aut potius mores est: aīe eñ peremptorū iudicatur a sanctis patribⁿ q; feruētiore zelo pp̄ias q̄ xp̄i psequunt iniurias. Verūtamen sicut beatus augustinus scribit: peccare in nos longe leuius est q̄ peccare in deū. Si ei vir in virum peccauerit (dicit samuel) remitti ei potest. Si autē peccauerit in deū/quis orabit p eo? Nos aūt ecōrario (dicit augustinus) iniurie dei misericordes ⁊ faciles sumus: ⁊ eiⁿ offensam quasi velle ⁊ nolle dei in nostra potestate sit/sine penitētie satisfactione remittimus. Si quid aūt in opere vel in verbo cōtumeliose attentatū est/cōtra nos illud graui aīaduersiōe psequimur. Vñ ambrosius in omelia. Quod in hoie cōmittitur/remitti facile potest. nō aūt sic qd̄ attētatur in deū. Grauiter itaq; offendis/si dñico debitor culpas que in deū sunt impune dimittis: ac celestis regis debitū tua plumptione resoluis. Penitētialis auctoritas multos cōtūerit in reprobū sensum. Refert beatus hieronymⁿ de sene quodam/ qui iuuenē vexatū spiritu fornicatiōis/et penitentē in foueā desperatiōis deiecerat: sed ab alio sene cōfortatus est: ira vt spūs immūdicie iuuenē derelinquens/ primū senē aggrediens/ eundē anxie molestaret. Sepe videmus aliquos huius nostri ordinis epis cōfiteri/vel illis quos p se delegant epi: quod quidē scimus esse cōtra cōstitutiones patrū/ ⁊ honestati cōtrarium. Sz quid faciet aīa deterrita ab abbate alicui de monasterio suo cōfiteri pp̄hibita? Quid faciet colūba seducta nō habens cor? Attendite o abbates vobis et vniuerso gregi vestro nō principes/nō dñi/ sed forma facti gregis in cōgregationibus vestris: aīarum medici: immo (vt verius loquar) curatores sentinaⁿ ⁊ stercorū purgatores. Que ei stercora: quis ei sanguis mēstruus/que putredo cadauer immūdior est q̄ peccatū? Periculosum est fratrē suū contēnere: ⁊ cōpunctū corde mortificare. Sane illi q̄ post confessionē despiciūt penitētem/ nō multū absimiles sunt symoni phariseo: q̄ in corde suo xp̄m accusabat/ eo q; marie peccatricis penitentiā admittebat. Credo q; si cū symōe tunc fuisset qui fratrē penitentē nūc despicit/ mariam calcibus repulisset. Porro (sicut aplⁿ dicit) conclusit dñs sub peccato omnia/ vt omniū misereretur. Non eñ pficeret virtus spūalis: nisi subesset infirmitas carnis. Nā vtus in infirmitate pficit. O si cognouisses et tu q̄ districto et tremēdo iudicio te oporteat respōdere. Iuxta cōsilium iohānis damasceni. Cōsiliosius es

tutius esset tibi rationē reddere de mia q̃ de seuerita
te iustitie. Ille mīam superaltat iudicio/ quē dixisse
legisti. Adiam volo et non sacrificiū. Si zelus iustitie
q̃ꝫ sicut expedit attendatur: mia tū primas partes
obtineat: pastorq̃ tāq̃ prudēs medicus vlcus aliene
p̃scētie suauiter rāgat. Calamū quassatū nō cōterat:
⁊ lignū fumigās nō extinguat. Qua igit fronte/ q̃bus
oculis/ qua mente/ qua cōscientia p̃sumit de dei mia/
quēm durū et immisericordē sentit fraterna miseria:
Sūt qui cōpellunt aliquos sibi ⁊ nō alijs p̃siteri. Ideo
illi suos excessus abscondūt: ⁊ in suis turpitudinibus
pseuerant/ quibus illa maledictio intētatur. Ue pre-
gnātibus ⁊ nutriētibus in illa die. Aie siquidem illoꝝ
peccatis grauide sunt/ et ī sua sorde se nutriūt: donec
suis desiderijs satiēt: ppter austeritatē prelatorū de-
clināt corda in vba malicie. Sicut augustin⁹ in libro
de pnia dicit. Prōpti sunt ad excusandas excusatio-
nes in pctis/ aut ea sub silentio claudūt, q̃ est pnicio
sa ypocrisis. Tales medici curāt ⁊ nō sanant: iuxta il
lud Curauimus babylonē: et nō est sanata. Verbum
augustini est. Sacerdos debet esse immunis a culpa
quā iudicat. Alioquin aliū iudicādo seipsum cōdem-
nat. Aiaduertat (dicit augustinus) q̃ hmōi est euāgeli
cam peccatricē/ dūmq̃ dicentē Qui sine pctō est prī-
mus in illā lapidē mittat. Qua igit p̃sumptiōe aliū
lapidat q̃ se dignum lapidatiōe cognoscit: Hec dicit
dūs. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: et sic
videbis festucā eijcere de oculo fratris tui. Magna
trabs est mētis elatio: quē sic mentis oculū obscurat/
vt nō qualis es, sed qualem te opinaris aspicias. Nō
damnas in fratre tuo: forte dānabilius est in teipso.
Tu quis es qui seruum iudicas alienū? Dūo suo stat
aut cadit. Quō scis de teipso vtrū sis dignus amore
an odio? Mā delicta quis intelligit? Memo nouit que
sunt in hoīe/ nisi spūs hoīs qui in eo est. Sed nec ho-
mo seipsum cognoscit. Prauū est cor hoīs ⁊ inscruta
bile: ⁊ quis nouit illud? Ideo apls licet sibi nichil con
scius sit: minime tamē seipsum iudicare presumit. Mi
chil (inquit) michi cōscius sum, sed neq̃ meipm iudi-
co: dūs aūt me iudicat. Omne iudiciū dedit pater fi-
lio. Qui ergo aliū iudicat/ sibi pernicio se priuilegium
redēptoris vsurpat. Pastor itaq̃ penitentē blāde su-
scipiat: nec ipm grauioris penitentie obseruatijs/ aut
graui ⁊ tyrānica vultuositate cōfundat. Sed si preoc
cupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto qui spūalis est
instruat eū in spū lenitatis/ p̃siderans semetipsum ne
tenteř. Apostolus paulus loquit sapiēti. Qui nō con-
descēdit fratri minus sapienti/ eūq̃ scandalizare non
metuit: peribit inquit in tua sciētia frater tuus, p quo
xp̃us mortuus est. Q̃to frater infirmior est/ tanto ei
mansuetior ⁊ diligentior esse debes. Infirmior quidē
fili⁹ tenerius a matre diligit. Et sicut apis dicit. Infir
mioribus medris abundantiorē honorē circūdamus
Sis ergo infirmāti misericors/ vt mīam consequaris.
In qua eīn mensura mēsus fueris/ remetietur et tibi.
Judicium eīn sine mia fiet ei qui mīam nō fecit. Adi-

sericordes vero mīam consequent. Xp̃s splendor ⁊ fi
gura substātie dei peccatorē blande suscipit. Tu pec-
cator qua presumptiōe eum despicis ⁊ repellis? Xp̃s
non mediocre reputat lucrū se recuperasse ouē perdi-
tam: et diē festū cū angelis suis agit. Exultat celestis
curia de conuerso: ⁊ reuerso ad penitentie fructū. Tu
nec lucrū/ nec iacturā reputas animarū. Eis sub cer-
tis finibus limitare mīam dei, cuius mie nō est finis?
Patersamilias largus est: et auarus est dispensator.
Existimasti iniquē q̃ ero tui similis dicit dūs: et mise
ricordiā meā de duricia metiris? Quid scis si iam la-
chrymis ⁊ cōtritione mūdatus est? Liberatus est for
tis ipso, p posito cōfitendi. Dixi confitebor, ⁊ tu remi
sisti. Lazar⁹ a dūo suscitatus est anteq̃ ab apostolis
ei⁹ insilire solerent. Leprosi a dūo mūdati sunt/ an-
teq̃ se ostenderēt sacerdotibus. Xp̃s autē dimisit pec
catum, p quo tu penitentē iudicas/ ⁊ cū phariseo de-
spicis publicanū. Plus ⁊ misericors deus penitenti
offert pacē/ prorq̃ mittit legatos de pace: qui prius
de pace fuerat requirendus. Mimirū in negocio peni
tentie mia et veritas obuiant sibi: seq̃ osculanť iusti-
tia ⁊ pax. Justitia ⁊ veritas, rei se iudicantis ⁊ puniē
tis: mia ⁊ pax, dei gratuito indulgētis. O beata spes
confitētium. Iste, p digus filius qui adeo immaniter
peccauit in celū ⁊ in terrā, nec in aliquo satisfecit: sta-
tim recōciliatus est patri. Longeq̃ prōptior ⁊ arden
tior erat pater ad miserandum/ q̃ filius ad misericor-
diam obtinēdum. Nolite timere pusillus grex. Acce-
dite securi ad thronum glorie: qui non audebatis vel
de gratia cogitare. Venite oīnes qui laboratis ⁊ one
rati estis. Venite oīnes q̃ cōputruistis in immūdicijs
vestris. Velit nolit supcilliosa hypocrisis pharisei: ba-
ptismus penitentie cūctis exponitur. Hic patet fons
domus dauid in abluitione peccatoris ⁊ menstruate.
Nota hic tu qui despicis penitētem, non iohānes sed
xp̃s: qui q̃to differentius precellit oīnibus/ tāto dul-
cius ⁊ gloriosius confirmata est super nos mia eius.

¶ Rogat petrus vt ad suam patriam reuocetur. Epistola.ccv.

Eo dūo suus deuotissimus Salutem: et si
quid desiderabilius est salute. Glorie vestre
conglorior: q̃ sicuti ex multiplici cōmean-
tium relatione agnouī: fame vestre titulus/
laus ⁊ honor incessanter accrescit. Sicut vnguentum
effusum est nomen vestrū: effundite tamen ⁊ dilatate
amplius ei⁹ gloriam: vt sicut abram in abrahā odor
trāseat in odorem: quatenus xp̃i bonus odor sitis in
omni loco: descendat de capite aaron in oram vesti-
mēti eius generose liberalitatis vnguentū/ vt nos qui
ad vestre tactum fimbrie aspiramus, trahamur post
vos: ⁊ curramus in odore vnguentoꝝ vestrorū. Oleū
siquidē gratie crescit ex impendio: nec exuberantiam
ignorabit donec vasis deficientibus desinat erogari.
Viginti ex annis in anglia peregrinās, linguā quam
non nouerā audiui: heu michi q̃ incolatus meus, p
longatus est tanto tempore/ ⁊ nō est qui compatiatur

exul: non est qui cōmoueat super cōtritione ioseph.
Nunquid semp ero vagus et profugus sup terram?
Memo finem imponet peregrinatiōi mee: vt saltem
semel ante suprēmi spiritus exalationē/ in aere natiuo
michi liceat respirare? Plerique peregrinatiōi diu
tine assueti patrie preacceptāt exilium: factiq̃ vitula
effraim docta diligere triturā/ tedium exilij palearū
solatio recōpensant. Ego aliter sentio. De natale so
lum quadā dulcedine tangit. Semp ⁊ immemorē nō
sinit esse sui. Presules galliarū apud quos fact⁹ sum
tanq̃ mortuus a corde, tanq̃ vas perditū: michi ni-
mis obduruerūt ad gratiā: sed surgat aquilo ⁊ veniat
auster pflans cor vestrū. Veniat verbum dei ⁊ lique-
faciat illud: ⁊ flante spiritu misericordie/ fluāt in me
vestrarū aromata gratiarū. Nescio sane vnde veniat/
aut quovadat. Benignus quidam spiritus suggerēs
assidue michi q̃ deus gratie vestre specialiter mee re-
uocationis ministerium reseruauit. Obdurētur igitur
cōtra me qui carnaliter sapiunt: ⁊ ille michi ad miseri-
cordiā liquefiat/ qui spiritu dei agitur. Mā ⁊ in deser-
to carnes olim obdurari ad solē: ⁊ manna liquescere
scriptura testatur. Propterea expectabo in silētio sa
lutare meū: et audiā quid in me loquatur dūs meus.
Sepe eīn me iacentē erigit/ ⁊ fiduciam michi exhila-
rat languescentē: q̃ magni episcopi cōtribules vestri
quoꝝ memoria in benedictione est: me quodā gratie
specialis priuilegio coluerunt: ⁊ exempti de terra/ in
vobis plantaria veteris amicitie reliquerunt. Cum
bituricen. ecclesie precētor essetis/ ad solatiū alienige
narū manum munificētie vestre vsq̃ ad nouissimos
fines anglie porrexistis: nec abbreuiata est manus ve
stra: sed tāto facta est ex consecratione protēsior, q̃to
precentore maior est presul. Quis nescit longas pre-
sulis esse man⁹. In promptu est q̃tum vobis ex mea
reuocatione honoris ⁊ vtilitatis accedat. Credo eīn
q̃ (sicut apostolus dicit) data sit vobis manifestatio
spiritus ad vtilitatē. Sane (vt prophetico verbo vtar)
panem nostrū comedemus: ⁊ vestimētis nostris ope-
riemur/ tm̄ modo inuocetur nomē tuum sup nos/ au-
fer opprobriū nostrū. Auferat innata vobis liberali-
tas ignominiā peregrinatiōis ⁊ exilij mei: vt me pro
sus vendicetis in vestrū/ totūq̃ vestro militet honori
et obsequio/ si quid sum/ si quid valeo/ si quid scio/ si
quid habeo/ si quid possum. Quicquid michi fecerit
quoddā breue precariū erit/ vestrūq̃ beneficiū cum
multa gratiarū actione dei ⁊ hominū tēpestiue redi-
bit. Cui non licet in patria viuere: saltē liceat sepeliri.
Et vt in versu lucani claudat epistola. Liceat tumu-
lo scripsisse cathonis. Marcio sic liceat michi scribe-
re petrus odonis.

¶ Conquestio super dilatione itineris hiero-
solymitani. Epistola.ccvj.

Eis dabit capiti meo a quā et oculis meis
fontem lachrymarū: ⁊ plorabo interfectos
populi mei. Utinā in fletum totus effluā: ⁊
pascat lachrymaꝝ solatio dolor meus. De-

ducant oculi mei lachrymas/ deficiat in dolore vita
mea: quia vox lamētatiōis audita est de syon/ vasta-
ti sumus et confusi sumus vehemēter. Cecidit coro-
na capitis nostri: et in lucrū conuersus est chorus no-
ster. Quicquid aduersus hierusalē ⁊ regnū eius mul-
tis seculoꝝ curriculis prophete cōminando predixe-
rant: dies vna lugubris ⁊ infelix: dies caliginosa ⁊ te-
nebrosior omni nocte cōpleuit. De hac dānatissima
die: credo certū ⁊ expressum ezechielis oraculū precef
sisse. Fili hominis scribe tibi nomen diei hui⁹: in qua
confirmatus est rex aduersus hierusalē. Hodie sicut
audiuimus sic accidit in ciuitate dūi virtutum. Sola
sedet imo solitudo facta est ciuitas plena populis/
domina gētium/ princeps prouinciarū, facta est sub
tributo. Oīnes porte eius destructe: sacerdotes eius
gladio ceciderunt. Juuenes eorum ⁊ virgines eoꝝ in
captiuitatē dati sunt: ⁊ pulchritudo eorum in manus
inimici. Adanū suam misit hostis ad omnia deside-
rabilia eius: abstulit dūs omnes magnificos de me-
dio ciuitatis. Destruxit in furore suo omnes munitio
nes filie iuda/ reppulit altare suum/ maledixit san-
ctificationi sue. Et quid trenos hieremie reuoluo? tot⁹
hieremias nō sufficeret faciem miserie presentis ex-
primere. Ut tamen lamentabilem rei euentū verbo
eiusdem prophete concludā. Compleuit dūs furorē
suum/ effudit iram indignatiōis sue: inebriauit sagit-
tas suas sanguine. Et iuxta verbum ysaie. Comple-
ta est malicia tua hierusalē: bibisti de manu domini
calicē ire ei⁹ vsq̃ ad fundū: calicē soporis bibisti ⁊ po
tasti vsq̃ ad feces. O bone iesu, o benigne, o amabi-
lis, o desiderabilis, o suauis, o dulcis, o amor deus, o
charitas de⁹: vbi sunt misericordie tue antique? Quo-
modo oblitus es miserationū tuarum? Quomodo
nobis versus es in crudelem? Multitudo viscerum
tuoꝝ ⁊ miserationum tuarum continuerunt se super
nos: vigilauit sup iugum iniquitatū nostrarum in ma
nibus tuis. Signasti quasi in sacculo delicta nostra: ⁊
cum hec fuissemus oblitī: nonne hec condita fuerunt
apud te: et signata in thesauris tuis? Ideo repulisti
nos ⁊ confudisti nos: dedisti seruos tuos tanq̃ oues
escarum: et in populis dispersisti nos. Qui fact⁹ eras
nobis a deo non solum sapiētia: sed iusticia et sancti
ficatio ⁊ redemptio/ iam non sanctificator aut redem
ptor: sed mortificator ⁊ pemptor effectus es. Ut quid
domine recessisti longe, despicis in oportunitatib⁹ in
tribulatione? Miserere mei domine miserere mei: q.
m.re.su.def. Exurge quare obdormis domine. Nun-
quid obliuisceris misereri deus: aut cōtinebis in ira
misericordias tuas? Nūquid abscides misericordiā
tuā: aut non appones vt cōplacitor sis adhuc? Pec
cauimus cum patribus nostris/ iniquē egimus: no-
stram non diffitemur maliciam atq̃ miseriam. Ma
ledictum ⁊ mendaciū/ homicidiū ⁊ furtum et adulte
rium inundauerūt: et sanguis sanguinē tetigit. Pro-
pter hoc in terra lugentes obsecramus victricē ma-
num tuā: vt sis memor nostri in beneplacito populi

tui. Vincant misericordie tue miserias nostras: ⁊ nõ
miserie nostre misericordias tuas: vincat sapientia
tua maliciam nostram. Et tu dñe miserator ⁊ miseri-
cors/respice in faciẽ testamenti tui: respice in hereditatẽ
testamẽti tui: respice in hereditatẽ quã acquisisti
in sanguine tuo: ⁊ ne repellas in finem. Et si olim re-
puleris tabernaculũ sylo, et dederis syna goge libel-
lum repudij: non tamen repellas ecclesiã tuam/consi
dat in ea cor viri sui. Nullum prẽter te amatorẽ secu-
tã est/vota postoli. hoc martyres/hoc alij tue schole
discipuli/hoc omnes fratres tui sciunt fratres tuos
nomine tui nominis professores. Ex parte spõse tue
terram illam vendicas/quã nunc inimici tue crucis:
tuiq; blasphematores nominis inuaserũt. p hanc fa-
cti estis duo in carne vna: vt de patre tuo taceam qui
tibi dedit gentes hereditatẽ tuam: ⁊ possessionẽ tuam
terminos terre. Certe mat tua de stirpe regis dauid
lineari computatione descẽdit. Jure igitur materno
terra illa tua est: si tamen sustines q tua sit: ⁊ non eor
potius qui oderunt te gratis. Scimus quia peccatis
nostris offensus es: sed in opprobriũ queso nominis
tui tuam non cõuertas offensam. Doctrina tua est:
alij ne dederis honorẽ tuum. Et si spiritus habẽs po
testatẽ supuenerit/locũ tuum ne deseras. Vt minus
sapiens dico: sed forte non ad insipientiam tibi. Di-
chi licet peccatori videtur consiliosius vt deleas om
nes peccatores terre a facie tua, q̃ sustineas filios p-
ditionis vobis in tui nominis cõtumeliam supbe et
procaciter insultare, in medio populi mei. Prouer-
biũ vulgare est. Male vlciscitur dedecus sibi illatũ: q̃
amputat nasum suum. Non sic puniat queso domi-
nus seruũ suuz impium, vt in penã serui se humiliet:
et magnificet inimicũ. Conuertere igitur aliquãtulũ:
et deprecabilis esto sup seruos tuos: cogita vt cõpla-
citior sis adhuc. Non des hereditatẽ tuam in opprob
briũ: et in conculcationẽ vineam quã plantauit dexte
ra tua. Peccauimus: sed corde contrito ⁊ humiliato
post iracundiã misericordiã implorabimus. Vltio san-
guinis seruor tuor qui effusus est, introeat in cõspe-
ctu tuo. Sufficit populo tuo si in terra que tuo et ser-
uorũ tuor sanguine rubricata est: tui gloria nominis
celebris habeatur. Non nobis dñe non nobis: sed no
mini tuo da gloriam/ne forte dicant in gentibus vbi
est deus eorum: ne superbiant hostes et dicant Ma-
nus nostra excelsa: ⁊ non dñs fecit hec omnia. Quie-
scat ira tua domine: et manus tua que nos percussit
ipsa nos sanet. Exurge exurge de puluere captiua
filia syon: que recepisti de manu dñi duplicia. Con-
surge misera hierusalẽ: que bibisti de manu dñi cali-
cem ire eius. Quãtũ glorificasti te ⁊ in delitijs fuisti:
tantũ sunt tibi data tormẽta ⁊ luctus. Sicut cisterna
frigidam aquã suam facit: sic frigidã feceras iniquita
tem tuam. Ille ergo tui cogitatio hominis cõfitetur
de quo scriptũ est: quia explorat hierusalem in lucer-
nis/oẽs tuas malicias numerauit. Ipe tamen tanq̃
homo non audiens: et non habẽs in ore suo redargu

tiones/diu dissimulauit et tacuit/et ꝓm diuitias ma-
gnificentie suauitatis sue multis annis ad penitẽ-
tiam expectauit. frequenter exigentibus meritis tuis
acuisset vt fulgur gladium suum/⁊ arripuisset contra
te iudicium manus eius: sed angeli pacis amare fle-
bant/et in te dignos fructus penitẽtie expectantes/
diuine animaduersionis inducias impetrabãt. Qui-
bus tamen verbum q̃ in hieremia legitur sepissime
proponebat. Circuite vias hierusalẽ ⁊ aspicite: consi-
derate et querite in plateis eius: an inueniatis virum
facientẽ iudicium ⁊ querẽtem fidem/⁊ propicius ero
eis. Quid de rege tuo dicerem: nisi q̃ ecclesiasticus
dicit: Rex insipiens pdet populũ suũ: regnũq; de gẽ
te in gentem transferetur propter iniusticias et diuer
sos dolos. Et in eodem. ꝓm iudicem populi et mini-
stri eius. Et qualis est rector ciuitatis: et tales habitã
tes in ea. Conuertere igitur ad cor hierusalẽ: et ad do
minũ deum tuum reuertere. Quid scis si et ipse con-
uertatur: ⁊ relinquat post se benedictionẽ? Dulcis est
enim et misericors: ⁊ prestabilis super malicia. Non
vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur et viuat.
Ipse est eñ qui p zachariã dicit: Reuertar ad hieru
salem in misericordijs: adhuc affluent ciuitates mee
bonis. Consolabit dominus syon: ⁊ eliget adhuc hie
rusalem. Et per ysaiam/ miserias tuas paterna con-
solatione demulcẽs. Induere (inquit) vestimẽtis glo-
rie tue captiua filia syon: induere vestimentis glorie
tue hierusalem ciuitas sancta. Et post pauca subiun-
git. Ad punctum in modico dereliqui te: ⁊ in misera-
tionibus meis congregabo te. In momẽto indignã-
tionis abscõdi faciem meam parumper a te: ⁊ in mi-
sericordia sempiterna misertus sum tui. Nunq̃d obli-
uisci potest mulier infantem suum: vt non misereatur
filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non
obliuiscar tui. Ego in manib⁹ meis descripsi te. Mu-
ri tui in oculis meis semper. Vtere ergo hieremie cõ-
silio: et laua cor tuum a malicia/hierusalẽ accipe ar-
ma penitẽtie. Scio enim quis placar⁹ fuerit tibi. Do-
minus (iuxta verbum Ysaie) cõsolabitur syon: et po-
net desertum eius quasi delitias/et solitudinem eius
quasi ortum domini: gaudium et leticia inuenietur in
ea, gratiarum actio/et vox laudis. Sane preter con-
solatoria prophetarũ/michi ꝓm multitudinẽ dolorũ
meorum in corde meo: spes desideratissime consola-
tionis arriserat/ex eo q̃ principes et magnates ter-
re, lignum crucis nuper acceperãt. Priuilegio siquid
dẽ petri apostoli ⁊ auctoritate ecclesie generali, ppo
suerat dominus in hoc signo verbum recõciliationis:
vt vie hierosolymitane assumptio esset penitẽtia cõ-
summata, et sufficiens satisfactio de cõmissis. My-
sterium itaq; crucis nobis in introitu sanctorũ (sicut
apostolus dicit) in sanguĩe christi nouam initiauerat
viam: nos quoq; educebat dñs in viam rectã: vt ire-
mus in ciuitatẽ habitationis. Sed nolentes ambu-
lare super semitas iusticie: elegimus fallacium viarũ
tortuosos anfractus. Quiq; terrigene et filij hominũ

quare queritis diuortia vfarũ/ cum vobis offeratur
vie et vite compendium? Dirigit vos dñs inviam pa
cis ⁊ salutis: ⁊ vos viam dissentionis ⁊ mortis eligi-
tis. Omnes siquidẽ vie domini pulchre, et omnes se-
mite eius pacifice: quas q̃ declinauerunt ⁊ in via pec-
catorũ steterint, vereor ne sit via hec illor scandalum
ipsis: ⁊ ne illis accidat q̃ dicitur per psaimistã. Con-
tritio ⁊ infelicitas in vijs eorũ: ⁊ viam pacis non co-
gnouerunt. Sunt vie (sicut sapiens dicit) que videtur
homini recte: et nouissima eorũ ducunt ad profundũ
iferni. Sicut alibi scriptum est: vie peccatorũ cõplana
te lapidibus/sed in fine eorum tenebre et pene. Vni-
uerse vie dñi misericordia ⁊ veritas: de quibus ipse di-
cit. Jsrael si in vijs meis ambulasset: pro nichilo forsi
tan inimicos eius humiliassem. Mãsuetudinẽ queri
mus ⁊ nõ bella: quia dissipat gentes que bella volũt
et dirigit dñs mansuetos in salutẽ. Ipse prosperũ iter
faciet nobis deus salutarũ nostror: vt cantabiles no
bis sint iustificationes eius in loco peregrinationis
nostre: vt simus immaculati in via: vt laudemus do-
minũ in vijs domini. q. m. est. g. d. O q̃ beatus est qui
dicere potest: deus qui pcinxisti me virtute/⁊ posuisti
immaculatã viam meã. Hoc non cogitant filij adã/
qui oblatam sibi gratiam respuẽtes: ⁊ cõstituentes se
indignos regno dei/pro regno transitorio pugnãt: et
abiecto diuine miserationis remedio/pro questu liti-
gãt temporali. Justoq; dei iudicio qui pacem habe-
re ad christum nolunt/apud se pacẽ habere non pos-
sunt. Posuisti me (inquit) contrariũ vbi: et fact⁹ sum
michimetipi grauis. Videns equidem inimicus in-
estimabile lucrum christi et incomparabilẽ prouen-
tum christiane messis quadã quasi noua virtute cru-
cis consurgere, supseminauit zizania: suamq; malli-
ciam ad omnes versutias circiducens, bonũ saluber
rime i me tẽtatiõe multiplici conat extinguere. Scri-
ptum est enim. Fili accedẽs ad seruiturẽ dei sta in iu-
sticia ⁊ timore: ⁊ prepara animã tuam ad tentationẽ.
Sic pharao in exitu israel de egypto, truculẽtius se-
uit/et sathanas ab homine quem tenuerat ab infan-
tia exiturus, eundẽ grauius in egressu discerpit. Ex-
pressa similitudinis forma, in his qui sancte peregri-
nationis arripuere propositũ grassantur acerbius: et
sunt nouissima eor peiora prioribus. Concepimus ⁊
q̃si parturiuimus (dicit ysaias) et spiritũ saluris in ter
ra non fecimus. Seruiciũ illius elegerant/cui seruire
regnare est: sed ad vomitũ reuertentes suam spiritua-
lem hierico reedificant quã in crucis professione de-
struxerant. Inter ipsas saluberrimi voti pmitias sue
peregrinationis inducias statuerũt: non attẽdentes
facturam temporis esse dispendium. Et quia dilatio
magna ruina est. Apostolus dicit: Hierusalẽ que est
mater nostra. Si mater est: vbi sunt eius filij? Sane q̃
matrem eius dehonestari/conculcari et prostitui su-
stinẽt: non sunt filij sed priuigni: immo q̃ magis est/
notam ignominiose proditiõis incurrunt. Si matris
sue patrimoniũ: si sui hereditatẽ domini non defen-
dunt: Christus est qui dicit: Qui non est mecũ cõtra
me est: ⁊ qui mecum nõ colligit spargit. Campum in
quo dñs occisus est: vbi sanguinis eius effusionẽ non
solum scripturarum lectio: sed petrarũ scissio clamat
eiusdem occisores hodie possident: vt eis meritoverbum illud diuine indignationis aptetur. Occidistis insuper et possedistis. Clamauit sanguis naboth/clamauit sanguis abel vltionem de terra: et inuenit vltorem. Clamauit sanguis christi auxilium: ⁊ non inuenit adiutorẽ. Considerabam (inquit) ad dexterã ⁊ videbam: et non erat qui cognosceret me. Et p ysaiam Circũspexi ⁊ nõ erat auxiliator: quesiui ⁊ non erat q̃ adiuuaret. Bone iesu/ventus vrens/vẽtus superbie leuauit locustas. Cumq; superbia eor qui te oderũt ascendat semp: non est qui pro te ascendat ex aduerso: qui zelum phinees et mathathie arripiat. Videnti infelices occupari ⁊ destrui a filijs diffidentie terram in qua steterunt pedes domini. Audiunt prophanari sancta/fratres suos in carcerari, torqueri, occidi, ⁊ nõ mouentur super cõtritione ioseph. Cum ille filius p-
ditiõis cuius presentẽ volo epistolã funestare, omẽs
terre illius munitiones iam obsederit: ⁊ ex parte ma-
gna possederit: nostri signati moras sue peregrina-
tionis variis occasionibus aucupãtur: quasi in partẽ
illius nepharij coniurantes: ⁊ pro nichilo habuerũt
terrã desiderabilem. O q̃ longe est a salute qui salu-
tis sue venatur inducias. O q̃ exiliter diligit: immo
q̃ crudeliter odit christũ/qui honorẽ eius impedit: et
propositum publice iustificatiõis euacuat. Gratia sit
omnibus (dicit apostolus) qui amant dominũ nostrũ
iesum christum. Et idem. Si quis non amat dñm no
strum iesum christum/ sit anathema. Putas q̃ non
requirat dominus si est qui diligat domũ iacob: ⁊ lo-
cum habitationis glorie sue? propter hoc irritauit im
pius deũ. Dixit enim in corde suo nõ requiret. Quã-
ta queso insania est in tam anxie necessitatis articu-
lo dilationes mittere/innectere viam/protelare salu
tem/christi dissimulare iniurias/permittere vt lupus
in ouile deseuiat: ⁊ tunc primo parare subsidium, cũ
oues deuorauerit vniuersas? Certe qui opportunitatẽ
deserit/opportunitas eum fugit. Filij hominum vsq̃q̃
graui corde: quomodo estis ad salutaria pigri, advana
et caduca sollicitiꝰ? Nunquid vinitores expectant
donec vindemia transeat/aut institores donec nun-
dine finitãtur: aut messores donec tempus messionis
excurrat? Scriptum est. Maledictus qui facit opus
dei negligenter. Sperabã q̃ reflorruisset crux christi: ⁊
quasi sanguine eius iterum irrigata et viuificata, fru
ctum salutis et gratie faceret tempestiuũ. Nunc autẽ
q̃ flens dico, inimici crucis christi qui debuerãt esse
filij/ per auariciam suam pretextu cuiusdam collecte
damnabilis/primã voti sui fidem irritam faciunt/lu-
xuriantes in cruce domini: ⁊ quam olim predicabãt
apostoli/iudeis quidem scandalũ/gẽtibus vero stul-
ticiam: hodie apud crucifixi professores in stulticiam
et scandalũ cõuerterunt. Ve domini p quẽ scandalũ

venit. Qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis/ durum est qꝫ sequitur: durioze iudicio se dignum constituit/qui tantã z tam electã multitudinẽ scandalizare presumit. De iuda legitur q̃ accepta buccella introiuit in eum sathanas/ vereoz ne signũ crucis plerisqꝫ in subuersionẽ anime cedat/qꝫ min⁹ digne sortassis ad questum vel ad apparentiã: vel ad gratificationẽ hominis vsurpauit. hoc signum positum fuit z propositum in ruinam et in resurrectionẽ multoꝝ. Nam ex eo sequitur iudeozum defectio: z subiectio nationum Vnde cum propheta premisisset de reprobatione iudaici populi: postea de gentiũ vocatione subiungit. Leuate signũ in nationes. Quidam signati sunt: sed non est signatum in eis lumẽ vultus tui dñe. Signũ hoc (sicut video) datum est infidelibus: nõ fidelibus. Nam si in lapide adiutorij fundamentũ voti sui firmassent: stabilitatem sancti propositi nulle cupiditatum machine cõcussissent. Sic eñ paulus ad thimotheum scribẽs. Firmũ (inquit) fundamentũ dei stat/ hoc habens signaculum. Similiter ad epheseos loquens. In christo (inquit) signati estis spiritu sancto: qui est pignus hereditatis vestre. Et ad corinth. Signaculum apostolatus mei vos estis in christo. Adhuc dico signati sunt: sed non ab eo qui filium suum lesum signauit et misit. Nam si ab eo signati essent: super peccatis suis dolerent z gemerent. Ipse est nãqꝫ qui precipit signari thau super frontes dolentium z gemẽtium. In quo signanter ostenditur: quia hoc signum non nisi in gementibus et dolentibus pro peccatis suis suum sortitur effectum. Illudqꝫ plurimuꝫ notabile est/q̃ licet plurimi signum huius peregrinationis accipiant: nunqꝫ tamen signantur signo thau: nisi diuine iussionis arbitrio z ministerio angelozum. Tu igitur domine iesu quem signauit pater: fac mecum signum in bonum. Tu forma pulchritudinis/figura gloze/signaculum vite/signa coz meum lumine vultus tui deus cordis mei, et pars mea in eternum. Precipuos quidem z maximos signatozum creba exhortatione conuenit: vt saperent et intelligerent/ac nouissima prouidentes, saluberrimũ penitentie propositum hylari deuotiõe peragerent. Sed (vt verbo hieremie vtar) ecce incircuncise aures eoz: et audire non possunt. Ecce verbum domini factũ est eis in peuerbium: et non suscipiunt illud. Certe ille qui primus dixerat ad syon. Ecce assum, z hierusalẽ euangelistã/ id est annũciatozem pacis z liberatozem terre: se crucis assumptione promiserat/conuersus est in arcum prauum. Nec enim nouit/nec nouerũt ceteri diuites magnum z supereminens z gloziosum et supceleste, et inestimabile penitẽtie donum. Hec est secunda tabula post naufragium/celozum scala/reconciliatio pacis/ acquisitio vite/viciozũ abolitio/cozpozũ custodia/medicina spirituũ. Hec est de qua salomon scribit. Medicinam creauit deus hoibus: et stulti despiciunt eã. Porro nichil adeo deprimit et suffocat penitentie fructum sicut opum affluẽtia: z eminentia dignitatum. Quis enim magis indiget remedio penitentie: q̃ diues qui semper penitendo cõmittit? De salute anime vix aut nunqꝫ cogitans: semper curã carnis in desiderijs agit. Sterilem pascit/nec vidue benefacit. Cumqꝫ licentie frena laxauerit in omnẽ impetum voluntatis: et in bonis deduxerit dies suos/ in momento ad inferna descendit. Adde q̃ dñs terribilis in cõsilijs super filios hominũ: pauperẽ iugiter examinat in purgatozio paupertatis. Diutẽ vo quẽ ad supplicia reseruat eterna: quasi a quã diffundit in omnes concupiscentias vite huiusmodi: vt in omni suo stercoze computrescat. Miserearur (inquit) impio: et nõ discet facere iusticiam. Ideoqꝫ periculosior est in diuitibus penitentie dilatio: quia preter mortẽdi genus publicum, frequẽter est eis mortis occasio gladius aut venenũ. Tanto itaqꝫ deberet esse paratior anima diuitis, quãto periculosior et multiplicior eidem imminet causa mortis. Ethicus dicit. Ad generum cereris sine cede z vulnere pauci Decedũt reges/et sicca morte tyrãni. Relege annales/z reuolue hystorias/ regesqꝫ paucos inuenies qui morte cõmuni decesserint. In primis occurrit tibi rex saul: rex ela filius baasa/quem occidit zãri seruus eius: z regnauit pro eo. Sed et zãri cum domo regia se succendit. Azael stangulauit regem benadab: z eidem in regno successit. Rex ioas a duobus seruis suis occisus est. Sellum filius iabes percussit ieroboam regem israel et regnauit p eo. Manaeen filius gaddi percussit sellum in samaria: z regni gubernaculum occupauit. Filius maneen a facee filio romelie interfectus est. Ela vero interfecit facee: z pro eo regnauit. Rex ammon a duobus seruis. Rex iosyas filius ammon a sagittarijs. Joachim rex filij⁹ iosye/a nabuchodonosor interemptus est. Sedechias ab eodem orbatus est oculis: et tandem morte turpissima condẽnatus. Si principum romanoꝝ gesta recẽseas: quia forte onerosum est tibi audire de regibus iudeoꝝ: Incipe a iulio cesare: qui primus imperatoris nomen z officium vsurpauit/quem brutus et cassius occiderunt. Cui anthoniusvolens succedere, occisus est a seipso. Claudius cesar a gayo caligula. Gayus a suis pretorianis. Otto manu propria. Vitellius, aliena. Domicianus qui beatum iohannẽ damnauit: et in pathmos insulam relegauit a senatu dãnatus est: et in palaciolo suo interfectus. Aurelius cõmodus supra modum libidinosus: in domo vestali strangulatus interijt. Huius successorem helium pertinacẽ iulianus occidit. Idẽ iulianus apud pontẽ molinum occisus est. Aurelius vero anthonius eius successor, apud edissam gladio cecidit. Macer vero macrinus succedens anthonio: in tumultu militari animam gladio exalauit. Marcus aurelius huic successit: et cum matre sua gladio cecidit. Marco successit alexander. Alexandro maximus. Julianus maximo. Juliano gordianus/z istoꝝ trium quilibet gladio vitam terminauit. Philippus qui primus inter imperatores christi fidẽ suscepit: cũ

philippo filio suo qui cum eo regnabat, a decio fraudulenter cesus interijt. Successorẽ eius deciũ cum filio suo qui cum eo imperabat cum patre suo barbari occiderunt. Huic gallus et filius volusinus successerunt: et ambo gladio ceciderunt. His successit valerianus: qui beatum sixtum et beatum laurentiũ martyres fecit. Hic a sapore rege persarum captus z ppetua seruitute damnatus: morte vilissima diem suum clausit. Post hunc quintillus imperator occisus est. Aurelius a deo percussus. Probus militari tumultu interemptus. Carus aper soceri sui fraude cesus. Diocletianus ab imperiali dignitate depositus. Julianus apostata/beati marcurij lancea celitus interfectus est. Valens beati ambrosij persecutor, a gothis in casa qua se meticulose absconderat/est combustus. Tales sunt exitus diuitum z magnatũ. Unde valerio maximo teste. Desiderabilior debz esse diuiti certitudo mortis: q̃ inter varios et terribiles vite casus pẽdere ad ambiguum imminẽtis exitij. Omissis igitur diuitibus: quia sermo me⁹ non capit in eis: cõuertar ad pauperes. Utinam voluntaria oris mei beneplacita faciat dominus: vt sit spiritus domini super me ad euangelizandũ pauperibus. et que tam michi q̃ eis expediunt ad salutẽ/parare velit in dulcedine sua pauperi deus. Currant igitur pauperes: quoniã ipsorum est regnum celorum. Expectant eos angeli: immo dominus angelorum. Mondum impleta est domus: adhuc expectãtur de quibus nuptie repleantur. Curramus fratres: sed sic vt apprehendamus. Redimamus tempus: quoniã dies mali sunt. Regnum celorum nobis offertur. Nolite considere in principibus. Sequimini consiliũ altissimi: nec principum consilia vos seducant. Reprobat dñs consilia principum: cõsilium autem domini manet ineternũ. Operabitur in nobis velle, z perficere pro bona volũtate. Nec labor vie nos deterreat: nam qui fingit laborem in precepto: quietem et vitam eternam vobis preparat in laboze. Mittimur a domino: vt pro ipso legatione fungamur. Non detrectemus mandatũ domini cũ iona ne in mare mergamur: et absorbeamur a ceto. Memini queso difficilis videatur huius peregrinationis assumptio. Si fortis est animo: patriam deserens a patria non recedit. Omne solum forti patria est: vt piscibus equor. Ut volucri vacuo quicq̃d in orbe patet. Abraham de terra z de cognatione sua egreditur: vt in gentibus crescat. Jacob sue terram natiuitatis egrediens: z iordanẽ in baculo transiens/ cum duabus turmis reuertitur. Joseph venditus a fratribus suis: egypto preficitur. Moyses a parentibus expositus: a filia pharaonis in filiuz adoptatur. Rapiamus per violentiã celum. Nam a diebus iohannis baptiste regnum celorũ vim patitur. Et que maior vis est q̃ per penitentiã acquirere qõ nobis p naturam nostram, z per dei iusticiam denegatur? Sa tiant alij diuitias et non in iudicio ipolient viduas: et pauperes depredẽtur. Nonne queso isti ante oculos patris immolaturi sunt filium/quotiens de substantia indigentium oblationem facient ante faciem patris pauperũ: et iudicis viduarum? Sane deo abhoiabilis est oblatio de rapina/sicut ipse dicit. Ego dominus diligens iudicium: et odio habens rapinã in holocaustum. Hinc est q̃ griphes/alietus/vultur/ et miluus/z cetere predatorie aues nunqꝫ in sacrificio domini acceptantur: procedere non decebat ab iniurijs et rapinis huius peregrinationis initiũ. Salamon dicit. Initium vie bone facere iusta: accepte sunt deo magis q̃ immolare hostias. Vereoz ne quã doqꝫ preda fuerit/ quos nunc delectat violẽta predatio. Verbũ ysaie est. Ve qui predaris/scito quia predaberis. O pecunie amor. O tinea cordium: rubigo mentium: languor pessimus animarum/virtutũ subuersio/genimẽ viciozum, vertens dilectionẽ in odiũ: z dei gratiam in contemptũ. Quomodo diuitũ corda excecas: vt q̃to amplius habeant/tanto minus habere se credant. Porro cui christus sufficit: cui offertur portio in terra viuẽtium/contẽnenda est possessio terrenoꝝ. Si diues indigentiam timet/pauper queso nõ timeat. Scriptum est/qꝫ timet impius accidet ei. Et qui timet pauinã, veniet super eum nix. Ecce peccatores et abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: et tamen de illis frequẽter auditur. Diuites egueruntet esurierunt: inquirẽtes autem dominũ non minuẽtur omni bono. Certe nõ est ignobilis apud deũ titulus paupertatis. Sola illa paupertas deo displicet: que cum rancoze z murmure sustinetur. Requissima est in oze impij: frequens experientia docet q̃ non in pecunijs nec in multitudine armatoz: nec in virtute pugnãtium datur victoria christi militibus: sed in virtute domini virtutũ. Dñs enim fortitudo plebis sue est. Dñs fortis dominus potens in prelio: de quo scriptũ est. Gloria virtutis eorum tu es. Utinã nunqꝫ fuisset hec pecunia que nec felices exit⁹ habitura est: et per quam mille animarum salus vel dilata est vel ablata. Non est venalis dñs vt possit emi pecunijs: sed nos venales sumus z venũdati sub peccato. His equidẽ qui pro christi hereditate laboraturi sunt: nolunt hereditari in terra: paratur eterna in celis hereditas. Nam cum dederit dilectis suis somnũ ecce hereditas domini. Isti audituri sunt. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: non dicetur qui pecunias collegistis. Attendit dominus non q̃tum: sed ex quãto quis offerat. Nam sicut in ecclesiast. legit. Substantia hominis fedauit coz eius. Acceptior dño fuit oblatio vidue q̃ magnatum. Unusquisqꝫ (ait dñs) ex eo quo abũdauit misit in gazophilacium: hec autem omnia que habuit, totum victum suum misit in gazophilacium. Bonoꝝ nostrozum nõ indiget dominus: nec vincit i multitudine sed in paucis. Cum a principibus sacerdotũ et a populo iudeorum christus quereretur ad mortẽ: et de emendis gladijs agereretur: voluit duobus gladijs contentos esse duodecim. Arma alexandri et cesaris hodie celebrat

opinione transcendit vnicus ille gladius petri quo serui auriculam amputauit. Sicut quidam sapiẽs dicit, Bellorum euentus non est in numero vel audacia robustorũ: sed in eius beneplacito, qui pro sue voluntatis arbitrio vniuersa disponit. Nunquid filij israel possederunt in gladio suo terram? Quomodo persequebatur vnus mille: et duo fugabant decem milia? Nonne ideo quia dominus vẽdidit eos: et dominus conclusit eos? Ille qui in celis habitat, ⁊ humilia respicit: qui vocat ea que nõ sunt tanq̃ ea que sunt/qui abiecta elegit vt fortia confundat: terram illam quã per pedisseos prouinciarum quãdoq̃ per manum femineam a grauissimis exactorum persecutionibus liberauit. Vnde verisimile nunc videtur: qui reprobatis magnatibus terre, quibus dominus titulos huius peregrinatiõis obtulerat, viros fame humiliozis elegit, quibus in contumeliam potentum huius vie triumphales euentus, totiusq̃ negocij gloriam reseruauit. Romanozum imperator ⁊ rex francozum, qui votum huius vie quandoq̃ professi sunt: si in electa paucitate et humilitate deuota/non in multitudine graui et indisciplinata processissent: euacuassent exactozis iugum: et pacem in terra perpetuam confirmassent. Qui si principes nostri forte prudentie altioris vsi consilio, viam hanc tam diu differre decreuerant/quare queso non elegerunt viros prudentes et strẽnuos qui prirent, qui victualia cõgregarent/qui tentarent pericula/qui pararent transitus/qui vires hostium explorarẽt. Sane vnusquisq̃ abũdat in sensu suo, sed sciant vniuersi et singuli q̃ cuius via excepta est a domino: ⁊ ipse diriget gressus eius. Nam de tali scriptum est. Gressus hominis a deo dirigetur: et viam eius volet. Ille autem qui est via, veritas et vita, liberet terram quam elegit in habitationem sibi, quam inhabitando quasi alterum celum fecit: quam suis miraculis illustrauit, suis initiauit sacramentis, sua instituit predicatione, suo tandem sanguine rubricauit. Quam beate resurrectionis ⁊ ascensionis sue magnificentiam gloriosam non solum toti mundo pretulit: sed per eam totum sibi mundum mirabiliter et misericorditer acquisiuit. Transeat iesu christe ira in gratiam/tempestas in auram/iudicium in dispensationem/ vexatio in refrigerium/ percussio in medelam/licet sis deus vltionum dominus: tamẽ homo es/fraterq̃ noster et pater misericordiarum. Verba tua sunt. Ego occidam/⁊ ego viuere faciam/ percutiam ⁊ sanabo. Da fm diuitias illius exuberantissime charitatis in qua nos redemisti: vt post terribilia tue discipline flagella, sub tua miseratione respiret populus acquisitionis. Moueat te gemitus compeditozum/ac(iuxta verbum moysi) vlciscere sanguinem seruozum tuozum: et propicius esto terre populi tui. Amen.

¶ De nouo ⁊ veteri testamento.

Vetus testamentũ ideo dicitur, q̃ venĕte nouo cessauit: de quo ⁊ apostolus meminit dicens: Vetera transierunt: ⁊ ecce noua facta sunt. Testamẽtum autẽ nouum ideo nuncupat q̃ innouat. Non em̃ illud dicũt nisi homines reuocati ex vetustate per gratiã, ⁊ pertinentes iam ad testamẽtum nouum q̃ est regnum celozũ. Hebrei autem vetus testamentũ a deo auctore iuxta litterarũ suarũ numerũ in .xxij. libros accipiunt: diuidentes eos in tres ordines: legis scz, pphetarum, ⁊ apogygraphorũ. Primus ordo legis in quinq̃ libris accipitur: quozũ primus est bresith, q̃ est genesis. Secundus ellesmoth, q̃ est exodus. Tertius vaiecra, q̃ est leuiticus. Quartus vagedaber, q̃ est numerus. Quintus ille ad elleadabarim, q̃ est deuteronomiũ. Hi sunt q̃nq̃ libri moysi quos hebrei thorach: latini legẽ appellãt. Propriĕ lex autẽ appellat̃ que p moysen data est. Secundus ordo est pphetarũ, in quo continent̃ libri octo: quozũ primus Josue bẽnun, q̃ latine Jesu naue dicit. Secũdus sophthim, q̃ est iudicum. Tertius Samuel, q̃ est regũ primus. Quartus Malachim, q̃ est regũ tertius ⁊ quartus. Quintus Ysaias. Sext⁹ Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus thareasra, q̃ dicitur .xij. pphetarum: qui libri q̃ sibi p breuitate adiũcti sunt p vno accipiũtur. Terti⁹ agyographorũ: id est sancta scribentium: in quo sunt libri nouem. quozum primus Job: secundus psalterium: tertius Maslot, q̃ est puerbia Salomonis: quartus coeleth, quod est ecclesiastes: quint⁹ sira syrin, q̃ est canticũ canticoz: sextus Daniel: septimus Dabreiamim, q̃ est verba dierũ: hoc est paralipomenon: octauus Esdras: nonus Hester. Qui simul oẽs quinq̃ ⁊ octo nouẽ fiũt viginti ⁊ duo: sicut supius cõprehensi sunt. Quidã aũt Ruth ⁊ Cynoth q̃ latine deoz lamẽtatio Hieremie agyographis adijciũt. Vlgitiquatuor volumina testamẽti veteris faciũt iuxta .xxiiij. seniores q̃ ante cõspectũ dei assistũt. Quart⁹ est apud nos ordo veteris testamẽti eoz libozũ qui in canone hebreozũ nõ sunt. Quozũ primus Sapiẽtie liber est: secũd⁹ Ecclesiasticus: terti⁹ Thobias: quart⁹ Judith: quint⁹ ⁊ sext⁹ machabeoz: quos licet iudei inter apocrifa separẽt: ⁊ ecclesia tñ christi inter diuinos libros et honorat et predicat. In nouo autẽ testamẽto duo sunt ordines. Primus euãgelicus in quo sunt Matheus, Marcus, Lucas, Johãnes. Secundus apostolicus, in quo sunt Paul⁹ in .xiiij. epistolas: Pet⁹ in duabus: Johãnes in trib⁹. Jacob⁹ ⁊ Judas in singulis act⁹ apl̃oz, ⁊ apocalipsis. Sũma autẽ vtriusq̃ testamenti tripharie distinguit̃. In hystoria: in moribus: in allegoria. Rursum ista tria multipharie diuidũt̃: quid a deo, quid ab angelis, et ab hoĩbus gestũ denicq̃ sit. Quid a pphetis nunciatũ de christo ⁊ corpore eius. Quid de dyabolo et mẽbris ei⁹. Quid de veteri ⁊ nouo populo. Quid de presenti ⁊ futuro seculo, regno, atq̃ iudicio.

¶ De scriptozibus ⁊ vocabulis sanctorum libzozum.

Veteris testamenti fm hebreoz traditionem hi phibent̃ auctores: primus moyses qui diuine hystorie cosmographiã/ id est mundi scripturã in quinq̃ voluminibus edidit, et penthatheucon cognominatur. penthatheucus autẽ q̃nq̃ volumina dicit̃. Pentha. n. grece q̃nq̃: theucus volumen dicit̃. Genesis autẽ liber bresith appellat̃, eo q̃ exozdiũ mundi, et generatio seculi in eo cõtineatur. Exodus vero exitũ de egypto, vel egressum populi israel digerit, et ex ea causa nomen accepit. Leuiticus appellatur eo q̃ leuitarũ ministeria ⁊ diuersitatem victimarũ exequitur. Totusq̃ in eo ordo leuiticus annotatur. Numerozũ liber vocatur eo q̃ in eo egresse de egypto tribus annumerãtur: et quadragintaduaz p heremũ mansionũ in eo descriptio cõtinetur. Deuteronomiũ greco sermone q̃ latine interp̃tatur scda lex. i. repetitio: euãgelice legis prefigratio est, que sic ea bz que poza sunt, vt tũ ea noua sint omnia que in eo replicantur. Josue liber nomẽ accepit a iosue filio naue, cuius hystoriã cõtinet. Scripto remvero eius eundẽ Josue hebrei asserunt: in cuius textu post iozdanis transitũ regna hostiũ subuertuntur. Terra populo diuiditur, et singulas vrbes, vitulos, montes, aque confinia, ecclesie, celestisq̃ hierusalẽ spiritualia regna prefigurãtur. Judicũ noiatur a principibus populi q̃ presiderũt in israel post moysen ⁊ iosue anteq̃ dauid ⁊ ceteri reges existerẽt. Huũc libũ et Ruth edidisse credit̃ samuel. Liber samuelis eiusdẽ Samuelis natiuitatẽ, ⁊ sacerdotiũ, ⁊ gesta describit. Idcirco ab eo nomẽ accepit: et q̃uis hic liber Saul, et Dauid hystoriã contineat: vterq̃ tñ ad Samuel refertur ex eo q̃ ipse vnxit Saul et dauid in reges futuros: Cuius libri primã partem conscripsit idem samuel. Sequẽtia vero eius vsq̃ ad calcẽ scripsit dauid. Malachim proinde appellatur eo q̃ reges iude et israelite gentis gesta p ozdinẽ digerat temporũ. Malach enim hebraice, latine regum interpretatũ est, Hunc libum Hieremias primus in vnũ volumen coegit: Nam antea sparsus erat p singulozum regum hystorias. Paralipomenon grece dicit̃ q̃ nos pretermissoz, vel reliquoz dicere possumus: q̃ que in lege, vel regum libris vel omissa, vel non plene relata sunt, in isto summatim, ac breuiter explicãtur. Librum Job quidam Moysen scripsisse arbitrantur: alij vnũ ex prophetis: Nonnulli vero eundez Job post plagã sue passionis scriptozẽ fuisse existimãt, arbitrantes ipsum qui certamen spiritalis pugne sustinuit, narraret quas victorias expediuit. Principia autẽ ⁊ fines libri Job apud hebreos, psaratione certa sunt: Media autẽ ipsius ab eo loco in quo ait. Pereat dies in quo natus sum: vsq̃ ad eum locũ, idcirco me reprehendo, et ago penitentiã, omnia heroico metro discurrũt. Psalmoz liber, grece psalteriũ: hebraice nablat: latine organũ dicit̃. Vocatur autẽ psalmoz liber q̃ vno propheta canẽte ad psalterium chorus cõsonando responderit. Titulus autẽ in psalmis hebraicis ita est ysopocalim, q̃ interpretatur volumen hymnoz. Auctores autẽ psalmozũ q̃ ponuntur in titulis: Moyses scilicet, Dauid et Salomon, Asaph, Ethã, ⁊ Jditum, et filij choze, Ezechielites, et reliqui quos Esdras vno volumine cõprehẽdit. Omnes autẽ psalmi apud hebreos metrico carmine cõstant esse compositi. Nam in metro romani, Flacci, ⁊ greci, pindarij: nunc alij ambo currunt. Nunc alcayco psonãt: nunc saffico nitent: trimẽtro, vel tetrametro pede incedentes. Salomon filius dauid regis iuxta numerum vocabulozũ suozũ tria volumina edidit: Quozũ primus est Maslot, quem greci parabolas: latini prouerbia nominãt: eo q̃ in ipso sub cõparatiua similitudine figuras verborũ et imagines veritatis ostenderet. Ipsam autẽ veritatẽ ad intelligendũ legentibus seruauit. Scõm libũ cẽleth vocauit, qui grece Ecclesiastes dicit̃: latine concionator: q̃ sermo eius non specialiter dirigatur ad vnũ sicut in prouerbijs: sed ad vniuersos generaliter dirigatur. docens omnia que in mundo cernim⁹ caduca esse ⁊ breuia, et ob hoc minime appetẽda. Tertium libũ Syzasim prenotauit, qui in latinã linguã vertitur, Canticũ canticoz: vbi p epythalamiũ carmen coniunctionẽ christi et ecclesie mystice canit. dicitur autẽ canticũ canticoz eo q̃ in oĩbus cãticis pferatur que in scripturis sanctis habẽtur, sicut quedã in lege dicunt̃ sancta: et que maiora sunt sancta sanctozũ. Huius autẽ tertij libri carmina exametris et penthametris versibus apud duos cõposita phibentur: vt sunt Josephus, Hieronymus. Ysaias euãgelica potius q̃ pphetica forma edidit libũ suũ. Cuius omnis textus eloquentie prosa incedit. Canticũ vero exametro ⁊ pẽthametro versibus discurrit. Hieremias similiter libũ suuz edidit cum threnis, quos nos lamẽta vocamus, eo q̃ in tristiozibus rebus funeribusq̃ adhibẽtur: in quibus quadruplex diuersis metris alphabetũ composuit. Quozũ duo prima saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos qui sibi nexi sunt ⁊ abvna tñ littera incipiunt: erectũ coma concludit. Tertiũ alphabetũ trimetro scriptum est: et a ternis lucens treni incipiunt. Quartũ alphabetũ simile primo/scdo habetur Ezechiel et Daniel a viris quibusdã sapiẽtibus scripti esse perhibentur. Quoz Ezechiel principia et fines multis habet obscuritatibus inuoluta. Daniel vero claro sermone regna orbis prenunciat, ⁊ tẽpus aduẽtus christi manifestissima predicatione annotat. Hi sunt quatuor pphete qui maiozes vocãtur: quia prolixa volumina condiderũt. Liber .xij. prophetarũ auctoz suozũ nominibus prenotatur: qui propterea minozes dicunt̃, quia sermones eoz breues sunt. Vnde ⁊ connexi sibimet inuicẽ in vno volumine continentur: quoz nomina sũt Ozee: Johel: Amos: Abdias: Jonas: Mi

cheas: Naum: Abacuch: Sophonias: Aggeus: Zacharias: et Malachias: Esdre liber auctoris sui titulo prenotat. In cuius textu etiamdē esdre, Neemieq; sermones pariter continētur. Nec quenq; moueat q vnus esdre dicitur: quia liber secundus. Tertius et quartus non habētur apud hebreos: sed inter apocriphos reputātur. Hester librū esdras creditur conscripsisse: in quo eadem regina sub figura ecclesie dei populū a seruitute et morte eripuisse credit: atq; interfecto Aman (qui interpretatur iniqtas) diei celebritas in posteris mittitur. Liber sapiētie apud hebreos nusq; est: vnde et ipse stilus grecam magis q; hebreā eloquētiā redolet. Hunc iudei philonis esse affirmāt: qui proinde Sapiētie nominat, quia in eo christi aduentus, qui est sapiētia patris et passio eius euidenter exprimitur. Librū autē ecclesiasticū certissime Jesus filius Syrach nepos iesu sacerdotis magni cōposuit: de quo meminit et zacharias: qui liber apud latinos ppter eloquij similitudinē salomonis titulo prenotat. Dictus autē Ecclesiasticus eo q de totius ecclesie disciplina religiose cōuersationis magna cura et ratione sit editus. Hic apud hebreos reperitur: sed nunc apocriphus habet. Judith vero, et Thobie, siue machabeorū libri q̄bus auctoribus scripti sunt minime constat. Habent autē vocabula ex eorū nominibus quorū gesta scribūt. Quatuor autem libros euangeliorū quatuor euāgeliste singulariter conscripserūt. Primus Matheus cōscripsit euāgelium litteris hebraicis in iudea, nuncians p suum euangeliū humanā christi filij David natiuitatē, dicens, Liber generationis Jesu christi filij david, filij abrahā: significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharū christū sicut promissum erat in prophetis p spiritū sanctū. Secundus Marcus plenus spiritu sancto scripsit euangeliū christi eloquio greco in italia secut⁹ Petrum vt discipulus a Johāne initium spiritu prophetali fecit dicens. Vox clamātis in deserto parate viam dño: vt ostēderet christū post assumptionē carnis euangeliū predicasse in mūdo: Ipse enī christus et pphetā dictus est, sicut scriptum est, et pphetā in gētibus dedi te. Tertius Lucas inter omnes euāgelistas greci sermonis eruditissimus: quippe vt medicus in grecia euangeliū scripsit Theophilo episcopo: initians a sacerdotali spiritu dicens: Fuit in diebus herodis regis iudee Zacharias sacerdos, vt manifestaret christū post natiuitatē carnis et predicationē euangelij hostiā fuisse effectū pro salute mundi. Ipse enī sacerdos de quo dictū est in psalmis: Tu es sacerdos in eternum ſm ordinē melchisedech. Ubi enim christus aduenit sacerdotiū obmutuit, lex et prophetia cessauit. Quartus Johānes scripsit euangeliū vltimū in asia, incipiens a verbo/ vt ostenderet eum saluatorē q̄ pro nobis dignatus est nasci et pati: ipsum ante secula dei verbum e celo venisse, et post mortē iterum ad celum remeasse. Hi sunt quatuor euāgeliste quos p ezechielem spiritus sanctus significauit quatuor ānimalib⁹ Propterea autē quatuor animalia sunt p que q̄tuor mundi partes fides christiane religionis eorū predicatione disseminata est. Animalia autem dicta sunt q̄m propter animā hominis predicat euangeliū christi. Nam et oculis plena erant intus et foris, q̄m preuident euangelia que dicta sunt a prophetis, et que promiserāt in priore. Crura autē eorū recta, q̄ nichil prauum in euangelijs est. Alas senas habebāt tegētes crura et facies suas: sed reuelata sunt que tegebātur in aduentu christi. Euangeliū autē interpretatur bona annunciatio: Eua enim bonū, angeliū annunciatio dicitur. Unde apostolus et angelus nuncius interpretatur. Paulus apostolus suas scripsit epistolas quatuordecim grece, ex quibus nouem septē ecclesijs scripsit: reliquas discipulis suis Timotheo, tito, et philemoni, Ad hebreos autē epistola a plerisq; latinis eius esse incerta, ppter dissonantiā sermonis: Eandemq; alij Barnabā cōscripsisse: alij a clemēte suspicantur. Petrus scripsit duas nois sui epistolas Jacobus, et Johānes, et iudas suas scripserūt epistolas: que canonice ideo nominātur, q̄ non vni tantū populo vel ciuitati, sed vniuersis gentibus generaliter scripte sunt. Act⁹ apostolorū primordia fidei christiane in gētibus et nascētis ecclesie hystoriā digerit. Actuū aplorū scriptorē Lucam esse euangelistam legimus: in quo opere nascentis ecclesie infantia texitur, et apostolorū hystoria retinetur: Unde et actus apostolorū dicit. Apocalypsim librū iohānes euāgelista scripsit eo tempore quo ab euāgelij predicatione in insulā pathmos traditur relegatus. Apocalypsis autē e greco in latinū reuelatio interpretat. Reuelatio autē dicitur manifestatio eorū que abscōdita erant: iuxta q̄d et ipse iohannes dicit. Apocalypsim Jesu christi quā dedit illi deus palā facere seruis suis. Hi sunt scriptores sacrorū librorum qui per spiritū sanctū loquētes ad eruditionē nostram precepta viuendi, et credēdi regulam conscripserūt. Preter hec alia volumina apocriphya nuncupant. Apocriphya autē dicta. i. secreta, quia in dubiū ueniunt. Est enim eorum occulta origo: nec patet patribus e quibus vsq; ad nos auctoritas veritatis scripturarū certissima et notissima successiōe puenit. In his apocriphis et si inuenitur aliqua veritas, tamen ppter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas, que recte a prudētibus iudicantur non esse eorū credēda quibus ascribūtur. Nā multa et sub nominibus prophetarum et recētiora sub nominibus apostolorū ab hereticis proferuntur: que omnia sub noīe apocriphārū auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

¶ Sermones domini Petri blesensis bathonieñ. archidiaconi admodū vtiles et mellifui: quibus mysteria q̄ plurimarū solennitatū tēporis et sanctorum facile dinoscuntur.

¶ Sermo primus.

Dum medium silentiū tenerent omnia: et nox in suo cursu medium iter agereret: omnipotens sermo a regalibus sedibus venit. A diebus antiquis postq; clamauerat dñs primo preuaricatori Adam vbi es? clamauit et sanguis abel de terra, extunc fluit genus humanū: quia in ipsum mors intrauit p peccatū. Illebat homo mortificatus in gratuitis, in naturalibus vulnerat⁹: adeo erat iesus et infirmus homo, vt nō esset in eo vox neq; sensus. et hoc intelligo primum silentiū fuisse. Venit moyses et data est lex. Lex quidē modum infirmitatis ostēdit: sed remediū infirmitatis non ostendit. Nesciebā (dicit apls) quid esset peccatū nisi esset lex. Ex quo igit omnes sua vulnera cognouerūt, ceperunt clamare et querere medicinā: et sic ruptū est primū silentiū. Porro considerantes egroti q̄ in lege no erat salus/ quia neminē iustificabat lex/ neminē ad pfectū ducebat: tandē post clamorē affecti longa expectatiōe et tedio siluerūt. Et h̄ est mediū silentiū. Hoc autē silentiū ruptum est tripliciter: per vocē: per verbum: per canticū. Per vocem/ quia p eum qui dicit ego vox clamātis in deserto parate viam dñi ꝛc. Per verbū/ nā omnipotēs sermo a regalibus sedibus venit. Per canticum: nā in nocte verbi incarnati/ gloria in excelsis deo angeli cecineruīt. Multos sermones dederat moyses: sed nullus eorū oīpotens fuit. Defecerunt enī in sua pmissione: et q̄d dicebant non potuerunt efficere. Verbo autē dñi celi firmati sunt: et omnipotēs sermo nō solū promisit aut dixit/ sed quecunq; voluit fecit. Tertium silentium erit in regeneratione, cum sederit filius hois in sede maiestatis sue: cū exterserit dñs lachrymas ab oculis sanctorū suorū: et iam non erit amplius clamor neq; dolor. cum obtinuerit iustus vt requiescat a laboribus suis: et in pace fact⁹ fuerit locus eius. Et quibus (iuxta verbū ysaie) in silentio et spe fuit fortitudo: erit gaudiū et pax in eterno silentio. Sicut ergo salomon ait. Est tēpus tacēdi et tempus loquēdi. Tēpus tacendi: dum medium silentium tenerent oia. Tempus loquendi: dū clamat iohannes in deserto: parate viam dñi, rectas facite semitas dei nostri. Elongauerat iohānes et fugerat in solitudinē. Preferebat solitudinē sollicitudini: pacē turbatiōi: quiētē tumultui: heremū ciuitati. Clamat i deserto scies q̄ q̄to remotior esset a frequentia hominū, tanto inuinior esset a cōtagio peccatorū. Notate fratres q̄ a tēporibus helye/ et alior prophetarū/ desertum dedicatū est sanctitati: vt esset in eo q̄si secretior dei thalamus in terris, et familiare auditorū spūs sancti. Successit pphetis iohannes, pphetā et plusq; pphā: ex cuius inhabitatione plurimū reuerētie et honoris deserto accreuit. Accessit iesus qui desertū per quadraginta dies ieiunio consecratū penitētie dedicauit. Ibi tētatus tētatoris malicia cōfutauit: vt quicūq; in solitudinē fugeret: iā nō timeat insidias inimici: sed in loco horroris habeat locū securitatis: et in solitudine inueniat ciuitatē habitationis. Qui in deserto ieiunauit: in deserto pauit turbas, et ibidē manna panē scilicet angelorū copiose largitus est: vt confiteantur dño misericordie eius vt iam non desperēt, qui christū in deserto sequunt et dicant. Quid comedemus aut quid bibemus? Ille enī qui animā inanem et animā esurientē satiat in bonis: qui dat iumētis escam ipsorū, et pullis corūū inuocātibus eum: animā illā que se xpo p voti obligationē et professionis vinculū despōsauit, non deseret in deserto desertā: sed ei in abundātia misericordie sue ministrabit et dicet. Recordat⁹ sum tui miserās adolescentiā tuam et charitatē despōsationis tue, quando secuta es me i deserto. In terra ergo salsuginis/ in terra horroris et solitudinis/ in terra que nō germinauit hacten⁹ nisi spinas et tribulos/ germinabit dñs fram et benedictionē. Pinguescēt illi anime speciosa deserti/ ponet ei dñs desertū quasi delitias: et solitudinē quasi hortū irriguū. In hoc deserto in hac solitudine quidā sedent solitarij sed non silent: quos sollicitudinum mundanarū turba circunstrepit: cū de religioso scriptū sit. Sedebit solitari⁹ et leuabit se sup se. supra se leuat se, q̄ via dño parat intra se. Ideo in hoc deserto fratres audit vox illa clamātis: parate viā dñi, rectas facite semitas dei nri. Utinā in deserto cordis mei audiat vox ista: et rumpatur silentiū in quo sum tanq; vulneratus dormiēs in sepulchris. Utinā non solū vocē penitentiā predicātis: sed ipsum audiā verbū: et audiā quid loquat in me dñs deus. Utinā loq̄tur ipse in corde meo: et loquar ego ad dñm meū. Diu silui et humiliat⁹ sum: et silui a bonis. Utinā siluissem a malis. Sed non sum qui dicere possim: vt non delinquā in lingua mea. Frequēter accepi opprobrium aduersus primos meos: et cum deberē disponere sermones meos in iudicio ad obseruantiā equitatis: sermo meus versuti viri prestigio suborna⁹ erat in calumniā et subuersionē iustitie: et in mortificationē anime mee q̄si gladius acut⁹, et lingua mea cōcinnabat dolos. Nunc autē sileo a deo, a scto, a meipso. A deo cuius laudē in corde et ore nō habeo. A seculo, cuius malicia nec xbo nec ope dāno. A meipso, quia peccata mea cōfessione nō arguo: nec satisfactiōe redimo: nec bonis opibus recōpenso. Hoc est silētiū in q̄ libētius audio sapientiā hui⁹ seculi que stultitia est apud deū: q̄ verbū dei et legē altissimi. Et hoc forte est q̄d salomon insinuat dicēs. Verba sapientū audiunt in silentio, plusq; clamor principis inter stultos. Clama queso tu qui es vox clamantis: clama ne cesses/ sicut

tuba exalta vocē tuā, clama, tona, choruſca, et fulgura, ſi forte exurgat q̄ dormit, ſi forte adiciat vt reſurgat/qui ꝓtra dñm fere tot⁹ obſurduit. Multi eñ imbecilles ſunt z dormiūt multi/atq; (vt ẋbo hieremie vtar) incircūciſe ſunt aures eoꝝ z audire non poſſunt. Clama q̄ſo preco dñi: vt preparēt viā dñi z rectas faciāt ſemitas dei nr̄i. Et q̄d eſt fratres. Nōne a ſeculo q̄ iohannes nos ammonet parare vias dñi: z rectas facere ſemitas dei nr̄i? Nonne a ſeculo z vſq; in ſeculum recte ſunt vie eius? De viarū ſuarū rectitudine cū ipſo diſputat: nā teſte propheta. Dixit impius in corde ſuo nō eſt recta dñi via: ſed eum dñs cōſtantiſſime redarguit z confutat, Nunq̄d non vie mee recte ſunt: et nō magis vie veſtre praue ſunt dicit dñs? Scimus equidē nec poſſumus diffiteri: quia vie dñi pulchre z omnes ſemite eius pa. Hoc nobiſcū fatebat qui dicit. Via dñi imaculata, deus meus impollura via eius. Via dñi adeo directa eſt (ſicut ꝓpheta teſtat) vt ſtulti non errent p eā. Sane multos ſapiētes vidi in hac vita errantes. Nā cum ſapiētia huius mūdi ſit terrena/animalis/z diabolica: non eſt mirū ſi illi qui ita ſapiunt errant: z viam eterne ciuitatis ignorāt. Illa ẋo ſtulticia p quā placuit deo ſaluos facere credētes: illa eſt que non errat: illa eſt q̄ viam nouit/quā de⁹ abſcondit a ſapiētibus z prudētibus huius ſeculi, ſtultiſq; z paruulis reuelauit. O dñe tu paraſti directiones viā iuſtificationū tuarꝝ: dirige in cōſpectu tuo viā meam. Et quid eſt dirigere dñi ſemitā: niſi corrigere ſuam vitā? Viam vero dño parat, qui cor ſuum coramdeo humiliat, z peccata in quibus offendit per penitentiā purgat. Cum omni ergo diligētia conſiderandum eſt ne quid prauū inueniatur in voluntatibus noſtris: ne quid aſperū in moribus vel tenebroſum vel lubricū aut diſtortū. Prauū per malicia. Aſperum per impatientiā. Tenebroſum per ignorantiā. Lubricum p inconſtantiā. Diſtortū per diſcordiā z vite inequalitatē. Quidā ſemp ſunt aſperi lubrici z diſtorti: et ſunt inter alios frēs q̄ſi angues inter anguillas/q̄ſi corui inter colūbas/quaſi ſpine inter lilia: z tribuli inter roſas. Contritio z infelicitas in vijs eoꝝ: quia viā pacis non cognouerūt. Via taliū tenebre z lubricū: z angelus dñi pſequēs eos. frequentiſſime ſiquidē vidi hoīes hmōi inquietos, z litigioſos grauiter a dño flagellari. Nam contra taliū malicia dñs immittit immiſſiones p angelos malos. Ut quid deo z fratri ſuo cōtrarius z cōtumelioſus fuit? tradat ſathane in interitū carnis: et qui alijs grauē z improbabilem ſe exhibuit, ſibimet fiat grauis. Et hoc eſt q̄d legit in pueribijs. Semp iurgia querit malus: angelus autē malus mittet cōtra eum. Si quid ergo in nobis tenebroſum eſt, p cōfeſſione illuminet. ſi quid lubricum, in amore chriſti ſtabiliat. Si quid diſtortū, ad equitatē diuine glorie dirigat. ſi quid aſperū, ad lenitatē ſpūalis gre cōplanetur. Sic diriget mānſuetos dñs: docebitq; mites vias ſuas. Q̄ ſi alicui videntur anguſte vie dñi non admiretur. Vie dñi viatores exigunt graciles et

Sermo. II.

expeditos: nec mole terrene ſollicitudinis oneratos. Ideo anguſte ſunt propter anguſtia paupertatis: ſed amplisſime videntur his qui diligunt dñm: z aſpiciūt (iuxta verbum apli) in remuneratorē ſalutis eterne. Talis erat moyſes de quo ſcribit apoſtolus: quia reputauit maiores diuitias theſauris egyptiorꝝ iproperiū chriſti. Aſpiciebat eñ (dicit apl's) in remuneratorē. Et hoc q̄d in ezechiele legit: q; duo cherubi vtraq; facie aſpiciebāt in palmā. In oibus eñ que agimus ſiue tēporalia ſiue ſpūalia ſint: debemus in remuneratorē vite oculos nr̄e intētionis dirigere. Nā ſi attendat iuſtus qui ex fide viuit, q̄ta preparet dñs diligētibus ſe: ſi cōſideret oīs cōſummationis finē: clamabit et dicet. Dilataſti dñe greſſus meos: z latū mandatū tuum nimis. Dilatatur enim via dñi ex quo delectat anima in magnitudine premij: et breuitate laboris. Eat ergo homo ad exitus viarū: nā ibi aſſumunt qui iubent ad nuptias introduci. Fines ſiquidē et exitus viarū hic recipiet/pro mūdanis celeſtia/p trāſitorijs eterna/pro tēporali labore quietem/gloriā ſine fine. Gaudeatis ergo fratres z cātetis in vijs dñi: q̄m magna eſt gloria dñi. Gaudeatis expectantes beatā ſpē: et aduentū glorie magni dei. Nā in primo eſt vt reddat vobis dñs mercedē laborū veſtroꝝ: et q̄ cuſtodiuiſtis, p xpo vias duras, a xpo recipietis coronas immarceſſibiles z eternas. Quā vobis prestare dignet chriſt⁹ ieſus. Qui cū pre z. ſ. ſictō vi. z reg. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo ſecundus.

Aspiciebā in viſu noctis: z ecce in nubib⁹ celi quaſi filius hoīs veniebat: z vſq; ad antiquū dierū puenit: z in cōſpectu eius obtulerunt eum q̄ dedit ei poteſtatē z honorē z regnū: z poteſtas eius ptās eterna, z regnū eius q̄d non corrumpet. Daniel dñici aduētus inflāmatus deſiderio (vnde z vir deſideriorꝝ ab angelo vocatus eſt) effudit in ſe animā ſuam vt trāſiret in locū myſterij admirabilis: z videret ſacramentū incarnatiōis dñice abſconditū a ſanctis: ſicut apl's dicit. Unde z in viſione noctis aſpiciebat. Eſt eñ viſio noctis/eſt z viſio diei: et eſt viſio lucis. Viſio nocturna ante gram/viſio diei ſub gra/viſio lucis in gloria. Videbat prophete z patriarche in viſione noctis. Unde legit: Locutus es in viſione ſanctis tuis et dixiſti. poſui adiutoriū z̄c. De ſcda viſione que in apl'is ſub tēpore gre facta eſt dicit apl's. Speculantes gloriā dñi in eandē imaginē trāſformatā a gloria in gloriā tanq; a dñi ſpiritu. Nūc ſpiritualiter videmus q̄ſi p ſpeculū in enigmate: ſed cū venerit viſio lucis/ fulgebunt iuſti ſicut ſol in ꝓſpectu dei: z tunc videbūt lumē in lumine, et purificatis oculis videbunt lucē quā nō poſſet mortalis oculus ſuſtinere. Et ecce in nubibus celi q̄ſi filius hoīs veniebat. Tres ſunt nubes, obſcuritas in, ppḣis, pfunditas in diuinis cōſilijs: occulta z iaudita ſecūditas ẋginitatis. De nube, ppḣay ſcriptū eſt. Tenebroſa aq̄ in nubib⁹ aeris. De nube cōſilioꝝ dei legit. Rorate celi deſuper

et nubes pluāt iuſtū. De nube ẋginitatis z ſecūditatis abſcōdi te: dicit, ppḣa. Sup nubē leuē z candidā ingrediet dñs in egyptū. In iſtis nubib⁹ veniebat q̄ſi filius hoīs. Bene dicit quaſi filius hoīs: quia tpaliter filius hoīs ab ēno erat filius dei. Mondū erat filius hoīs: ſed q; in primo erat filius hoīs futurus: iā q̄ſi filius hoīs cenſebat. Si quis verba danielis diligēter attēdat: manifeſtiſſime in eis deprehendet xpi icarnationē in eo q̄ filius hominis veniebat. Xpi paſſionē in eo q̄ obtulerūt eum. Xpi reſurrectionē, in eo q̄ data ſunt ei honor et poteſtas eterna z incorruptibile regnum: eius aſcēſionem in eo q̄ puenit ad antiquū dierū: nā regreſſus eius ad patrē. Uerūtā quia cetera ſacramēta ſua ipa habēt: de aduentu quē habemus pre manibus aliqua pſeq̄mur. Non ſolus daniel: ſed etiā oēs alij cū eo, ppḣete de dño clamant vnanimiter q̄m venit. Et q̄d ergo reſtat niſi vt occurram⁹ ei? Apl's teſte. iſte eſt qui ingredit ad ſaluādas gētes. Occurramus ergo ſaluatori nr̄o. Salutemus eū de longe: q̄ mādat ſalutes iacob/qui dat ſalutē regibus. Non eñ voluit ſalutare nos tm̄ de longinquo: ſed ſaluare de primo. Scio q; veniēs benedictionē daturus eſt legiſlatori: z p̄ſperabit in his ad q̄ miſſus eſt: z oīa quecūq; faciet proſperabunt. Eam⁹ ergo z occupem⁹ faciē eius in confeſſione. Si q̄s inter frēs infirmus eſt leuet ſe ſup ſe: et poſterioꝝ oblit⁹ ad anteriora ſe extēdat geſtiēs in occurſu dñi veniēt's: ita oēs vnanimiter occurrētes dicam⁹. O dñe bn̄ proſperare: intēde p̄ſpere pcede z regna. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dñi rex israel ſaluator. Solēt equidē infirmi venire ad medicos, egeni ad diuites, ſerui ad dños. Quid ergo dñe dñator dñantiū? Quid eſt homo q̄ memor es eius? aut filius hoīs q̄m visitas eū? Quid eſt hō q; magnificas eū: aut q̄d apponis erga eum cor tuū? Audit frēs miſeria hoīs miſericordiā dei. cōſiderās eñ pius z miſericors de⁹ quia inimic⁹ hoīem doloſe ſubuertiſſet: erga hoīem cogitauit cogitationes pacis. nā ab alio ipulſus euerſus eſt vt caderet. Quia ẋo inimic⁹ malicia, ppria cecidit: inuēta eſt iniq̄tas eius ad odiū. Mouebāt patrē miſericordiarū anguſtie hoīs incarcerati ſuā deplorātis miſeriā z miſericordiā implorātis: z dicētis aſſidue. Educ de carcere animā meam, cōplaceat tibi dñe vt eruas me: q̄m de terra mea furti ſublat⁹ ſum/z hic innocēs in lacū miſſus ſum. nocentē me quidē fateor: ſz innocens ſum reſpectu illius cui⁹ fraudulētia me ſeduxit. Adiuuet me gra tua cui nocuit aliena malicia: mia et veritas tua michi ſint in ſubſidiū: quē aliena ipietas et mendaciū ſubuerterūt. O dñe xpe ieſu ego q̄ in carcere iſto iā totus cōputrui q̄n videbo facie tuā: q̄n venies o ſalutare vult⁹ mei z deus me⁹? O dñe deus ſalutis mee: fac citius q̄ſo, ppter q̄d venis. Veni dñe et noli tardare: veni et oſtēde faciem tuā z ſalui erimus. Te eñ expectamus, eſto brachiū noſtrū in tpe tribulatiōis: certe tribulatio prima eſt et nō eſt q̄ adiuuet. Verbum ſalomonis eſt. Ademētote quia moꝝ non tardat: et q̄d facimus fratres quare dño nō occurramus greſſibus deuotionis z humilitatis? Eamus et ſalutemus eum et ad cōmanendū in noſtro hoſpitio inuitem⁹. Alioquin lamētabit, ppḣa ſup ciuitatibus auſtri: q; nullo introeunte clauſe ſunt. Talis eſt q̄ pre nimia benignitate ſua anteq̄ vocet ſe offert: bon⁹ eſt aīe querenti ſe, z occurrēti ſibi anteq̄ inuitet hylaris z feſtinus occurrit. Non ignorabat hoc yſaias qui de tali occurſu loquēs. Occurriſti (inquit) letāti et faciēti iuſticia, in vijs tuis recordabit tui. Sicut autē inuitāti ſponte ſe offert: ita inuitatus hoſpitiū rogātis intrare ſepe diſſimulat. Ideo violentia precū z deuote humilitatis obſequio eſt trahēdus. Incedens cū duobus diſcipulis/licet cum eis z ab eis vellet in hoſpitio recipi: ſe tm̄ lōgius ire fingit. Duo etiā angeli adorante z ſupplicāte loth vt intrarēt domum eius: diſſimulabāt z dicebāt, nequaq̄ ſed manebimus in platea. De diſcipulis autē legit et coegerunt eū. De loth vero ſcriptū eſt: quia angelos oppido coegit intrare. O coactio ſancta, o violētia cōmendabilis q̄ chriſtū z angelos hoſpites facit. Si ergo frēs ad ſupplicationē nr̄am diſſimulatione aliqua vſus fuerit q̄ſi velit longius ire, nr̄m q; declinare hoſpitiū: violēter inſtemus. Nulla eñ violētia maior poteſt inferri, q̄ ſi eū cōfeſſionibus/vigilijs/diſciplinis/archanis iubilationib⁹ cōpunctionibus ignitis/gemitibus z ſuſpiritijs inuitetur. hoc modo vinceī, z quicq̄d diſſimulauerit piius: nr̄is tandē deſiderijs acquieſcet. Nouiſtis ex pte q̄liter anima contēplante aut orāte q̄n in delitijs cuiuſdā ſuauitatis z glorie quodā beato ſtupore z celeſtiū deſiderio tracta ſuſpendit: oīa hoīs interioza deo veniēti aſſurgunt: et fit (iuxta doctrinā apli) in nubibus obuiā xpo, et ſic cū dño eſt: ſed tēpore breui nec hora dimidia. cum eñ exiſtimat eū tenere ſicut ſecreto acceſſit: ita ſecreto elabit. Spiritus eñ vbi vult ſpirat, z neſcis vnde veniat aut quo vadat. Unde ſalomō ait quomodo tu ignoras viā ſpūs? Et iob. Semitā ignorauit auis. Has ipſius dilatiōes ſpōſa in cātico amoris manifeſte declarat: dū ſponſo pulſante ad oſtium aīe. Ror (inquit) dilecti mei pulſantis aperi michi ſoror mea, amica mea, colūba mea, q; caput meū plenum rore z̄c. Surrexi (inquit) aperire dilecto meo. At ille declinauerat atq; tranſierat: q̄ſiui z nō inueni illū: vocaui z nō reſpōdit michi. Et beat⁹ Job. Si venerit ad me nō videbo eū. Ideoq; cū mulier chananea diu vocaſſet eū/nō reſpōdit ei: tandē dedit ei deſiderabile z ſalub: z reſpōſum/inſinuās q; cū amore z inſtātia ſit vocādus: et in hoſpitiū anime humili deuotiōe fortiter attrahēdus. Sic rn̄debit hoſpes miſericors hoſpite ſupplicāti chananee pcanti. Mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti. Omi q̄ cautela frēs preparandum eſt hoſpitiū corporis nr̄i ne q̄d in eo reperiat q̄d oculos ſue maieſtatis offendat. Non ſit in eo vor litigioſa/fumus aut ſtulticidiū: nā hec tria hoſpitē de domo eijciunt: concupiſcētia ſcilz carnis: z cōcupiſcētia oculoꝝ: z ſupbia vite. Quare fratres dedigna rēt diuertere ad vos ſi deuote et hūiliter tract⁹ fuerit:

qui domũ zachei nonvocatus intrauit: Si zacheꝰ dimidiũ suoꝝ bonoꝝ dedit pauperibꝰ: si fraudat q̃ druplũ restituit: certe multos zacheos hic video q̃ nõ solum quadruplũ restituerũt: nõ solũ dimidiũ bonoꝝ, p xpo: sed oĩa bona tẽporalia reliquerũt. Nõ dedignabitur cũ hoibus habitare: q̃ filius hois est. Ipse ad nos veniat ꝛ mãsionẽ apud nos faciat: vt nos de hac mãsione educat, et ducat ad illius eterne btitudinis mãsionẽ in qua est pax q̃ non dẽficit, lux que nõ extinguitur, ꝛ gloria q̃ non transit. Quã nobis prestare dignet Qui cũ. p. ꝛ spi. sancto viuit et regnat deꝰ. Per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo tertius.

SAluatorẽ expectamꝰ dñm nr̃m iesum xpm qui reformabit corpus humilitatis nre cõfiguratũ corpori claritatis sue. Scriptũ est: q̃a expectatio iustoꝝ leticia. Vñ ꝛ iustus diuine miserationis expectatione suspẽsus dicebat. Et nũc que est expectatio mea, nonne dñs? O expectatio gẽtiũ oes qui te expectãt non cõfundent. Te expectauerũt ꝛ in te sperauerũt patres nr̃i: sperauerũt ꝛ nõ sunt cõfusi. Erãt inter antiquos q̃ increduli, ppha zoraculis yronica illusione ysaie, ꝛ ceteris, ppheris insultãdo dicebãt. Manda remãda mãda remãda: expecta re expecta: modicũ ibi modicũ ibi. Sz talibus idẽ, ppha grauissime cõminat. Erit (inquit) eis vt vadãt ꝛ cadãt retrorsum ꝛ illaqueent ꝛ capiant. Isti ꝛ taliũ cõsimiles incidũt in tẽtationes ꝛ laqueos diaboli. Laqueos siquidẽ ꝛ pedicas ꝛ decipulas habet. Abscõdẽrũt (inquit) pctõres laqueũ mihi. Et iob. Abscõdita est i terra pedica eiꝰ: ꝛ decipula eiꝰ sup semitã. De hac captione salomõ ait: nescit hõ finẽ suũ: sed sicut pisces hamo, ꝛ aues laqueo, sic hoies capiunt in tpe malo. Expectemus itaq̃ cũ fiducia frẽs saluatoris aduentũ. Certus sum (inquit) q̃ apparebit in finẽ ꝛ nõ mẽtiet. Si morã fecerit: expectabo eum. Sed ꝛ ille q̃ mandat salutes iacob/ salutat p Ozeã, ppham amicã suã ecclesiã quã sibi despõsauit in fide: ꝛ ꝛ solat eã, ꝛ vt cõfidat in ea cor viri sui: docet q̃liter eũ debeat expectare. Dies multos (inq̃t) expectabis me, nõ fornicaberis: et non eris cũ amatore alieno. Ab antiq̃s dieb⁹ dicta sunt hec frẽs. Unde ꝛ ysaias dicit: nomẽ dñi venit de lõginquo. Nos aũt sumus in quos fines seculi deuenerũt. Ideoq̃ in prio est vt veniat spõsus/ vt veniat rex nr̃: legifer nr̃. Cito eĩ veniet: ꝛ nõ tardabit. Et nos ergo similes hoibus expectãtibus dñm suũ faciamꝰ qõ p̃cipit vt nõ fornicemur/ vt nõ seq̃mur alios amatores. Fallax amator est mũdus: ꝛ aĩabꝰ, pditoria deceptione illudit. Hic est sichẽ filius emor q̃ dynã filiã iacob raptã et corruptã blanditijs lenit. Misera eĩ aĩa abstracta ꝛ illecta a cõcupiscẽtijs suis: dũ mũdo et diabolo cõsentiẽs fornicat a dño, pũmã fidẽ irritã facit: ꝛ q̃ ĩ passione desiderioꝝ ꝛ pemptoria voluptate seipsam deo abnegat. Dolosos amatores q̃ p̃sentialiter se offerũt sequit: ꝛ dñm glorie xpm iesum spõsum ꝛ saluatorẽ suum iuste/ pie/ ꝛ sobrie nõ expectat. Nos itaq̃ (iuxta ꝝ siliũ apli) sobrie ꝛ iuste: ꝛ pie viuamus in hoc seculo expectãtes beatã spem, ꝛ aduẽtũ glie magni dei. Est pietas hois ad dñm. Iusticia ad proximũ. sobrietas ad seipm. Permitiosus est nobis aduẽtꝰ dñi: nisi ipm cũ pietate et sobrietate ꝛ iusticia expectemus. Tres sunt aduẽtus dñi: pmus in carnẽ: scõs ad aiam: tertius ad iudiciũ. Primꝰ in media nocte fuit: scõs in mane: tertius in meridie. Ut de pmo aduentu ꝝba veritatis euãgelice, psequamur: media nocte clamor factꝰ est: ecce spõsus venit. Mediã nocte fuisse intelligo cũ in medio silẽtio cursum suũ nox ageret. Nox apud iudeos erat/ quoꝝ oculos obscuraverat malicia ne viderẽt. Sz ꝛ populus gentiũ ambulabat i tenebris. Venit spõsus ꝛ factꝰ est clamor. Ruptũ est silentiũ noctis. Venit eĩ qui illuminat abscõdita tenebrarũ: abstulit nocẽ et fecit diẽ. Nox (inquit apls) precessit/ dies autẽ appropinquauit. Et q̃d est q̃ media nocte clamor factꝰ est: nisi q̃ in medio silẽtio omniũ dũ cursum suũ nox ageret: atq̃ oĩpotẽs sermo a regalibus sedibus descẽdere destinasset: ppha cognoscẽtes aduẽtũ christi: in vocẽ clamoris ꝛ gaudij prorupẽrũt/ ꝛ mediũ silẽtiũ ruperũt. Magnus siq̃dẽ clamor erat: vbi p se clamabãt, ppha singuli: ꝛ ĩsimul vniuersi. Clamabat dauid. Inclina celos tuos ꝛ descẽde. Et ysaias. Utinã dñs dirumperet ꝛ celos. Emitte agnũ dñe dominatorẽ terre, ꝛ ad consolationẽ populi fortius iclamabat. Sperate in dño, ppe est iustus meus/ egressus est saluator meus nõ elongabit salus mea: ꝛ non ĩmorabitur vltra horam. Et in psona dñi. Dabo in syon salutare meũ: ꝛ in hierusalẽ gloriã meã. Hieremias etiam de lacu miserie: ꝛ de neruo clamabat. Ecce dies venĩt/ ꝛ suscitabit dñs dauid semen iustum: nouũ faciet sup terrã mulier circũdabit virũ. Iohel etiã in vocẽ clamoris et exultationis erumpẽs. Filie syon exultate inquit et letamini: q̃ dedit vobis dñs doctorẽ iusticie. Micheas nichilominus cũ cordis exultatione: ꝛ vocis exaltatione dicebat. Veniet dñs ꝛ egressus eiꝰ a diebus eternitatis. Si vellemus deducere in mediũ diuersas voces: diuersa oracula ꝛ oĩones, pphaꝝ lamẽtabili desiderio ꝛ deuotione clamosas: pius deficerẽt narrãdi tẽpora, q̃ narrãdi materia. Porro vnũ est necessariũ. Si volumus q̃ xpi adueũtus sit nobis ad remediũ, preparemus nos in eius aduentũ. Sicut ppha nos in psona isr̃l docet. Paratus (inquit) esto israel in occursum dñi qm̃ venit. Et vos fratres estote parati: q̃ qua hora nõ putatis filiꝰ hois veniet. Primus aduentus iam preterijt. Xps eĩ inter hoies visus est: ꝛ cũ hoibus cõuersatus est. Xps venit vt legẽ in se, p nobis impleret: ꝛ q̃ (iuxta apli) testamentũ in morte ꝓsummaret: ipse testamentũ nre redẽptionis in cruce voce spũ ꝛ ope ꝓsummauit. In scõ aduẽtu sumus: si tũ tales sumus vt ad nos venire dignet: securi q̃ si eũ diligimꝰ ad nos veniet/ ac nobiscũ morã faciet. Iste aduẽtus nobis incertꝰ est. Quis eĩ nouit q̃ in deo sunt: nisi spũs dei? Rouerũt q̃ in extasi celestiũ desiderio raptunt, qm̃ veniat: nesciũt tũ vnde veniat aut q̃ vadat/ sicut iob dicẽ. Si venerit ad me nõ

videbo eum: et si abierit non intelligam eum. De tertio aduentu certissimũ est q̃ veniet: incertissimũ tũ q̃n veniet. Et q̃d est certius morte? nil tũ incertius hora mortis. Sapiẽs dicit: cũ dixerit pax ꝛ securitas: tunc repẽtinus supueniet interitꝰ ꝛ dolor: sicut in vtero habẽtis ꝛ nõ effugiẽt. Nõne illi hoi euãgelico aduẽtꝰ dñi terribilis iminebat: cui a dño dictũ est Stulte in hac nocte repetẽt animã tuã a te. Que pparasti cuiꝰ erũt? In hac vita de hoc solo securi esse possumꝰ: q̃ securi nõ sumus. Dũ eĩ sani sumus/ modo pspera blãditur/ modo aduersis affligimur/ modo sumus/ mõ nõ sumꝰ. mors eĩ nec etati nec sexui pcit. Quicq̃d ꝓgramꝰ/ dicimꝰ/ cogitamꝰ aut facimꝰ: totũ ad nichilũ aduenĩet tanq̃ q̃ decurrẽs. Qui g̃ verꝰ israel est, pficiscat in occursu dñi: qm̃ vẽit. Paratos nos eẽ oportet vt pueniamꝰ potꝰ morte: q̃ pueniamur a morte Ille prudẽter se pparat: q̃ ab iniq̃tatis cõtagio se seruat. Propha/ q̃ nõ poterat se seruare a morte saltẽ obsuabat se ab iniq̃tate. Obseruabo me ab iniquitate. Dq̃ beatꝰ est q̃ secure põt dicere: paratũ cor meũ deꝰ, paratũ cor meũ. Et illud. Paratꝰ sum ꝛ nõ sum turbatus. Iste de pmo aduẽtu pcipit fructũ gre: de scõ aduẽtu pcepturus fructũ salutis ꝛ glie. Primus accessorius est ad scõs. Scõs preparatorius ad extremũ. Primus aduentus fuit occultꝰ ꝛ humilis. Scõs est secretꝰ ꝛ amabilis. Tertius erit manifestus et terribilis. In pmo eĩ venit ad nos: vt in scõo veniret in nos. In scõo venit in nos, ne in tertio veniret ꝗ nos. In pmo aduẽtu fecit miam. In scõo dat grãm. In tertio dabit gloriã: q̃ grãz ꝛ gloriã dabit dñs. In pmo apparuit cõtẽptibilis ꝛ vilis, ꝛ fragilis: nã herodes eũ spreuit: iudeus expuit/ gẽtilis occidit. De scõo apls loquẽs. Speculãtes (inquit) gloriã dñi in eandẽ imaginẽ trãsformamur a gloria in gloriã tanq̃ a dñi spũ. In pmo iudicatꝰ iniuste. In scõo p grãm nos iustificat, iuste iudicaturꝰ in vltimo. Agnus in pmo, leo erit i vltimo. Amicus in medio. De pmo p ysaiã dicit Tacui ꝛ nõ aperui os meũ. De vltimo dicit: q̃ parturiens loquet. De scõo, ꝛ ad eũ veniemus, ꝛ mãsionẽ apud eũ faciemꝰ. Qui pmo venit mãsuetꝰ ꝛ mitis: veniet iudex tremẽdus ꝛ terribilis. Qui venit in spũ humilitatis: veniet in spũ iudicij ꝛ spũ ardoris. Periculosum est fratres iciẽre in manꝰ dei viuẽtis. nã sicut fluit cera a facie ignis: sic peribũt pctõres a facie dei. Ignis eoꝝ non extinguet: et vermis eoꝝ nõ deficiet. Mors eĩ eoꝝ non morietur: q̃ ad hoc solũmodo viuẽt vt eternaliter crucient. Iusti autẽ epulabunt in ꝓspectu dei: ꝛ delectabunt in multitudine pacis, habẽtes (testimonio ysaie) coronã p cinere: oleũ gaudij pro luctu: pallũ laudis p spũ meroris. Reddet eĩ dñs sanctis mercedẽ laboꝝ suoꝝ: impios autẽ dãnabit sentẽtia babilonis. Qtum (inquit) exaltauit se in delitijs: tantũ date ei tormẽta ꝛ luctũ. De hoc aduẽtu ipe dicẽ. Ecce venio cito: ꝛ merces mea mecũ est reddere vnicuq̃ ꝓm opa sua. Ipse non ꝓm opa nr̃a q̃ fecimꝰ nos: sz ꝓm magnã miam suã saluos nos faciat/ xps iesus quẽ saluatorẽ suscepimus, ꝛ quẽ iudicẽ expectamus: cui est honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quartus.

SAlue crux pciosa suscipe discipulũ eius q̃ pedẽdit in te magꝰ me⁹ xps. Homo vanitati similis est: Ideoq̃ appetit vanitates ꝛ ĩsanias falsas. Vñ ꝛ ex quadã depauatione nature i reprobũ sensum datꝰ terrena ꝛ celestia vilipẽdit/ atq̃ oblectamẽta corporis sequ⁹, pditionis eterne laqueis se inuoluit. Vñ ergo hoꝰ infelici ꝛ venundato sub pctõ vt possit erigere caput: carnẽq̃ reprimere ꝛ fluctib⁹ maris in corde suo grauiter estuãtib⁹ imperare? Nõ est hoc hois: sed illius qui opat̃ in nobis ꝛ velle ꝛ pficere pro bona volũtate. Sane andreas homo erat iste nobis passibilis. Ipse autẽ quasi sue cõditionis oblitꝰ summope predicabat suauitatẽ ꝛ dulcedinẽ crucis, xpiq̃ devotissimꝰ emulator: ita in xpo crucẽ xpi amabat, vt omniũ suoꝝ desideriorum ꝛ affectũ summã poneret in dolorib⁹ ꝛ tormẽtis. Vehemẽter erat in eo accẽsus ignis quẽ venit dñs mittere in terrã: adeo vt i supplicijs exultaret/ atq̃ tormentũ dãnatissime mortis sibi ad cumulũ summe locũditatis ascriberet. Adichi q̃dẽ misero ꝛ infirmo videt terribile ꝛ horrendum in tã horribili furca, aut crucis patibulo q̃rere: aut q̃sitas inuenire delitias. Quis querit in tormentis quietẽ/ in morte vitã/ sanitatẽ in morbis/ i dolorib⁹ voluptatẽ? Andreas vero p nimio ardore fidei ꝛ amoris crucẽ salutat, ꝛ dicit: Securꝰ ꝛ gaudẽs venio ad te. Andreas precipuã reputat voluptatẽ, si dimittat̃ in patibulo donec in eo cõsummet̃: ꝛ q̃d omnẽ fortitudinẽ facultatis hũane transcẽdit, q̃si iam a corpore peregrinãs cruciatũ in cruce nõ sentit. Sic eĩ xpm diligit, sic eiꝰ affectat cõsortiũ: vt longũ ei videat̃ q̃ non accelerat̃ patibulũ, q̃ iam nõ pendet, q̃ mors nõ ingeritur, q̃ protrahit vita, q̃ pena differt̃. Eius itaq̃ passioni iã potius nos cõgaudere, q̃ cõpati decet. Quare eĩ eĩ patiẽti nõ cõgaudeamꝰ, q̃ cõuertit in gaudiũ passionẽ? O lignũ bñdictũ. O lignũ fructiferꝰ. O arbor pciosissima q̃ de precio mũdi q̃d in te tulisti, adhuc etiã in morte germinas pacatissimũ fructũ vite, oleũ leticie fundis: ꝛ eos q̃ lignũ vite apprehẽdunt facis iter crudelissime mortis angustias degustare pmitias suauitatis eterne. Crux q̃ olim istrumẽtũ dãnationis exq̃site et vilissime mortis extiterat: hodie amatorib⁹ suis, p morte vitã/ p timore securitatẽ/ p pfusione gloriã recõpensat. Vere q̃d stultũ est dei sapiẽtius est hoibus Mã cũ sapiẽtia hũana nõ inuenisset in cruce nisi amaritudinẽ mortis: turpitudinẽ ꝛ horrorẽ: petrꝰ ꝛ andreas mãna abscõditũ in cruce cõpererũt: ꝛ thesaurũ sũme voluptatis inuenerũt. Ipse pmogenitꝰ mortuoꝝ xps iesus istaꝝ crucis delitiaꝝ nõ inemoriã passus, iam sepultus, iã glorificatus, occurẽs petro vadit romã iterum crucifigi. Nonne sufficiebat semel satiatũ esse opprobriũ crucis: nisi adhuc esuriret ꝛ esuriendo appeteret crucem suis nobilioribus membris? Non miror si christus crucẽ dilexerit in q̃ exaltatus oĩa ad

se traxit: ad se dico ad diligendũ/ad imitandũ/ad cõ
municandũ. Per hanc illi homini data est oĩs pote-
stas in celo et in terra. Per hanc datũ est ei nomẽ qõ
est supra omne nomẽ. Per hanc fact⁹ est principatus
eius sup humerũ eius. Sed vnde hoc andree viro in-
firmo et fragili, q̃ ita gloriat in cruce, q̃ sic in tormen
tis exultat: ⁊ pre gaudio se nõ capit: Certe helyas ad
cõmationẽ vni⁹ mulierculeanimo cõsternat⁹: proij
cit se subter vmbrã iuniperi: ⁊ petit anime sue vt mo-
riatur. Sufficit (inquit) michi, tolle animã meã. Pau
lus apl's inter tentationũ angustias coartat⁹ clama-
re cõpellit: suumq̃ doloꝛẽ clamoꝛe testat. Infelix ego
homo: q̃s me liberabit a coꝛpoꝛe moꝛtis huius? Ille
iob cuius tolerãtia a deo solẽniter predicat: suã infir-
mitatẽ suũq̃ defectũ cõsiderans. Que est (inquit) foꝛ-
titudo meaꝛt sustineã? nõ est foꝛtitudo lapidũ foꝛtitu
do mea: nec caro mea enea est. Jonas etiã a facie dñi
fugiẽs ⁊ arefactione hedere cõturbat⁹: Irascoꝛ (inq̃t)
ad moꝛtẽ. Quid mirũ de iona? Ipse etiã xp̃s timuit.
Ecce plusq̃ ionas hic: id est xp̃s q̃ cepit tedere ⁊ tur-
bari vsq̃ ad moꝛtẽ. Xp̃s dicit: Aĩa mea turbata est.
Et pater si fieri possit trãseat a me calix iste. Andreas
clamat. Salue cruꝛ p̃ciosa securus ⁊ gaudẽs ad te ve
nio, suscipe discipulũ eius qui pepẽdit in te magister
me⁹ xp̃s. Nunq̃d magistro maioꝛ est discipulus aut
dño seruus? Nunq̃d trepidat princeps vbi miles est
ĩtrepidus ⁊ securus? Attẽdite fratres ineffabilẽ ⁊ in-
estimabilem abundantiã suauitatis/ ⁊ exuberãtiam
charitatis in christo. Compatitur medicus et coin-
firmatur ifirmo: infirmat gallina cũ pullis: ⁊ vt plenũ
fieret holocaustũ vt op⁹ misericoꝛdie cõsummate
impleret in xp̃o: sicut patiebat ꝓ nobis in carne: sic a ni-
me passiones voluit sustinere. Michi trepidat, michi
turbat, michi tedet, michi toti patit: cui toti cõpatit.
Ideoq̃ cõpatiẽnti patit vt trepidatio eius michi ver
tatur in foꝛtitudinẽ/tristiciã in leticiã/tediũ in alacri-
tatẽ/desolatio in cõsolationẽ/turbatio in quietẽ. Pa
titur seruus sibi prouidẽs, dño suo seruiens. Patitur
dñs se exinaniẽs: ⁊ seruo cõpatiens. Suscipe (inquit)
discipulũ eius qui pepẽdit in te. Ardẽtissime affectat
andreas ascẽdere crucẽ: vt intra eã mundũ ⁊ principẽ
mundi despiciat/vt inde quasi de eminentissima tur
re iaculatione inimici securus excipiat. Quid est eñ cruꝛ,
nisi specula syon, turris dauid, turris foꝛtitudinis a
facie inimici: Unde tanq̃ de alto ⁊ eminenti loco oĩs
inimici malicia confundatur: Altissimũ posuisti dñe
refugiũ tuum. Qui ascẽdit in speculam crucis, nil p̃si
ciet inimicus in eo: ⁊ filius iniq̃tatis nõ apponet no-
cere ei. Cornu crucis (inquit) ꝓpheta in manib⁹ eius:
cuius eius? nisi xp̃i, qui cornibus crucis vẽtilans ini-
micũ ⁊ debellãs aerias ptãtes dicebat. Ego vici mũ
dũ. Nõ amisit cruꝛ sue ptãtis officiũ vel effectũ. Ad-
huc exaltat cornua iusti: ⁊ cõfringit cornua peccatoꝛ.
Si crucifixum diligitis fratres: diligite crucẽ xp̃i cui
vos clauis humilitatis et obedientie affixistis. Tria
crucẽ amabilẽ faciunt/timoꝛ/spes/charitas. Timoꝛ
incipit, spes prouehit, charitas p̃ficit. nã plenitudo
legis est charitas. Qui incipit in timoꝛe: crucẽ xp̃i su-
stinet patiẽter. Qui proficit in spe: poꝛtat eam libẽter.
Qui cõsummat in charitate: eam amplectit ardẽter.
Iste cũ beato andrea dicere põt. Amatoꝛ tuus semp
fui ⁊ desideraui amplecti te: o bona cruꝛ. Cruꝛ i qua
tantã dulcedinẽ beatus Andreas inuenit: quibusdã
pditis amara et onerosa est. Eam eñ in angariã poꝛ
tãt miserabiliores oĩbus hoibus: quia de presenti
cruce ad eternos trãsituri sunt cruciatus: q̃ infatuati
sunt ⁊ in reprobũ sensum dati non p̃cipiunt dulcedi-
nem ligni vite. Animalis enim homo non p̃cipit ea q̃
sunt spũs dei. nã stultitia est ei: ⁊ nõ potest ĩtelligere.
Poꝛro si quis hoc lignũ in coꝛde suo tanq̃ fasciculũ
myrre humiliter ac deuote collegerit: habebit fructũ
refectionis, balsamũ suauitatis, oleũ vnctionis. Duo
ligna crucẽ faciunt. Exquo vidua duo hec ligna col-
legit/apud illam et suos, nec oleũ nec farina defecit.
Hec sunt illa duo ligna q̃bus sub moyse aque amaꝛe,
sub helyeser aque salse dulcoꝛate sunt. Et quid sal
tius, quid amarius lacrymis christi in suscitatiõe la
zari, in futura subuersiõe hierusalem: quid amarius aqua
illa q̃ de crucifixi latere emanauit. Ut minus sapiẽs
dixi iudicans ibi esse amaritudinẽ: vbi amoꝛis suma
ma, et gr̃e dulcedo, ⁊ incõprehensibilis benuolentie
plenitudo consistit. Quid eñ dulcius aut amabilius
aquis illis que de latere ⁊ oculis fluunt, quasi de fon
tibus saluatoꝛis? He sunt aque in ezechiele qui sana
uit aquas moꝛtui maris: duricia lapidũ scidit hec aq̃.
Unde plusq̃ lapideus est: cuius coꝛ deuotione et cõ
passione non scindit ad memoriã crucis xp̃i. In cruce
posuit dñs mysteriũ recõciliationis/ eam prius in
se/postea in apl'is ⁊ martyribus cõmendauit. Hanc
nobis ꝓposuit misericoꝛdie propiciatoꝛiũ: virtutum
ascensoꝛiũ, ⁊ scalam per virtutes ad ie[illegible]ditatẽ cele
stiũ gaudioꝛũ. Quã nobis prestare dign[illegible]tur Qui cũ
patre et spiritu. s. viuit ⁊ regnat deus. Per oĩa secula
seculoꝛ. Amen.

¶Sermo quintus.

Uer nat⁹ est nobis ⁊ filius dat⁹ est nobis. Nõ
miremini frẽs si xp̃s p ysaiam pueri noie desi
gnet. Nã ⁊ pat de ipso loquẽs. Dic est (inq̃t)
puer me⁹ quẽ elegi. Quare nõ dicet puer q̃ defect⁹ et
miseriis puerilis impotẽtie sua bonitate, ⁊ nr̃a neces
sitate suscepit? Puer (inquit, ꝓpheta) natus est nobis
Ille qui paruulũ coꝛã discipulis statuẽs puerilẽ in eo
innocentiã cõmẽdauit. Maluit puer apparere ama
bilis q̃ terribilis/volẽs, puocare amoꝛẽ, nõ inferre ti-
moꝛẽ. Et nãq̃ gratioꝛ est filialis affectio, q̃ seruilis/
volũtaria q̃ coacta, Si volum⁹ vt reformet ⁊ cõfigu-
ret nos sibi: configuremur infanti vt simus q̃si modo
geniti infantes, humiles, ratiõabiles sine dolo. Ne-
mo ingressurus est regnũ eius: nisi hũiliauerit se sicut
paruulus iste. Ego (inq̃t) suꝛ ostiũ: p me si q̃s itroierit
saluabit. Ue illis q̃ non hũiliant q̃ supbe elatiõis gi-
gantẽã magnitudinẽ nõ deponũt: ꝓpter̃ea cõquassabit
dñs capita multoꝛ. Jõ humiliemur sub potẽti manu

eius. Maxime dũ puer est: vtamur beneficio pueri-
tie eius. Puer Iesus raro iraſcit: iratus ꝛ̃o de leui pla
catur. Queramus ⁊ cõseruemus nobis gr̃am pueri: ⁊
nõ timebimus in futuro irã et furoꝛẽ iudicis ⁊ terribi-
lis ⁊ tremẽdi. Puer natus est nobis de iudeis: natus
nobis nõ eis nat⁹ est. Ideo autẽ nobis natus: vt q̃ dã
nabiliter nati fueramus, ꝓ eum feliciter renascamur.
Nã quotquot receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios
dei fieri ꝓ gr̃am. Qua mediãte (teste apl'o) stamus et
gloriamur in spe gloꝛie filioꝛ dei. Ille q̃ doceꝛ hoiem
scientiã, qui liguas angeloꝛ erudit ⁊ ifoꝛmat, dei ver
bũ, ⁊ dei virtus, ⁊ dei sapiẽtia, infantiã simplicẽ ⁊ elin
guẽ elegit. Parũ erat ei q̃ esset minoꝛat⁹ ab angelis:
nisi minoꝛ etiã fieret hoibus: et vt nos reformaret ad
gloriã immoꝛtalitatis non solũ moꝛtali coꝛpoꝛi: fz fra
gili ⁊ ifantili se conformat etati. Uidete fratres dñm
imẽsum/redẽptionẽ iustoꝛ/ruinã supboꝛ/iudiciũ im
pioꝛ/infantulũ tenerũ et infirmũ. Puer nat⁹ est no-
bis. Non sufficeret esse natũ: nisi ⁊ datus esset. In eo
qõ datus est nobis: etiã oĩa cum eo data sunt nobis,
sicut apl's dicit. Pater q̃ eũ donauit: quomõ etiã oĩa
nõ donauit nobis cũ eo. Hic est puer qui (iuxta verbũ
ysaie) anteq̃ sciret vocare patrẽ aufereet foꝛtitudo da
masci et spolia samarie. Hic est puer de q̃ ecclĩastes
ait. Melioꝛ est puer paup ⁊ sapiẽs rege sene ⁊ stulto,
q̃ nescit sibi ꝓuidere ꝓsterũ. Christ⁹ puer paup est:
Paupauit eñ se, vt nos ditaret: exinaniuit se, vt nos
impleret. Ideo eñ vt oleũ effusum est nomẽ eius: vt
de effusa ei⁹ plenitudine oĩs acciperem⁹. Et que ma-
loꝛ exinanitio q̃ vt splẽdoꝛ gloꝛie: figura substãtie: dei
imago: diuine maiestatis vnigenit⁹ dei apperet in ser
uili forma: nõ habens speciẽ neq̃ decoꝛẽ. Magna et
plusq̃ magna exinanitio est q̃ infantuat sapientiã: in-
firmat virtutẽ: humiliat maiestatẽ: et tã in natiuitate
q̃ in passione reddit oĩno abiectũ ⁊ vilẽ. Iste tamen
puer adeo vilis ⁊ pauper: incõparabiliter melioꝛ est
rege sene ⁊ stulto. Quis est iste rex senex ⁊ stultus: nisi
hostis antiquus inueterat⁹ dierũ maloꝛ? Ipse est rex
sup oĩs filios supbie, q̃ sibi vsurpãs solũ in lateribus
aq̃lonis/sibi ꝛ suis male, puidit ĩ posterũ. Hunc de-
bellauit hic puer paup ⁊ sapiẽs: quẽ apl's dei virtutẽ
et dei sapientiã vocãs. Traduxit (inquit) principatus
et potestates cõfidenter: palã triumphans eos in se
metipso. Hunc in pueritia magnus herodes ad moꝛ
tẽ q̃siuit: hũc in adulta etate scõs herodes sibi oblatũ
spꝛeuit. Ad vocẽ istius q̃ in cunabulis vagit tremunt
angelice ptãtes. Hinc ysaias ⁊ oĩs ꝓphete ꝓhibẽtes
testimoniũ clamãt. hic est de⁹ noster: ⁊ non estimabit
alius ab eo. hic est deus nr̃ ineternũ ⁊ in seculũ secu-
li: ipse reget nos i secula. Oĩs reges adorabũt paruu-
lũ nr̃m. Oĩs gẽtes seruiẽt ei: oĩne regnũ q̃ nõ seruiet
ei peribit. Querunt aliq̃ magis curiose q̃ studiose, q̃
necessitas fuit q̃ xp̃s nr̃e miserie necessitates assum-
pserit: nõ attendẽtes ieffabile sacramentũ dispẽsatio-
nis in xp̃o: sine q̃ nec decuit nos saluari. Et vt talibus
recisioꝛe ꝛ̃bo respondeã: deus ideo fact⁹ est homo: vt
homo fieret de⁹: vt is cui quondã dictũ est, terra es: ⁊
in terrã ibis: ãmodo audiat, celũ es: et in celũ ibis. O
admirabile cõmerciũ: accepit humanitatẽ vt cõferret
deitatẽ: accepit miseriã/vt daret gloriã. Apparuit q̃
benignitas ⁊ humanitas saluatoꝛis nr̃i dei: apparuit
nobis hũanitas, q̃ non eramus digni vt apperet no-
bis diuinitas. Et q̃ cũ patre idẽ erat ꝓ ineffabilẽ vni-
tatẽ: vnũ cum hoie fact⁹ est ꝓ incogitabilẽ vnitatẽ. Ut
ergo hõ assumeret in deũ: suscepit hoiez susceptoꝛ nr̃
deus iacob: q̃ dñi est assumptio nr̃a, ⁊ sancti israel regꝛ
nr̃i. Sic de nr̃a miseria remediũ nr̃e miserie cogitauit
Nã sicut quodã artificio charitatis celestis diuitias ⁊
indigentias nr̃as, ita beatitudinẽ suã ⁊ nr̃ã miseriã
tẽperauit in se de⁹ ⁊ homo simul in vnũ diues ⁊ pau-
per: vt operãte ineffabili sacramẽto dispẽsatiõis bea-
titudo miseriã absoꝛbeat, vita moꝛtẽ deglutiat: ⁊ tot⁹
homo bẽficio resurrectiõis ĩ gloriã vite celestis assur
gat. Ille qui dixit celũ ⁊ terrã ego implebo/i vteroꝛi
ginali totus, in pãniculis tot⁹ claudit in p̃sepio. Erat
lux vera, ideoq̃ vt illuminet tenebras nr̃as, in nocte
nascitur et in miseriis: vt sit natiuitatis sue illumiãtio
in delitiis nostris. De nocte nascit custos israel. Sa-
maritanus noster qui interpretatur custos: cui ꝓpheta
olim clamauerat: custos qui de nocte: custos q̃ de
nocte. Et attende diligenter: q̃ altissimus altissimi fi-
lius, qui tẽpoꝛa habet in sua potestate: tẽpus sue na-
tiuitatis elegit: qõ molestius esse poterat paruulo tene
ro ⁊ filio pauperis mulieris que vix haberet pãniculos vñ puer posset iuuari. Sz ipse est paruulus, ille de
quo ysaias prediꝛerat/q̃ reꝑobaret malũ: ⁊ eligeret
bonũ: cõfundẽs in hoc mũdi iudiciũ ⁊ prudentiã car
nis que inimica est deo. Ipse est qui dicit malũ bonũ:
et bonũ malũ, amplectẽs voluptates huius seculi: et
in eis reputans summũ bonũ. Poꝛro paruulus no-
ster ab ipso sue natiuitatis exordio in frigoꝛe ⁊ nudi-
tate, in diuersoꝛio, in p̃sepio, vite asperitatẽ vilitatẽ ⁊
abiectionẽ omnẽq̃ foꝛmam humilitatis ⁊ religionis
p̃mitiare ⁊ conseruare dignatus est in seipo. Ille qui
est terribilis apud reges terre, inuisibilis ⁊ iaccessibi-
lis: ⁊ in splẽdoꝛibus sanctoꝛ amict⁹ lumine sicut ve-
stimẽto/dei virtus et dei sapiẽtia. Ideo paruulus na
scit vt nos magnificet. Ideo in diuersoꝛio vt sciamus
nos esse peregrinos et hospites sup terrã. Ideo i p̃se-
pio reclinat: vt et⁹ exẽplo nouissimũ locũ eligere do-
ceamur. Ideo lacte pascitur ⁊ pannis inuoluit: vt ha
bẽtes alimenta ⁊ q̃bus tegamur his contenti simus.
Pauper ⁊ panoꝛus esse voluit: vt paupes ⁊ panoꝛos
reciperet in participiũ et hereditatẽ gloꝛie sui regni.
Audite celi ⁊ auribus p̃cipe terra, q̃tum magnificaꝛ
uerit dñs misericoꝛdiã suam nobiscũ: omni potẽs ser
mo, ꝓ nobis a regalibus sedibus descẽdit in stabulũ
Uerbũ qõ erat spũs factũ est caro. verbũ qõ erat iuisi
bile, factũ est visibile ⁊ tractabile. Unde et quidã di
cere potuerũt. et man⁹ nr̃e tractauerũt de verbo vite,
factum est gustabile et odoꝛabile et audibile: vt sicut
moꝛs infecerat et coꝛuperat omnes sensus in nobis:

Ita xps vita nra oes sent⁹ nos reformaret oia in nobis. Panis inuoluit: nec sicut vetus adã nouus adã pellibus opibus. Video iesum sacerdotẽ magnũ sordidis vestib⁹ vestitũ: sicut zacharias predixerat. Vñ angel⁹ ad pastores loquẽs: dedit in pãnis significationẽ. Et hoc (inquit) vobis signũ: inuenietis puerũ pannis inuolutũ. Panni tui iesu a tẽpore infantie positi sunt in signum: sed in signũ cui contradicebant ⁊ assidue contradicitur. Cum petrus apostolus dicat nõ in veste preciosa/cũ helyas et iohãnes de vestiũ asperitate laudẽtur: et testimonio illius qui iacet in presepio hi qui in domibus regum sunt mollibus vestiuntur: tũ adhuc a plerisq; vestimẽta mollia ⁊ delicata q̃rũtur. Nunq̃d in solis vestibus ꝓtradicimus christo? Sane ex alijs pluribus causis posit⁹ est in ruinã ⁊ resurrectionẽ multoꝝ: ⁊ in signũ cui cõtradicetur. Nonne cõtradicimus ei fere in oib⁹? Appetebat ei humilitatẽ/nos sublimitatẽ: appetebat misertã/nos gloriã. Cibus eius erat facere voluntatem patris sui: cibus noster est facere desideria carnis nostre. Per ruinam patri erat obediens: quidã iugum obedientie detractãtes singulis fere horis rumpũt vinculũ sui voti, regulam claustri, legẽ silẽtij. Silebat puer iesus, silebat sermo oipotens verbum altissimi: ⁊ poterat dicere non est sermo in lingua mea. Josue silebat vt virtutẽ silentij cõmẽdaret in nobis. Quidã sepe invnũ ꝓueniẽtes ⁊ rũpentes silẽtiũ: cũ de lege dei ⁊ salutis sue negocio loqui deberẽt narrãt fabulas ⁊ figmẽta rumoꝝ. Narrauerunt (inquit) fabulãtes: sed non vt lex tua. Sciãt quia sine salutis dispẽdio diu loqui nõ possunt: nã in multiloquio non deerit pctũ/teste scriptura. In manu lingue est vita ⁊ mors. Euolat verbũ leue impronidum ⁊ incautũ. Illud tũ tam leue verbũ facit te homicidã: dum vulneratũ in fratre tuo perimit charitatẽ. Grauissime iesus est frater tuus: ⁊ tu ꝓpter vilitatẽ et leuitatẽ verbi forte non reputas. Et quid est vilius musca moriẽti? Illa tamẽ vnguentũ suauitatis exterminat. Vide quomodo te inuitat ad obedientie humilitatẽ: qui cũ esset filius dei fabro ⁊ femine obediẽs erat. Et erat (inquit euangelista) subdit⁹ illis. Attende diligenter vniuersa q̃ in xpi charitate concurrũt: ⁊ nisi pertinaciter volueris ꝓtradicere/videbis in oibus signũ ⁊ formã obedientie/exẽplũ hũilitatis/legẽ vite ⁊ disciplinę. Apl's diĉ de xpo: qr fact⁹ est nobis a deo iusticia ⁊ sanctificatio ⁊ redẽptio. Et iã flores iusticie et scrificationis apparẽt in eo. Jam cõplet in xpo qõ de aplis suis erat qñq; dicturus. Ego p eis scrificaui meipm. Proculdubio iã efflorult sup ipm scrificationis: qr nobis regulã scritatis vbiq; pscribit saluatoris ifantia. Diligamus hũc fratres: qr natus ⁊ dat⁹ est nobis a quo omne datũ optimũ: ⁊ oẽ donũ pfectũ est. Ipse est dilect⁹ ⁊ vnigenitus pris de q̃ dicit: hic est filius me⁹ dilectus i quo michi cõplacui. Et ipse de pre dicit ego q̃ placita sunt et facio semp. Quicũq; hunc nõ dilexerit/ meli⁹ esset ei si nat⁹ non fuisset homo ille maxie cũ apl's dicat: Qui nõ diligit dũm nrm iesum christũ sit anathema maranatha. Obligamus eũ q̃ dilexit nos: ⁊ lauit nos in sanguie suo: q̃ in sua dilectione ⁊ bũdictione preuenit nos iesus christus: cui sit benedictio in secula seculoꝝ. Amen.

Vt sole posuit tabernaculũ suum: ⁊ ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. A diebus eternitatis latuerat: ⁊ absconditũ fuerat verbum patris. Sicut scriptũ est posuit tenebras latibulum suũ. Et alius ꝓpheta dicit, vere de⁹ abscõditus tu es rex israel saluator. Et illud alterius ꝓphẽ. Brachium dñi cui reuelatũ est? Venit enim de monte cõdenso ⁊ vmbroso. Nã sacramentũ hoc (sicut apls dicit) nõ est a generationibus. Ideo antiquis patribus videbat q̃ nimis esset christus elongat⁹ ab eis. Vñ cũ ysaias de verbi incarnatiõe loqtur Verbũ (inquit) veniet de lõginquo. Et hoc est qõ inuenies. quo igitur auditor sermonũ meorũ videbo eum: sed nõ modo. Intuebor eũ: sed non ꝓpe. Cõclusserat dñs oia sub pctõ: vt omniũ misereret. Oẽs peccauerãt/ ⁊ egebãt gra dei. Ideoq; erat elõgat⁹ ab eis: qr lõge a pctoribus salus. Sed egressus est ver⁹ ysaac noster vt meditaret in agro sicut ipse dicit. Exiui a patre ⁊ veni in mũdũ/ex vtero pris ante luciferũ genit⁹ venit in vterũ virginis matris, a summo equidẽ celo egressio ei⁹. Et testimonio michee, ꝓphẽ. Egressio ei⁹ ab initio a dieb⁹ eternitatis. De illius egressu ⁊ regressu euãgelista testimoniũ ferẽs: a deo (inq̃t) venit: ⁊ ad deũ vadit. Egredit ysaac i agro vt meditet. Quis est iste ager nisi vterus vrginis q̃ pducit germẽ dñi in magnificẽtia ⁊ gloria? Hic est ager cui bñbixit dñs: et de q̃ scriptum est/ pulchritudo agri mecũ est. Et q̃d cogitat dñs. Cogitaui (iquit) cogitationes pacis: hic est verus ioseph q̃ mittit a pre vt videat fratres suos ⁊ pecora. Nõne missus est q̃ dicit. Spus dñi sup me eo q̃ vnxerit me, ad euãgelizãdũ pauperib⁹ misit me. Ipse est q̃ dicit dñs misit me ⁊ spus ei⁹. Missus est ioseph ad fratres suos: ffes xpi oes sunt q̃ xpi fidẽ recipiunt. Quotq̃t eñ (inquit) receperũt eũ, dedit eis ptãtem filios dei fieri his q̃ credũt in noie ei⁹. Si filij dei sunt: ergo ⁊ ffes xpi. Heredes q̃dẽ dei: coheredes autẽ xpi Vt sit ipse pmogenitus in multis fratrib⁹, hũc fratrẽ dedit nobis bũdicta xgo. De ꝗ fratre dicit Salomon Quis michi det te fratrẽ meũ sugẽtem vbera matris mee? Non solũ fratres: sed ⁊ pecora visitat ioseph nr. hoies eñ ⁊ iumẽta saluabit dñs. Ipse est q̃ dicit: Ego visitabo oues meas: sicut pastor visitat gregẽ suũ. Videte fratres rotã in rota: aliã in alia. Attẽdite quõ mutuis vultib⁹ duo cherubin sese respiciunt. Pastores erãt ad quos figuratiu⁹ ioseph mittebat: ⁊ hodie noster verus ioseph, noster iesus pastorib⁹ reuelat. Iesus dico nõ ioseph: saluator nõ somniator: dñator celi nõ egypti. Exquo semel noiat⁹ est iesus nõ curo audire ioseph: ⁊ i fastidiũ michi veniũt oia noia vetustatis. Dulcissime sapit nomẽ iesu, nomẽ nouũ, nomẽ illius q̃ dicit: ecce noua facio oia. Illud nomẽ necessitatis est qõ rachel imposuit hoc est nomẽ nouũ: qõ os

psal. xd.

dñi noiauit. Supuenerũt noua: ⁊ iõ vetera trãsierunt. Vetustissima veteꝝ (dicit dñs p moysen) comedetis et supuenientibus nouis vetera proijcietis. Et q̃ sunt vetera, q̃ vetustissima, vel q̃ noua? Tu dñe doce nos qui doces hoiem scientiã: tu cognouisti oia nouissima ⁊ antiqua. Vetustissima credo esse, q̃ in pricipio erat xbũ: q̃ xps genit⁹ est a pre: q̃ patri coeq̃lis coeternus et ꝓsubstãtialis. Vetustissima etiã sunt q̃ erãt ante legẽ sicut oblatio panis ⁊ vini facta a melchisedech. Vetera sunt rit⁹ sacrificioꝝ/cerimoniaꝝ obseruãtie/ ⁊ oracula ꝓphaꝝ. Noua sunt q̃ hoiem in vnitate psone sibi deus vniuit/ q̃ mulier i vtero suo virũ circũdedit/ q̃ vgo ꝓcepit ⁊ peperit. Nouũ (dicit hieremias) faciet dñs sup terrã: mulier circũdabit virũ. Proijciant ergo vetera, qr noua supuenerũt: cesset figura, qr veritas venit: cessent pmissa, qr facta est solutio pmissoꝝ. Erraueruṅt veteres in solitudine in inuio ⁊ in aquoso: sed testimonio ysaie vetus error abijt. Veritas ⁊ error simul esse nõ possunt. Abijt ergo error, qr veritas de terra orta est. Q̃ vetera transierunt apostolus testat. si qua inquit innouata in xpo facta creatura est, vetera transierũt: ⁊ ecce facta sunt ei oia noua. Comedamus vetustissima: vt qui adoramus paruulum in cunabulis: eundẽ credamus ⁊ adoremus patrẽ coeternum et coequalem, vniuersitatis creatorẽ ⁊ dñm maiestatis. Comedamus panes melchisedech, nã ipsi sunt vetustissimi ⁊ ideo suauissimi: ⁊ pijciam⁹ panes ꝓpositionis, qr sunt veteres: qr superuenit panis nouus qui de celo descendit. Nunc panẽ mulier euangelista de tribus saccis farine cõmiscuit. Beatissima ei virgo tres substãtias, diuinitatem scz/carnem/ ⁊ aiam vnitas in vnius hois psona concepit. Hec est tunica ioseph polimita/que naturarũ admirabilivarietate prefulgens talarius est: qr attingẽs a fine vsq; ad finem fortiter et suauiter oia disponẽs. Panis iste quẽ virgo confecit in clibano crucis cõfectus est: ⁊ in resurrectione diuisus. Sapientia eñ abscondita/et thesaurus inuisus/ et panis non diuisus aut fractus: q̃ vtilitas in his tribus? Sed fractus est panis/apertus est liber/conscissus est saccus: et spiritus christi descendẽs ad inferos tãq̃ inter mortuos liber eduxit vinctos de domo carceris sedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis. Caro vero moriens mortẽ perimit, et vita hominũ cum ea resurgit/ regenerata in spem vite p resurrectionem iesu xpi ex mortuis. Sic itaq; panis noster quotidianus ⁊ supersubstãtialis ex tribus saccis farine cõpactus est in cõceptiõe/coctus in passiõe/ fractus in resurrectione. Hic est panis subcinericius q̃ subuertit castra madiã. Benedictus deus in donis suis qui aiam in panẽ ⁊ aiam esurientẽ satiat bonis/panem ⁊ carnem dedit nobis dñs. Nam filius dei panis factus est: ⁊ xbũ caro factũ est. Habemus panẽ ⁊ carnẽ: panẽ, quem dat mũdo: carnẽ, quã qui comederit testimonio veritatis habet vitã eternã. Igitur edant pauperes ⁊ lerẽtur: et q̃ in sudore vultus sui comedebant panẽ doloris iam comedant panẽ vite ⁊ iocũditatis. Legitur qr tẽpore legis coru⁹ afferebat helye panes in mane: et carnes in vespere. Moyses etiã dicit: Mane comedetis panes: ⁊ vespere carnibus saturabimini. Nec equidẽ ciboꝝ dispẽsatio minus cõgrua videtur, ⁊ vere coquina est: nisi edant carnes sine panibus/ et panes sine carnibus. Si quid ad nos de panibus ⁊ carnibus illis est pijciat. Sunt eñ veteres obseruãtie ⁊ tam fetent. Si sale nostro fuissent cõdite/ nunq̃ fortitan putruissent. Nunc aũt sunt quedã raucide, quedã fetide. Panes etiã duri ⁊ mucidi: ita q̃ possent frangere dentem masticantis. Nõne mucidus ⁊ durus panis ille oculũ p oculo/dentẽ p dẽte? Nos aũt carnes agni nouelli comedam⁹: carnes agni immaculati, cui⁹ sanguis liberat israel de egypto q̃ predictus est in lege ⁊ ꝓphetis/ qui (testimonio iohãnis) tollit peccata mũdi. Hic est cui⁹ aduentũ desiderans ysaac Emitte (inquit) deus pater agnũ dñatorem terre de petra deserti. Desertũ est gẽtilitas que in suo erore obdurauerat: ⁊ ideo petra deserti. Sed conuertit dñs desertum in delitias: ⁊ solitudinẽ in ortũ dñi: qr de petra deserti emissus est agn⁹ dñator terre. Eos q̃ estis excisi de petra vultis videre petrã deserti? videte ruth moabitidem. Boos siquidẽ iudeus genuit obeth ex ruth gẽtili, patrẽ iesse patris dauid. Xps aũt filius dauid fm carnẽ. Xps q̃ qui veniebat querere qõ perierat: de fidelibus et infidelibus/de iustis ⁊ peccatoribus nasci voluit. Nam ⁊ ille agnus qui immolabat in lege iuxta editũ ĉonẽ. lxx. de oulb⁹ ⁊ capris assumebat. Sed reuertamur ad puerum quẽ dimisimus in cunabulis vagientẽ: eamus et videamus cũ pastoribus illuc festinãtibus hoc verbũ qõ factum est: quod dñs fecit ⁊ ostẽdit nobis. O infelices diuites huius mundi cũ habetis hic cõsolationẽ vestrã: vt in futuro sit vobis stridor dentũ ⁊ fletus recepturi p delicijs tormenta ⁊ luctũ. Ea hora qua xps nascebat/erãt multi diuites dormiẽtes: multi etiam lasciuiẽtes in delicatis ⁊ mollibus stratis. Sed qui in labore hominũ nõ sunt: non merent de angelica visitatione solaciũ. Erant fortasse vigilãtes/ ⁊ solliciti circa sapiẽtiam huius mũdi. Sed xps qui mundanã sapientiã infatuauit, ⁊ per stultitiã predicatiõis saluos facere voluit credẽtes/aspectũ angeloꝝ/ ⁊ cãticũ gloriẽ et laudis: atq; multiplicẽ sue natiuitatis gloriam nõ sapiẽtibus/nec philosophis: sed pastoribus hominibus rusticanis simplicibus ⁊ humilibus reuelauit. Confiteor tibi pater celi et terre: qr abscõdisti hec a sapientibus ⁊ prudẽtibus/et reuelasti ea paruulis. Fratres ⁊ si non sitis pastores/ illũ paruulũ tñ nostrũ quẽ multi reges ⁊ ꝓphete desiderauerũt videre hodie videbitis in ꝓsepio altaris repositũ: non in forma glie/ sed in pãniculis inuolutũ. Sicut aũt tempore suę natiuitatis erat illo operimẽto vera, sed abscõdita fortitudo eius: ita adhuc abscõdita est in sacramẽto maiestas ipsius. Erit autem quando apparebit nõ iam pannis opertus: sed amictus lumine sicut vestimento. sicut vnigenitus a patre: sicut rex in decore suo habens tabernaculum suũ in sole/ in splendoribus san-

ctorum/in lumine quod non deficit/in gloria que non transit. Quam nobis prestare dignetur paruulus noster qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. vij.

MAsculus cuius preputij caro circuncisa non fuerit, peribit aia illa de populo suo. Satis abbreuiatū fuerat verbū dñi super terrā, minorātū paulominus ab angelis. Adhuc tñ hodie de illa paruitate lex circuncisionis imminuit. Abscidit de carne quā acceperat xpus in forma hois vt sit in eo quasi signū latronis/ ⁊ cauterīū trāsgressoris. Quid est ei pedis/vel auris/ vel alterius membri abscisio: nisi manifestū indicium q̄ quis deprehēsus fuerit in delicto? O bone iesu/o sapiētia dei/o iustitia ⁊ sanctificatio nostra: nōne tu es in quo nō est inuentus dolus/nec inuenta est in corde tuo iniquitas/ nec inuentū est in ore tuo mēdacium? Nonne tu es verus deus de vero deo patre: nōne tu es innocens impollutus ex impolluta ⁊ virgine matre? Et tu quid facis benedictissima inter mulieres/que cōscia es virginitatis tue et illius innocētie? Quid facis ioseph q̄ per angelum cognouisti q̄ de spiritu sancto est q̄ concepit maria? Non oportet xpm qui sine peccato est signari cauterio peccatorū. Ipse est enī quem pater signauit ⁊ misit in mundū. Putatis quesoqos maria ⁊ ioseph q̄ p hoc signū fiat manifestior patre suo: immo certe si posset pater obliuisci filij sui/ aut illū ignorare q̄ est eius sapiētia/ aut si quid dubitatiōis posset in eū cadere in spectiōe huius signi q̄ solis peccatoribus cōuenit/ posset pater de filio dubitare. Eos queso qui puerum vultis circūcidere/cessate a talibus: nil queso abscidatur de carne illa, que tota debet inuisum nostre redēptionis: que tota seruanda est in plenitudine holocausti. Nam ⁊ si lex moysi dicat: aia cuius preputij caro circūcisa nō fuerit peribit de populo suo. Sententia que cōtra peccatū lata est/non facit eū sibi obnoxiū q̄ immunis est a peccato. Q̄ nō cōtrahit peccatum, pbat patris diuinitas/attestat matris integritas, q̄ pcm̄ nō fecerit ipsa etas/ ⁊ diuina natura ꝓfirmat. Sicut michi videt preproperе ⁊ premature o iudee festinas. Scriptum est enī. Nō coques hedum in lacte matris sue. Tu vero hedū adhuc lactantē qui futurus est hyrcus emissarius: doloris igne circūcidendo iā coquis. Q̄ enī circūcidēdo dolorem ingerat, pdant emor et sichem filius eius/et populus ciuitatis: quos quarto die quādo vulnerū dolor solet esse grauissimus: leui ⁊ symeon occiderunt. Dñe quid est homo q̄ reputas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū/ vt p homine iniquo tot ⁊ tanta sustineas. O q̄ta erat plaga iniquitatis nostre, p qua te oportuit tanta pati. Nōne poteras carnē tuam integram cōseruare/ ⁊ a circūcisione illesam: qui vterū matris tue conseruasti illesum ⁊ integrū: ⁊ postq̄ mortuus fueras corpus tuū cōseruasti penitus incorruptum? Porro duo notāda sunt in hoc opere fratres: q̄ sicut dñs maiestatis viro et femine obedienter ⁊ humiliter se subiecit: ita dñs legis q̄ venerat legē implere nō soluere: se legi subiicere nō abhorruit. Circūciditur ergo vt nobis sit forma humilitatis. Circūciditur etiā vt qui per triginta annos opaturus erat salutē in medio terre: iam ab ipsis cunalib⁹ negociū nostre salutis incipiat ab vberibus matris sue/degustans primitias passiōis. Ideo multipliciter sanguinem suum fudit ⁊ in infantia/ ⁊ in senectute, p nobis: q̄ matutino sacrificio decreuerat sibi peraddere vespertinum/ vt qui de sanguinibus nati erant, ⁊ innocentie stolam peccato polluerant: lauarēt stolam suā in sanguine agni. Circūciditur ergo caput ecclesie xpus iesus: non p se, sed pro mēbris. Sic enī frequenter nobis euenit/vt vni membro patienti per alterū medeamur. Dolēt latera; ⁊ de brachio sanguis extrahitur. Dolēt oculi/atq̄ humeri stupa et incisione torquentur. Sic ergo, p totius corporis nostri corruptela caput nostrū hodie cauteriatū est/ nec dedignatur signū accipere circūcisionis: qui positus est in signum cōtradictionis, in signū ad sagittam. Et sicut p nobis voluit circūcidi: sic p nobis decreuit flagellari, crucifigi, ⁊ mori. Hodie itaq̄ factus est sub lege qui legem fecit. Misit enī deus (dicit apostolus) filium suū in mundū/natum ex muliere/ factum sub lege. Ligaturā suscepit q̄ vulnus habuit: nec est opus sano medicina, sed male habētibus. Tu vero dñe, p iniustis venisti implere omnē iustitiam: plena iustitia est se subiicere minori. Hāc imples: qui cū esses octo dierum/legis obseruātie te subiicis: vt cum esses triginta annorū ad baptismū veniēs, serui tui manibus te supponis. Sufficiūt ea nobis dñe que dignatus es sustinere, p nobis. mutata sunt tēpora: mutenť queso p tempore sacramēta. Olim misisti abraham/postea moysen cū cultello circūcisionis: vt oues tuas et cauterīando signarent/ ⁊ signando curarēt. Veruntamen q̄ tu es dñe suauis ⁊ mitis: aufer obsecro durū ⁊ crudelem istū ⁊ lapideum cultrū circūcisionis. Populo enī dure ceruicis ⁊ lapideo/cultellus lapideus ⁊ duritia legis merito apposita est: nobis vero quibus carneū cor dare pollicitus es/ appone aquam regenerationis. Nōne tibi durū videtur q̄ in infantulo recēter nato ⁊ tenero tanta exerceat inhumanitas: vt cū venerit in vallem ploratiōnis ⁊ doloris: dolor super dolorem apponat? Aufer/aufer queso cultellū: et alium purgationis adhibe modū. Quare cum cultello raditur/ vel abscidit putredo vulneris originalis: cum p aquā baptismalē melius ⁊ suauius possit ablui/ ⁊ gratie vnctiōe sanari? Dñe non solum circūcisio, sed ⁊ sermo tuus sanctificat ad emundationē: de sermone tuo tuipse testimonium perhibes dicēs: Et vos (inquit) mūdi estis, ppter sermonē quem locutus sum vobis. De baptismo dicit apostolus tuus paulus. Absterſit deus corda nostra a cōscientia mala: ⁊ abluit corpora aqua mūda. Fratres non fraudauit nos dñs a desiderio cordis nostri: ⁊ qui prius per sermonē suū preceperat dicens: Omnis aia cuius preputij caro circūcisa non fuerit/peribit de populo suo, postmodum

per se dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto non habebit partem in regno celorū. Ipse tamen tanq̄ vtriusq̄ legis in se sacramenta suscepit: et vtraq̄ vnū faciens, vtrūq̄ parietem in se lapide angulari cōiunxit. Ipe vtrobiq̄ dedit benedictionē legislator, legem nō soluens sed adimplens: ⁊ in vtraq̄ lege nobis hereditatē benedictiōis acquirēs, cui sit bñdictior claritas: ⁊ gratiarū actio in secula seculorū. Amē.

¶ Sermo. viij.

ET vocatū est nomen eius q̄d vocatum est ab angelo priusq̄ in vtero conciperet. Lo quēdum est de noie isto: q̄ cum cetera oia ab hoibus imponant ad placitum: hoc est nomen q̄d os dñi nominauit. Nō est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluari. Scribat qui voluerit caracteres/noia barbara/nomina etiam que (sicut plerq̄ asserūt) noiare non licet. Nomen tuū iesu semp sit in corde, ⁊ ore meo: in memoria, ⁊ in lingua: quod nō minus est vtilitate, q̄ auctoritate. Loquit gabriel ad mariā: ⁊ vocabis (inquit) nomen eius iesum. Ad ioseph etiā dicit: ⁊ vocabis nomen eius iesum: atq̄ subiūgens causam et effectū nominis dicit Ipse enī saluū faciet populum suū a peccatis eorum. Pastoribus etiā loquēs Annūcio vobis gaudiū magnū: q̄ natus est hodie saluator qui est xpus dñs. Magne fiducie materia est nomen iesu: nomen tam desiderabile/tam amabile/tam dulce/tam salubre. Si diceretur Deus venit: nomen hoc terribile est apud reges terre: cōscius iniquitatis et malicie mee: ad terrorē huius nois fugerē a facie eius: sicut fugiebat adam ⁊ nō effugiebat. Ille qui respicit terrā ⁊ facit eā tremere/ qui tangit montes ⁊ fumigabūt/ qui aufert spiritū pncipum/ qui terribilis est apud reges terre/ michi et cōsimilibus quos accusat cōscientia/ quos iniquitas grauat/ importabilis et intolerabilis videret: nisi terrore sue maiestatis nō solum in forma hois, sed in salutaris noie temperasset. Quid iam igit timeamus? Venit iesus: venit saluator querere ⁊ saluare q̄d perierat. Venit nō vt iudicet, sed vt saluet: nō vt perimat, sed vt redimat. Sicut scriptum est. Venit filius hois non vt iudicet mūdū: sed vt saluet mundus p ipsum. Iesus itaq̄ est qui saluat: xpus qui sanat. Sanat enim oleo mie/ ⁊ cōputrescere facit iugum a facie olei: neq̄ sine salute est iesus/neq̄ sine vnctione est xpus. Gaudeant perditi, q̄ venit iesus querere ⁊ saluū facere q̄d perierat. respirent egroti, q̄ venit iesus q̄ sanat contritos corde vnctiōe mie sue. Utrūq̄ propheta breuiter cōprehendit dicēs: Sana me dñe et sanabor: saluum me fac et saluus ero: q̄ xpus est sanat/ q̄ iesus est saluat. Duo simul in xpo video: carnis circūcisionem/et nominis impositionē: in carnis circūcisione est filius abrae: in nois impositione filius dei ⁊ hoim saluator ostendit. Ante natiuitatē vocat eum angelus saluatorem: homo vero vocat eū saluatorē post natiuitatem: Nam q̄ angelos ab initio saluauerat/a tēpore incarnationis hominē saluat. habemus testimoniū salutis nostre angelum/ ⁊ hominē. In ore duorū testium stat omne verbū. Simul cōcurrūt circūcidi ⁊ nomen salutis accipere: vt circūdamur non carne, sed spiritu: xpi exēplo quibus ad formā viuendi prescripta est nobis xpi circūcisio. Iudeus circuncidit in vno dūtaxat corporis mēbro: in quo cōcupiscentie sedes est. Clerū tamen q̄ corrupti ⁊ abhominabiles facti sumus: atq̄ a planta pedis vsq̄ ad verticē non est in nobis sanitas: ex toto nos oportet corpore circūcidi. Xps purgatio nem peccatorū faciens: atq̄ triginta annis operans salutē in medio terre, pus in pozitiūcula modici membri circuncisus est: postea cū iam triginta esset annorū baptismo q̄ est secūda circūcisio ablutus est: tandē sacramentū tertie circūcisiōis expleuit toto corpore distētus in cruce. Iā nō circūcisus tñmodo, sz occisus.

¶ Sermo. ix.

OPertis thesauris suis obtulerūt dño aurū/ thus/ ⁊ mirrham. Beati sunt qui thesauros habent: de quibus possunt, pferre que offerātur dño. Sed nūquid soli diuites hut⁹ seculi thesauros habēt/ vt faciāt oblationem dño. Ecce peccatores ⁊ abūdantes in seculo obtinuerūt diuitias. Nūquid acceptiores sunt dño qui thesaurizant in terra? Quid faciēt ergo pauperes ⁊ pānosi discipuli xpi filij petri: quorū vox est/aurum ⁊ argentū nō est mecū. Porro paupertatē suam summas diuitias reputant: qui nil habētes et oia possidentes xpm nudū nudi securi sunt. Isti ⁊ sequaces eor licet mēdici ⁊ inopes essent/ licet opprobriū et abiectio plebis essent: erāt tñ honorati ⁊ diuites apud dñm ⁊ sanctos illius nā de illis apls dicit. Gratias ago deo meo q̄ in oibus diuites facti estis iustitia/ ⁊ in oi verbo/ ⁊ sanctitate: ita vt nil desit vobis in vlla gloria. Est q̄ gloriat et diuitē se reputat: diues etiā ab alijs reputat, ppter affluētiam substātie temporalis. Sed, ppheta subiungit ⁊ corrigit dicēs: Beatus populus cuius dñs deus eius. Angelus in apocalipsi loquitur ad eū q̄ confidebat in pecunie thesauris/ et arguendo reprobat diuitias ei⁹ dicēs: Tu dicis q̄ diues sum/ ⁊ nullius egeo: ⁊ tu miser es/ ⁊ miserabilis/ ⁊ pauper/ ⁊ nudus. Et q̄ queso miserior aut miserabilior est/ q̄ qui modo validus est: modo eger, modo viuit, modo mortī, modo psperatur, modo aduersa patit, modo est, modo non est. O diues paupertas/ o nuditas honorabilis/ que in celo inestimabiles thesauros abscōdis: de quibus potes incessanter capere/ ⁊ de his nichilominus abundāter offerre. Hic est thesaurus quē qui inuenit vadit ⁊ vēdit vniuersa que habet: q̄ ipsum eūt/ per hos thesauros illi decē israelite quos ysmael in articulo mortis cōcluserat/ homicide gladium euaserunt. Obtulerūt reges aurū/ thus/ et mirrham. Euāgelista aurum tāq̄ dignius thuri preponit ⁊ mirrhe. Thus vo mirrha excellentius. Pensata vero significatiōe munerū q̄tū ad pcessum virtutū ⁊ sanctorū operum: prio loco mirrha offertur: secūdo thus/ tertio aur. Per mirrham que amarissima est ⁊ medicinalis: atq̄ vermiū

mortificatiua, penitētia designat: cū quis in amaritudine aīe sue recogitat annos suos/et de peccatis suis amarissime dolet accusans se, et per cōfessionē dimittēs se aduersum eloquiū suū. Hic dño offert mirrhā: Mirrha vermes mortificat: et carnes a putrefactiōe cōseruat. Nōnevermis est libido blande ingrediens/ dulciter mordēs/suauiter transfodiens/ꝛ voluptuose occidēs: Vermis etiam est accidia cordis hōmis latēter quasi tinea rodendo cordū pens. Verbū eēm sapientis est. Ut vermis ligno: ita tristitia nocet cordi. Sed ꝛ mūdana desideria vermes sunt. Unde ꝛ testimonio salomonis. Desideria rodūt pigrū: nō est ociū sine desiderijs. Legitur qꝛ in desiderijs est oīs ociosus: vulgariter aūt scitur ꝛ dicit, qꝛ ociositas inimica est aīe. Vis videre virtutē et efficaciā mirrhe. Religiosus aliquis est qui nuper iugo regule se subiecit: huic mirrha siue mirrhe amaritudo, sunt ieiuniorum frequētia/ labor quotidianus/cibor tenuitas/somnus breuis/ cēsura silentij/austeritas discipline. De his oīnibus non mirrham. i. amaritudinē: sed mirrhe fasciculū sibi facit, p amore illius de quo spōsa in canticis dicit. Dilectus meus sicut fasciculus mirrhe inter vbera mea cōmorabit. Amara quidē sunt que sustinet: sed cōparatione illius amaritudinis quā habet de suorū peccatorū ꝛ excessuū recordatione ꝛ dolore dulcescūt. Sic amaritudinem colere amaritudo absinthij vel aloes purgat/ꝛ humores q̄ ex delicijs excreuerūt. Horror medicine abhominabilis/ꝛ vrētis cauterij dolor frequētissime sanat. Est mirrha incipientū/thus proficientium/ aurū est perfectorū. Qꝛ mirrha thus preueniat habes vbi dicitur Sicut virgula fumi ex aromatib⁹ mirrhe et thuris. Et illud Ibo michi ad montē mirrhe/et ad collē thuris. Utrobiq̄ thus sequit: et mirrha p̄cedit. Postq̄ quis per cōritionē et penitētiam de suis excessibus satisfecerit: deinceps de p̄cessu virtutū sollicitus postulat p̄seuerantiā: cumq̄ videat se de mortis laqueo liberatū, reliquū cogitat ōis diē festū agent: vbi et tūc offert thus: que quidem oblatio festiua est. Sciunt qui frequēter hec experiūtur quō deuote orationis oblatio solenniter in aīo letitiam faciat: dū sicut incēsum, sicut virgula fumi ex aromatibus in conspectū diuine maiestatis ascendūt: qui p̄us offerebat sacrificiū cordis contriti/ꝛ humiliati: iam offert thus deuotiōis. qui p̄ius cōpungebat, iam suo redemptori cōgratulans dicere potest. Cōuertisti planctū meū in gaudiū michi: et circūdedisti me letitia/vt cantē tibi gloria et nō compūgar. Sic reddit dño lugentibus syon (iuxta verbū esaye) coronā p cinere, oleū gaudij p luctu, pallium laudis p spiritu meroris. Tunc potest psallere et cantare Gaudens gaudebo in dño, et exultabit aīa mea in deo meo: qꝛ induit me vestimēto salutis, ꝛ indumēto iustitie circūdedit me. Aurū caritas est, que dū perfecta est nichil in se palloris habet: qꝛ timorem foras misit/vt iam sint posteriora eius nō in pallore auri, sed in fulgore auri purissimi. Nam et iohānes angelū qui ei loquebat, ad mamillas cinctū zona aurea vidit: qꝛ caritas temporaliū cogitationū fluxa restringit. Offert itaq̄ aurū: q̄ xp̄m ex toto corde diligit. Offert aurū: qui diuinitatē in xp̄o homine recognoscit. Sicut in canticis legit. Caput eius aurū optimū: caput eēm xp̄i deus: sed et aurū sapientia est. Unde ꝛ aurū xp̄o offert: qui xp̄m dei virtutē, ꝛ dei sapiētiam confitet. Magi (stella preluceēte ꝛ preducēte) venūt ab oriente ad illum verū orientem, cui nomen oriens. Perhibet testimoniū stella de sole, lumen de lumine: ꝛ reges in splēdore ortus tui splendorē eternū in tenebrosa ꝛ obscura infantuli pauptate cognoscūt Stella nō sicut stella, sed sicut rationalis creatura precedět, vbi subsistendū fuerat subsistit: ataq̄ radio quasi digito vbi paruulus iacebat ostendit. Gratias tibi deus q̄ dixisti de tenebris lumen splēdescere: ꝛ illuxisti cordibus nostris ad illuminationē scientie in faciē xp̄i iesu. Nō miremini si ducatū stelle sequerent, quorum cordibus stella ex iacob illuxerat/et lucifer ille q̄ nescit occasum. Bone iesu salus mea/ et mia mea/et pars mea ineternū: ēto gaudio exultāt hodie magi in tua hereditate celesti/in cōspectu patris tui/in splēdorib⁹ sctōr̄, dum te adorant in palatio celi/ in trono maiestatis: quasi vnigenitū a patre gloria et honore coronatū diademate patris tui: quē p̄ius vidērāt in bethleē/in diuersorio/in p̄sepio paruulū/ paupercu lum/vagiētē in cunis. Et intrātes domū ꝛc. O magi michi ad vos sermo est: de terra longinqua venistis vidēre regē regū/ꝛ dūm vniuersitatis: quid queso inuenistis: quid facitis: quē adoratis? Adoratis lactentē puerū filiū paupercule mulieris in tugurio vili/ꝛ vilibus pānis: Est ne deus cui exhibetis nūc honorem: Certe dūs in tēplo sancto suo, dūs in celo sedes eius ꝛ vos eū queritis in stabulo ꝛ in feno, quē proni adoratis. Quare aurū ꝛ species pretiosas offertis: Queritis regē regum: ergo rex est ipse: Ubi est aula regia: vbi frequētia curialis: vbi pompa magnatū: Nō video nisi stabulū/ꝛ p̄sepiū/ꝛ mariā cum ioseph. Regnū eius qō queritis nō est de hoc mūdo. Certe manifeste video q̄ infatuata est sapientia caldeorū: nam ꝛ isti caldei erāt. Sane insipiētes facti sunt viri sapientes: vt adorarent paruulū despicabilē tam in sua etate/q̄z in sua paupertate. Porro insipiētes facti sunt vt fierēt sapientes: qō tūc docebat eos spūs sanctus, postea predicauit apl's dicens: Qui vult esse sapiēs: fiat stultus vt sit sapiēs. Qꝛ ei p sapientiā mūdus dūm cognoscere nō poterat: placuit deo p stultitiā saluos facere credētes: nolite queso scādalizari o magi. Ille q̄ in cunabulis plorat, ipse est q̄ in celis tonat: ipse est cui oēs pphete testimoniū perhibēt: qꝛ ipse est dūs deus noster, ꝛ nō estimabit alius ab eo: ipse omnipotens ꝛ saluator. Oīnes dicūt: qm̄ hic est deus deus noster in eternū: et in seculū seculi ipse reget nos in secula. Sed quare illos moneo? Illi cōtra hierusalē veniūt sancto ducēte/stella ducēte in bethleem villā exiguā/villam paruulam, et inueniētes paruulū pannis inuolutum non abhorrent stabulum: sed procidunt et lactentem

venerant regē, ꝛ adorāt vt dūm. Et nos fratres adoremus et p̄cidamus ante deū: adoremus deū in spū ꝛ veritate. nam ꝛ ipse tales querit, q̄ adorent eū in spū et veritate. Venīāt nūc saltē veri adoratores: adoremus ꝛ ploremus cū eis coram dño q̄ fecit nos: qꝛ magna fecit nobiscū qui potens est ꝛ sanctū nomen eius cui sit honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. x.

Venit iesus a galilea in iordanē ad iohannē vt baptizaret ab eo. Venit sponsus ad paranimphū, ad vocē vbū, magister ad discipulum, dūs ad ministrū. Solent infirmi venire ad medicū: sed ecce noua faciens oia, innouat signa, immutat mirabilia, et p oia nobis exhibet summe humilitatis exēpla: fons a riuulo petit aquā: nam a mari exeūt flumina/ꝛ ad mare reuertunt vt iterum fluāt. Hic est fons cui testimoniū perhibet esayas: qꝛ fons de domo dauid egressus est in ablutionē peccatorū et menstruate. De hoc fonte nobis fontes mie emergunt aqua salētis in vitā eternā/ vt hauriamus aquas de fontibus saluatoris. Venit circuncisionis dūs et baptismi/vt q̄ se circūcidi dignatus fuerat: ad exhibitionem plene humilitatis sustineat baptizari. Sic (inquit) oportet nos implere oēm iustitiā: in iustitia designās humilitatē, q̄ est plenitudo iustitie. Venit ad aquas iordanis, nō vt aquis lauari indigeat q̄ mūdus est totus: non vt aquis lauet, sed et vt aquas lauet: ꝛ vt elemento vim mūdationis ac regenerationis per virtutē sui nōis/ꝛ ablutionem sui corporis potenter infundat. Cum aūt per spiritum regeneramur in spem vite: per baptismū contertit caput antiqui serpētis in aquis. Sed repullulat caput venenatū radix amaritudinis ꝛ peccati. Infelix ego homo semel baptismo ablutus sum: sed ꝛ vulnera p̄me trāsgressiōis ibi plene abluta ꝛ sanata sunt. Verū qꝛ primā fidē irritam fecit: putruerūt cicatrices mee a facie insipiētie mee. Ideo ad meipsum aīa mea conturbata est/ꝛ in amaritudine aīe mee recogito dies meos: nec est michi remediū aut solatiū/aut consiliū. Recolēs tamen bone iesu qꝛ p̄pter nos non p̄pter te descēdisti in iordanem: tue humilitatis memor, humiliabo me ꝛ descendā. Iordanis eēm descendēs interpretatur: p̄pterea memor ero tui de terra iordanis descendēs a mōte modico: a supbia vite que breuis est ꝛ transitoria/ꝛ momētanea est. Descēdit naaman de curru supbie in aquas iordanis: et sanatus est. Descēdit superbus ad aquas humilitatis ꝛ penitētie/ꝛ mundat. Septies lauit se naamā in iordane: michi misero ꝛ plusq̄z leproso nō nisi semel baptizari permissum est: qm̄ vnus spiritus/ꝛ vna fides/vnum baptisma. Semel baptismo ablutus sum: sed ex quo polluiveſtimēta mea (vt verbo beati iob vtar) si lauero me aquis niuis: si mundauero me nitro, aut herba bozith: tu me dñe intingis sordibus: nā oīnes iustitie nostre in cōspectu tuo sicut pannus menstruate. Et quis potest facere mundū de immūdo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Si aūt aliquo modo mūdatus fuero, facile recidiuabo: nec obseruabo me ab iniquitate mea. Duo eēm me in p̄ceptiū trahūt: inde conditio corrupta: hinc voluntas infirma. Ergo qꝛ virtus baptismi in me semel officio suo functa est, nec repeti pōt: sola ablutio penitētialis michi ad remediū superest. Nā ꝛ penitētia est baptismus, nō q̄z in ea sit baptismi iteratio: sed qꝛ sepulturam criminū facit, ꝛ nos humiliati xp̄i cōsepeliēs ꝛ cōplantans morti eius in spem vite eterne nos regenerat/vt simus quasi modo genīti infantes. Unde ꝛ caro naaman, cui⁹ ablutio nobis posita est in signū sapientie: in etatis puerilis mūdiciā reparata est. Quidam penitētialibus aquis semel immersi, statim putant ab oībus iniquitatibus esse mūdi: sed nō sufficit, nisi cū naaman septies in iordane lauent. Jeiuna vsq̄z ad oris fetorē/ flagella cōtunde/ vre corp⁹ tuum ita vt ardeat: nichil agis, nisi penitētie spiritus septiformis assistat. Diuites huius seculi qui ducūt in bonis et delitijs dies suos, qui penitētiam vilipendunt: nōne videntur dicere qꝛ meliores sunt fluuij damasci abbana ꝛ pharphar/oībus aquis israel vt lauētur in eis: hec est medicina vnica post baptismū. Medicinā (dicit salomon) creauit deus hoībus: ꝛ stulti despiciunt eam. Hec est secunda tabula post naufragium. Xp̄s nec indigebat penitētia, nec baptismo: tñ vt mūdaremur baptizari voluit: ꝛvt peccata nostra tolleret more penitētium ieiunauit et fleuit: post ieiunīū venit ad iordanē ad iohannē/vt baptizaretur ab eo. In baptismo xp̄i tota trinitas innotescit. Pater auditur in voce, filius in carne, spiritus in colūbe specie. Etvox (inquit) in celo facta est. Hic est filius meus dilectus in quo michi ꝛc. Vox dñi super aquas de⁹ maiestatis intonuit: sed ꝛ filio⁹ hodie suis discipulis innotescit. Unde et triplex apparitio siue reuelatio in eccl'ia hodie celebrat. Apparet caldeis noue stelle inditio: et p eos hodie in gētibus nostre fidei primitie cōsecrātur. Apparet iudeis non solū iohannis: sed patris ꝛ spiritussancti testimonio vim regeneratiuā ab aqs icipiēs diuinā potētiā mutatiōe aque in vinū discipulis hodie manifeste declarat. Sicut euāgeliū dicit. Hoc est initiū signorū eius, ꝛ manifestauit se. Erat natus, sed nō notus in mūdo erat: et mundus per ipsum factus est/ꝛ mūdus eum nō cognouit. Et notandū q̄ mirabili cōsideratione diuine sapiētie stella testimonium perhibet soli ei q̄ est sol iustitie: vox verbo/ columba agno. Sicut agn⁹ inter aīalia: sic est inter aues columba simplicior. Optimeq̄z sibi conueniunt columba et agnus: ipse (testimonio p̄phete) est agnus mānsuetus qui portatur ad victimā: ipse est colūba sicut scriptū est. Dissipata est terra a facie ire columbe. Hic est (inquit) filius meus dilect⁹ in quo michi cōplacuit/ipm audite. Vere cōplacet patri in eo qō dicit. Ego q̄ placita sunt patri meo facio semper: ipm audite. Dei filius xbū dei, sermo oipotēs: q̄ sub muliere diu tenuerat silentiū, accepta a patre licētia tandē loquitur: superbiam nostrā sue humilitatis exēplo cōfundens.

qui tardi sumus ad audiendũ/veloces ad loquendũ: dum prius volumus docere q̃ doceri:prius esse magistri q̃ discipuli: p̃us esse q̃ coesse. Descẽdamus itaq̃ de curru superbie cum naaman in iordanem/ vt lauemur septies penitentialibus aquis.Septies enim cadit iustus in die.

¶Sermo.xi.

Hodie tẽpli dñs defertur ad templũ: hodie mater offert filium patri suo.Hec est prima pcessio et non parua: q̃ puer noster adhuc paruul⁹ est: hic est maria:symeon iustus: ꝛ anna ꝓphetissa/ꝛ xp̃us in medio qui offertur, qui recipitur, qui prophetat, omnes iusti, nullus peccator. Nũquid omnes peccatores rẽnuit deus? Nolite timere pusill⁹ grex: q̃ cõplacuit dño in nobis. Et quid est q̃ sancta/q̃ immaculata quasi aliquid muliebre passa sit vel in cõceptu/vel in partu? Muliebris infirmitatis querit remedia/ꝛ legi subijcit:sed filius ꝑ matre respõdet. Sic(inquit)decet nos implere oẽm iustitiã. Prima mulier mater omniũ ꝛ criminũ,cum ad excusandas excusatiões in peccato suo culpam ꝓpriã in alium retorsisset,mater dei/ mater mie ad exemplũ filij sui que nõ rapuit soluit. Cunq̃ extra necessitatẽ legis esset,que sine seminis susceptiõe filiũ pepererat:legis necessitati se subijcit. Venerãt ambo legem implere non soluere:hodie sistit creatori fructus terre sublimis. xp̃s purgationẽ peccatorũ faciens, matrẽ virginem legem aliarũ subire sustinet:vt nos exẽplo humilitatis informet. Hodie per manus maternas ꝛ virginea offert in templo:ꝑ manus iudaicas ꝛ sacrilegas offerendus in cruce. Hodie suscipiunt eũ brachia symeõis iusti,erit qũ suscipient eũ brachia dire crucis ꝛ tũc erit secũda ꝓcessio. Hoc sacrificiũ matutinũ:illud vesptinũ. vtrobiq̃ oblat⁹ est,q̃ ipse voluit. Quecunq̃ ei voluit fecit. O q̃ beatũ reputare se põt,q̃ diem sue purificatiõis impleuit. Symeon non solum dies purgatiõis sed expectationis impleuit/vt iam mereat videre xp̃m dñm:vt dimissus in pace in idipsũ dormiat ꝛ in pace illa quiescat q̃ exuperat oẽm sensum. Purgatio nostra est in aqua ꝛ sanguine:in spũ ꝛ igne. per aquã et sanguinẽ(sicut iohãnes testat)hoc est(inquit) qui venit per aquã ꝛ sanguinẽ.Et idem.Ipse baptizabit in spiritu et in igne. Est et alia purgatio terribilior in spũ iudicij/et spiritu ardoris. Vis audire de aqua: in aqua baptizauit/in aq̃s pedes lauit/aquas ab oculis fudit. De sanguine nõ est dubiũ,quẽ multipliciter fudit: vt lauaremus stolas nostras in sanguine agni. De spiritu legi: q̃ gratia dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis.Datus est etiã igmis ad purgationẽ/ siue spiritussanct⁹ in igneis linguis. Purgat ergo dñs aqua ablutiõis, sanguine passiõis,spiritu sanctificatiõis,igne perfectionis:sed ꝛ igne tribulatiõis. Trãsiuimus(inquit)per ignem ꝛ aquã:et eduxisti nos in refrigerũ.Hic est cereus:hec est candela super candelabrũ ponenda: adhuc tñ sub modio cõstituta, sufficiẽs ad illuminationẽ iudeorũ: ad reuelationẽ gentium,ad salutem omniũ populor̃. Huic cereo mater cerã contulit:lumen vero pater luminũ ministrauit. Iste est qui illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundũ.Accedite ad eũ/ꝛ illuminamini:vt videatis figurã in ymagine,specie in splendore,lumẽ in lumine. Ipse est splendor figura ꝛ substantia dei. Ipse de tenebris nos eduxit in admirabile lumẽ suũ vt filij lucis simus:qui eramus filij tenebrarũ. Testimoniũ perhibet lumen de lumine: stella de sole. Gratias tibi deus q̃ dixisti lumẽ de tenebris splendescere:et illuxisti cordibus nostris ad illuminationẽ scientie in faciem xp̃i iesu. Mto gaudio/q̃ta exultatione putatis hodie gratulari aias magorũ in cõspectu dei, in splendoribus sanctorũ: dum vident in palatio celi, ꝛ adorant in trono maiestatis quẽ olim viderũt in bethleẽ modica ciuitate in diuersorio/ in presepio paruulũ vagientẽ in cunis? Quẽ prius viderant paruulum et infirmũ: modo vidẽt perfectum in omnẽ maiestate ꝛ potestate/in diademate patris sui gloria ꝛ honore coronatum quasi vnigenitũ patris. Vide in istis modis ꝓfectus ꝛ ordinis ꝓcessum. Procedũt a visiõe syderis ad visionem matutine lucis: inde ad videndũ solem in meridie virtutis sue:sic ꝓficiunt a cõspectu pueri vsq̃ ad cõspectũ dei. Hic est ꝓfectus iusti/ꝛ ꝓgressus nascẽtis ecclesie.Sicut salomon dicit. Justorũ semita quasi lux splendescens ꝓcedit/ꝛ crescit vsq̃ ad imperfectũ diem. Quid mirũ si venerunt ad ipsum luciferũ? Stella eñ orta ex iacob illucebat cordibus eorũ:et lucifer ille qui nescit occasum. Hodie nõ vna sola stella,sed multe ad huius pueri agnitionẽ nos ducit. Quot eñ sunt eruditores iustitie/tot sunt stelle testimonio danielis: qui ad iustitiã(inquit) erudiunt multos quasi stelle in ꝓpetuas eternitates. Ideo et paulus vocat eos luminaria q̃ lucent in medio natiõis praue ac peuerse: dñs etiam luminũ: cũ disponeret lunã et stellas i potestate noctis. Vos(inquit)estis lux mũdi.Et illud.Sic luceãt opera vestra bona coram hoibus:vt glorificent patrem vestrũ qui est i celis.Teste salomõe.Dulce ꝛ delectabile est oculis videre solẽ. Ego aũt credo q̃ oia desiderabilia/et oia q̃ excogitari possunt oblectamẽta trãscẽdere solẽ iustitie nequeũt:sed non est datũ ꝛppientibus oculis in illud admirabile lumẽ posse cõspicere.Si nõ possimus in rotã solis/nec in illud luminosum iustitie corpus oculum mentis infigere (scrutator ei maiestatis oppimet a gloria/ nec altiora nobis ꝛ fortiora debemus inquirere) dirigat saltẽ oculꝰ noster in lucem fidelium/ꝛ delectetur in splendoribus sanctor̃.Sancti eñ sunt mõtes a quibus nos illuminat deꝰ,testimonio ꝓphete dicentis: illuminãs tu mirabiliter a mõtibus eternis.Et tu frater leua oculos tuos in montes vnde veniat auxilium tibi.Qui in tenebris estis ad illũ montẽ magnũ accedite ꝛ illuminamini:et facies vestre nõ confundent. Inter ceteros mõtes per quos nos illuminat,montẽ magnum reputo iustum senem symeonem: qui nõ solũ in xp̃i fide nos illuminat, sed

illuminando cõfirmat. O senex fidelis cuius laus in euãgelio,cuius senectus in mia verbi:cum vnicũ portes qui portat oia verbo virtutis: aperi nobis q̃ saluberiter insinuabat se visceribus tuis/ q̃ delectabiliter infundebat se aie tue: suũq̃ spũ pectori tuo influebat ille quẽ tu gestabas i vlnis.Nõne poterat symeon rẽdere ꝛ dicere:Acceperã respõsum a spũ sancto nõ visurũ me mortẽ donec viderem xp̃m dñi. Diu expectaueram:iam defecerant oculi mei in eloquiũ tuum dicentes:Quando cõsolaberis me. factus erã sicut vter in pruina: frigidus/ aridus/ marcidus/et despectus. Sed tandem memor fuisti dñe verbi tui seruo tuo:in quo michi spẽ dedisti. Jam in carne mea video dñm saluatorẽ meũ:nec solũ video,sed teneo ꝛ amplector. Jam me dulcio calere de senectute morbida in salutem.Renouata est vt aquile iuuẽtus mea.Jam irreuerberata aie solẽ iustitie cõtemplor. Fidelis dñs in omnibus verbis suis:viderũt oculi mei salutare meũ. Video te in vultu meo:in carne mea:videbo te i vultu tuo ꝛ gloria tua,vbi erit plena iocunditas/ꝛ plena in iocunditate satietas:q̃ vultũ tuum dñe requiram, satiabor cũ apparuerit gloria tua.Vidi dñm:ꝛ salua facta est aia mea. Vidi ꝛ video:nec dimittam te donec dimittas me in pace.In pace in idipsũ dormiam ꝛ requiescam. Nõ solum symeoni datum est videre ꝛ portare/ꝛ amplecti dñm:sed oibus his qui in veritate diligunt ip̃m. qui xp̃m tenent amplectunꝰ.ꝛ fouẽt in desiderio aie sue in sancta, atq̃ deuota et optabili seruitute. q̃ cũ spõsa dicere possunt . Dilectus meus sicut fasciculus myrrhe inter vbera mea cõmorabit. Hic est de quo p̃dixerat malachias . Ecce veniet ad templũ sanctũ suum dominator dñs/ et angelus testamenti quẽ vos vultis. Queritis o iudei et nõ queritis:vultis ꝛ non vultis. Si queritis querite:cõuertimini et venite. Queritis q̃ vos liberet a seruitute hominũ,non demonum: qui terrena confirmat, non eterna.Ecce hic est quẽ queritis,cui omnes ꝓphete testimoniũ perhibent:hic est deus noster ꝛ non estimabitur alius ab eo/ ipse reget in secula. Suscepimus hodie deus miam tuam in medio templi tui. Templũ dei est habitatio glorie eius, templũ est vterus virginalis,templum est corpus xp̃i, templũ est illud edificiũ salomonis,quod destruendũ xp̃s quandoq̃ predixit,q̃ merito destruendũ erat:nimis eñ angustũ fuerat ꝛ modicũ/et ideo cultu tante maiestatis indigniũ. Edificet tibi dñe iesu templũ amplioris gratie populus acquisitionis ab ortu solis vsq̃ ad occasum:palatiũ tue maiestati edificet ecclesie redemptor/vt sit p̃m nomen tuũ deus,ita ꝛ laus tua in fines terre. Tu vero qui hodie offerris in templo xp̃e iesu,qui es templi dñs illuminatio mea ꝛ salus mea,q̃ illuminas lucernam meã per fidẽ/ꝛ agnitionem veritatis tue,illumina tenebras meas: nec ei video/aut intelligo oẽs excessus meos:nam delicta quis intelligit? Circũdederũt me mala quorũ nõ est numerus:ꝛ tñ potuit videre. Illumina nos dñe quo mũdi huius tenebris carere valeamus:et peruenire ad patriã claritatis eterne.Exaudi nos pater luminũ ꝛ illuminator̃ cordiũ:illumina tenebras nostras vt placeam⁹ coram te in lumine viuẽtiũ.Qui es figura et splẽdor substãtie dei p̃ris iesu xp̃e,cui est honor ꝛ glia in secula seculor̃.Amen.

¶Sermo.xii.

Suscepimus deꝰ miam tuã in medio tẽpli tui. Hodie dilectissimi fratres susceptꝰ est dñs/et oblatus in templo:hodie debitum sue purificatiõis impleuit purissima christi mater. Moyses ei in lege ꝓceperat/q̃ si mulier concepto semine filiũ peperisset, septẽ diebus immunda esset,ꝛ octauo die circũcideretur puer:postea triginta tribus diebꝰ mulier a tẽpli abstineret ingressu/ꝛ quadragesima die puerũ cum hostijs offerret in templo. Notate verba:ꝛ in verbis mysteria. Videte q̃ta cautela ꝛ circũspectiõe vsus est moyses in his verbis. Si dixisset mulier que peperit masculũ septem diebꝰ immunda erit: ergo beatissima q̃ paritura erat masculũ indicasset immũdam. Ideo ꝓmisit mulier que susceptio semine peperit masculũ. Igit beatã virginẽ manifeste excepit. Ipsa ei sola est que virgo peperit: que non de semine,sed gratia et sanctificatione concepit. Nõne ergo poterat dicere sanctissima virgo cũ duceretur ad templũ, quid michi est opus sanctificatione que semine pollura/aut partu immũda nõ fui? Quid michi opꝰ est ingressu tẽpli:q̃ facta sum templũ spiritus sancti? Quid opꝰ est michi vel filio meo his oblatiõibus, qui se oblaturus est in ara crucis vt redimat vniuersos? Noli hec dicere mater sancta: esto in mulieribus sicut vna ex illis. Memento q̃ et filius tuus qui sine peccato erat/voluit circũcidi. Venit ei legem adimplere nõ soluere. Ingredere templũ virgo benedicta/offer benedictũ fructum ventris tui/ offer p̃mitias nostre benedictiõis/offer fructũ terre sublimem/ hostiam sanctã/ deo placentẽ reconciliationẽ nostrã. Erit q̃ nõ offeret in tẽplo: nec in hierusalẽ, sed extra hierusalem. Erit q̃ non offeret inter brachia symeonis,sed inter brachia crucis.Veniet dies q̃ nõ redimet aubus sicut hodie, sed ipse nos redimet in sanguine suo:q̃ ipsum redẽptionẽ misit dñs populo suo. Illud ei erit sacrificium vespertinũ:illud est sacrificiũ matutinũ. Gaudeas mater in sacrificio matutino,q̃ in vespertino dolebis/ꝛ tuam ipsius animã pertransibit gladius:ad vesperũ demorabit fletus/ ꝛ ad matutinũ letitia. Et in hoc/et i illo sacrificio oblatus est: q̃ ipse voluit. Gaude mater/et exulta satis filia syon gaude ꝛ cãta virginitatis epithalamicũ canticũ nouitatis.Audi ꝛgo ꝛ inclina aurẽ tuã:q̃ anna ꝛ symeon cantant tecũ. Symeon iustus canticũ iustitie. Nunc dimittis dñe seruum tuum ꝛc.Anna canticum continentie. Canta ꝛ tu canticũ pudicitie/canticũ nouum canticũ inauditũ/canticũ virginitatis et fecũditatis/ canticũ humilitatis/canticum glorie ꝛ beatitudinis. Ecce(inquit) ex hoc beatã me dicẽt oẽs generatiões. Vere oẽes generatiões: q̃ sicut vnguẽtum effusum

est nomē tuum: ⁊ memoriale tuū in omni generatiōe ⁊ generationē. Iusq̄ est hodie fratres dies salutis: nisi per virginē. Hec est ei vnica mediatrix nostra / ⁊ interuētrix ad filiū. Peccatores eramus, et ad patrem verebamur accedere. terribilis est em̄ super reges terre, qui aufert spiritū ꝓncipum: respicit terram et facit eam tremere: tangit montes ⁊ fumigant: dedit nobis xp̄m filium suū. Quid non obtineat a pud patrē talis filius? Exaudiet, p reuerentia sua: sed ipse cū sit deus intercessione opus est apud eum. Habemus aūt beatam virginē, in qua nil terribile est: nam in ipsa est plenitudo gratie / ⁊ puritas humane vite. Exaudiet, p nobis matrē filiū: offeret mater filio suo preces nostras. Filio inq̄ suo, quē hodie obtulit in tēplo: vt ⁊ nos suscipiamus miam eius in medio tēpli sui. Que est fratres hec mia quam hodie suscepimus: nā multe sunt mie eius: ⁊ miserationū eius nō est numerus. Si recogitem cōmunē nostre redemptionis, pcessum septem mias inuenio. Si cōsiderem quotidianam ⁊ singularem vniuscuiusq̄ redemptionē: septem miserationes inuenio. Opus ei misericordie q̄ de⁹ creauit hoiem / vt eum sue glorie faceret participē ⁊ consortē. Peccauit hōmo et eterna morte se dignū cōstituit: inuēta est ei iniquitas eius ad odiū: eum tū deus eternaliter nō damnauit. Et hec est secūda mia. Tertia mia fuit, q̄ nobis qui eramus sub maledictione: benedictionem in semine abrahe repromisit. Quarta mia fuit: q̄ nobis sine lege vagātibus ad disciplinā / ⁊ ad correctionem per moysen legē dedit. Quinta: q̄ cū essemus in multa desolatiōe / et pēderem⁹ sub incertitudine spei nos per prophetas suos varijs cōsolationibus confortauit. Sexta: q̄ nō angelicam naturā, sed cōformitatē nostre miserie / nostreq̄ deformitatis elegit. Septima est: q̄ ipm incarnatū suscepimus in medio tēpli sui. Hec est mia illa magna de qua dicit. Miserere mei deus ꝓm magnā miam tuam: q̄ ipsa est cōplementū oīm aliarū. Q̄ em̄ xp̄s sitiuit, q̄ esurijt, q̄ opprobria, q̄ clauos, q̄ lanceos, q̄ mortē in cruce sustinuit: hec oīa ꝓcedunt de natiuitate ipsius: hec omnia sunt huius mie accessio ⁊ sequela. Scōm singularem vniuscuiusq̄ statū septē alias miserationes inuenio. Prima est, q̄ cū demones opportunitatē peccādi offerunt / dñs impedit ne mala voluntas veniat ad effectum: tollitq̄ dñs virgam peccatoꝝ desuper sortē iustorū / vt nō extēdant iusti ad iniquitatē manus suas. Secunda mia est: q̄ nos continue peccantes offendimus dñm, ⁊ peccata peccatis adiungimus: et tū dñs patiēter sustinet / ⁊ ad penitentiā nos expectat. iuxta dauid: hec fecisti ⁊ tacui. Et in esaya. Nō cogitasti in corde tuo, q̄ ego vir tacens / ⁊ quasi non audiēs. Tertia mia fuit, q̄ cōmouit dñs ad penitentiam cor nostrū: vt penitentes recogitemus in amaritudine dies nostros / ꝓm q̄ legitur. Cōmouisti terram / ⁊ cōturbasti eam: sana cōtritiones eius q̄ cōmota est. Quarta mia est, vt cupiamus desiderare et velle q̄ ex humana infirmitate desiderare non possumus. Concupiui (dicit psalmista) desiderare iustificatiōes tuas in omni tempore. Quinta stabilire in proposito sanctitatis. Iuxta illud Statuisti supra petram pedes meos. Sexta mia est obliuisci omniū mundanorū, ⁊ pficere ⁊ pficisci in obedientiam ⁊ obseruātiam mandatorū dei. Sicut apls dicit. Eorū que retro sunt oblitus ad anterioza me extēdo. Septima est: cum xp̄m suscipimus in medio tēpli sui: immo cum ipse nos suscipit in medio tēpli sui, tūc xp̄i templū efficimur. Sicut apostolus dicit: Templū dei sanctum est: q̄ estis vos. Si em̄ sic eū susceperimus in corde nostro in medio templi nostri: securi sumus q̄ cum venerit iudex viuorū ⁊ mortuoꝝ, ipse nos suscipiet in medio tēpli sui / in splendoribus sanctorum / in iocunditate que nō deficit / in gloria que nō transit. Quam nobis prestare dignetur qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo. xiij.

Simile est regnū celorum homini patrifamilias q̄ exijt prio mane conducere operarios in vineā suam. Q̄ta audiuimus ⁊ cognouimus / ea et patres nostri annunciauerūt nobis. Q̄ta mandauit deus patribus nostris nota facere ea filijs suis. Vinea dñi sabaoth populus dei est qui ꝓpter varias iniquitates suas deū sepe ad iracundiam ꝓuocauit. Dedit itaq̄ in cōcultatione vineam suam: ⁊ ideo frequēter occurrit nobis in lectiōe diuina a quibus vastata est vinea dñi. Nūc em̄ premit populus israel sub pharaone iugo grauissime seruitutis sed multe sunt mie dñi. Clamat ad dñm populus, et per moysen liberat. cepit iterum populus deuiare a vijs dñi / deditq̄ illos dñs in manus cusanrasathain ⁊ clamauerūt ad dñm: et per othoniel fratrē caleph liberati sunt. Iterum deuiantes a vijs dñi dati sunt in manus eglon regis moab / ⁊ ammonitarū: et clamauerunt ad dñm: et suscitauit eis aloth filiū gera filij gemini, qui liberauit eos. Itē oppressi sunt a iabin rege chanaan: et liberauit eos per delborā vxorē barach. Iterum errauerunt coram dño / ⁊ tradidit eos dñs in manus madian ⁊ amalech: sed ad penitentiā reuertētes, per gedeonē liberati sunt a dño in lampadibus / ⁊ tubis / ⁊ hydrijs. Quare loquerer de iepte / de sansone / de dauid / ⁊ de ceteris per quos dñs magnificauit miam suam cum populo / ⁊ cū vinea sua: quotiēs populus voluit reuerti ad cor / ⁊ agere pniam de cōmissis. Nichil est q̄ ita emolliat / ⁊ mitiget indignationē oipotentis dei sicut humilitas penitētis. Quid ei faciet summus iudex cū viderit peccatorē in seipm exercere iudicium / ⁊ punire ꝓprij in seipso delictū? Euacuate sunt partes iudicis: nec iam exequēt vices iudicātis, sed officiū aduocati: ⁊ qui peccāti intentabat penam / penitēti statim accumulabit gratiā. Ideo mittit dñs hodie operatores in vineā suam / vt doceatur populus eius dignos fructus penitentie agere: et sic flagella dñi declinare. Ita in euangelio circa infructuosam ficulneam stercora iubent apponi: ⁊ cultura

permittit adhiberi, vt fructum faciat per vilitatē penitentie / ⁊ sarculū disciplinę. Apostolus dicit. Si nosipsos dijudicaremus: nō vtiq̄ iudicaremur. Cū autē iudicamur a dño corripimur. Vt ergo populū suum corriperet dñs / vt ad humilitatē penitētie, ꝓuocaret: permisit eū. lxx. annis sub rege assyriorū seruitute grauissima detineri. Tēpus istud septuagenariā illam seruitutē manifeste designat: nā et tota vita hec que per septenariū ducit: vix septuaginta annos excedit: si ei octoginta anni, ampli⁹ labor ⁊ dolor: tota (inquit) vita hec seruituti deputata est. Sicut liberatus iob dicit. Q̄ graue iugum seruitutis super filios adam a die exitus de ventre matris eorū vsq̄ in diem reuersionis in matrē omniū. Simus itaq̄ ⁊ nos memores seruitutis nostre humiliantes nosmetipsos sub potēti manu dei: captiuantes omnē intellectū nostrum in obsequium xp̄i. Filij israel suspenderūt organa sua in salicibus: nec ei decebat cantare cāticum dñi in terra aliena. Nos in istis septuaginta dieb⁹ Gloria in excelsis deo / alleluya / ⁊ cetera nouitatis cāticā subticemus. Completis siquidē septuaginta annis, redierūt in hierusalem sub iesu sacerdote magno: ⁊ nos post illos septuaginta dies resurrectionē dñi nostri iesu xp̄i ⁊ in eius resurrectione nostre liberatiōis gratiam expectamus. Tunc redibūt cantica nouitatis: q̄ peccati vetustate per penitentiam deposita / resurgemus in spem vite eterne. Tūc de vinea dñi sabaoth dabitur nobis vinū nouum, quod in vtribus nouis reponendū est: non in veteribus ne rumpātur. Inuitamur ad vineam domini, ⁊ in ea ꝓcipimur labozare q̄ fingit labozem in ꝓcepto, mercedem constituit in laboze. Nulla etas excipitur: non est personarū acceptor dominus: et eos qui mane veniunt: et eos qui tarde accedunt recipit. Denarius enim, idest vita eterna vnicuiq̄ laborantī redditur. Et hec est merces sanctorū / quam dñs fidelibus suis a seculo repromisit: quā nobis ⁊ vobis conferre dignetur, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Sermo. xiiij.

Conuertimini ad me in toto corde vestro / in ieiunio, ⁊ fletu: ⁊ scindite corda vestra / ⁊ non vestimēta vestra. Scit nos esse auersos a se: qui ad se cōuerti nos ammonet. Sed quo cōuertemur, quocūq̄ me vertā, siue ad dexterā / siue ad sinistram / siue ascēdam in celum / siue descendam ad infernū: dñe tu vbiq̄ es, qui oīnia imples: sed cōuerti ꝓcipimur corde / non corpore. De hac cōuersione loquitur ozee / et dicit. Cōuertere israel ad dñm deum tuū: q̄m corruisti in iniquitate tua: auferte iniquitatē ⁊ accipe bonum. Q̄m aduersi ⁊ peruersi fuimus: cōuerti ꝓcipimur / et reuerti. Sicut anime dicitur in persona spōsi. Reuertere / reuertere sunamitis: reuertere / reuertere vt intueamur te. Bonū est cōuerti a malicia ad innocētiam: a gaudio perēptorio ad luctum salubrem: a superbia ⁊ inflatione ventosa ad spiritū mansuetū et humilem. Conuertimini (inquit) in toto corde vestro. Ingredienti ei penitentie viam primo necessaria est cordis cōtriti ⁊ humiliati deuotio: q̄ vero cibor affluentia erexit in superbiam et lasciuiam carnē nostrā: necesse est vt in ieiunio cōuertamur. Qui ei pro xp̄o ieiunat, reficietur a xp̄o in illa mēsa celesti: quam ꝓparauit deus diligentibus se. Est etiam conuersio facienda in fletu: vt a quis penitentialibus laueē facies deformata peccatis. Quāte em̄ virtutis ⁊ efficacie sint lachrime penitētis, declarat petri recōciliatio / lazari resuscitatio / et sanctificatio illius noiatissime peccatricis. Conuertē etiam nos oportet in plāctu / vt nos a gaudio suspendamus: ⁊ in amaritudine anime nostre recogitemus dies nostros: tempora que perdidimus peccādo, per penitētiam redimamus. Nam in his tribus ieiunio / fletu / ⁊ planctu / notanē cordis contritio, cōfessio, ⁊ satisfactio. De primo dicitur, Sacrificiū deo spūs cōtribulatus ⁊c. De secūdo dicit Dixi cōfitebor dño: ⁊ tu re. De tertio dicit Laboraui in gemitu meo. Ieiunio carnis petulantia refrenat / fletu ⁊ planctu purgatur aīa se in eis mortificans: ⁊ quasi complātata similitudini mortis xp̄i, cōuertitur in erumna sua / vt erumna eius vertatur in gratiam ⁊ in gloriā: q̄ gratiam ⁊ gloriam dabit dñs. His modis possum⁹ sanctificare ieiunium: sicut dñs ammonet per ꝓphetam. Sanctificate (inquit) ieiunium. Ieiunū sanctificare est ieiunare in sanctitate ⁊ iustitia coram deo, nō coram hominibus sicut hypocrite tristes: Formā et modū ieiunij dñs nobis aperit dicens: Hoc est ieiunium q̄ elegi: dissolue colligationes impietatis, humiliter cōfitendo: solue fasciculos deprimentes, deuote satisfaciendo: dimitte eos qui cōfracti sunt liberos, misericorditer indulgendo: frange esurienti panem tuum: et egenos vagosq̄ induc in domū tuam ⁊c. peccata elemosinis redimēdo. Da pauperi panem terrenum, vt habeas celestem: cōmoda terrenū, vt possideas celum. Per hoc quod dicit Solue / dissolue / disrumpe / vocat peccata quedam leuia / quedam grauia / quedam grauissima: nam et quidam suscitātur extra portam / quidam in lecto / quidā in monumento / in voluntate / in actu / in cōsuetudine / in vltimo dñs infremit spiritu / turbat se / lachrymatur / et clamat. Lazare veni foras. Nolite (inquit) fieri sicut hypocrite tristes. Nō reprobat dñs tristitiam cordis, sed oris: non tristitiā penitentialem, sed hypocritam et superficialem. Quia (iuxta verbum salomonis) cor sapientis vbi tristitia. Quia nos inuitat per cōfessionem / per ieiunium / per fletū / ⁊ planctū: ne absorbeamur a tristitia: et ne a superficiali mestitia meritū ieiunij perdamus sicut hypocrite, ad spirituale gaudiū nos hortatur: hilarē em̄ datorem diligit deus: oīsq̄ a deps dñi est sure perpetuo: in quo notatur q̄ nullum sacrificiū deo acceptū est: nisi ex hylari deuotione ꝓcedat. Unde ⁊ vngi ꝓcipit caput nostrū. Caput nostrū xp̄s est: licet hoc caput vnctum esset a patre oleo letitie pre participibus suis: maria tū magdalene illi vnctioni suū vnguētum

superaddidit. Cũq̃ discipuli murmurarent: ille q̃ hodie caput vngi precipit/excusat ⁊ cõmendat vnguentũ. In capite est plenitudo spũalis vnguẽti descẽdens non solum in barbam, sed in ozã vestimẽti: nã de plenitudine eius oẽs acceptimus. Caput itaq̃ vngere est oẽs affectiões nostras cũ gratiarũ actione in ipsum refundere: ille eñ ieiunat ⁊ vngit caput suũ, qui delectatur in afflictione corporis ꝓpter xp̃m. Ille autem seipsum ⁊ nõ caput suũ vngit: qui secularis aure fauorẽ ex operibus suis querit, qui dum ieiunat ⁊ venaṁ ieiunio suo populares iactãtias: caput suo oleo peccatoris impinguat. Procedit vlterius propheta/et dicit. Scindite corda vestra: ⁊ nõ vestimẽta vestra. In vestimentorũ scissione iudaice superstitionis duritia designat: qui ei scindere corda nõ poterãt/vestimẽta scindebãt. Nos autẽ scindere, idest diuidere corda nostra oportet: vt p̃m diuisiões gratiarum susceptibilia sint diuinorũ charismatũ. Seruet vnusquisq̃ ⁊ nõ scindat vestimẽta sua: ne ambulet nudus in via. Seruet obsecro vestẽ illam que operit multitudinẽ peccatoꝝ: caritatem dico p quã remisse sunt iniquitates/ et multorũ tecta sunt peccata. Scindamus corda nostra per misericordiam cõpatiendo afflictis: qm̃ (iuxta verbũ apostoli) nisi compatimur/nõ cõregnabimus. Scindãtur per penitentiã ⁊ cõfessionem/ vt excurrat putredo de vulnere cordis: ⁊ superueniens nouitas auferat saniẽ vetustatis. Totiens corda nostra scindimus quotiẽs per compassionem, primo cõdolemus: quotiens elemosinam ex affectu largimur. Est aũt elemosina ⁊ spiritualis/et corporalis. Spũalis que, primũ peccantẽ corrigit: odientẽ diligit: ⁊ in se peccãti dimittit. Est et corporalis elemosina, que in sex operibus misericordie cõsistit. Hec opera sunt sex hydrie nuptiales, sex filij Iye, sex fratres dauid, sex gradꝰ in ferculo salomonis: per quos salomon verus pacificus in nos ascẽdit dum a nostra prauitate cõuersos, ⁊ ad se reuersos: ad amorẽ ⁊ contemplationem suam ascendere facit, cui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xv.

Christus hodie in scola eruditiõis euãgelice per filiũ ꝓdigum nobis cõpetentissime ꝓponit penitẽtie ⁊ humilitatis exemplũ. Qui cũ afficeret grauissima fame/cogitauit redire ad patrem: et inter mercẽnarios vnus esse. Quis est qui dilapidat oĩa bona viuendo luxuriose nisi peccator quilibet q̃ bona gratuita ⁊ naturalia peccãdo corrũpit ⁊ pdit? Sed reuersus ad cor ⁊ iustitiam incipiẽs esurire/humiliat se in oculis suis: ⁊ de filiali dignitate ad mercẽnarij sortẽ deuota humilitate descẽdit. Beati quidẽ sunt q̃ esuriunt iustitiam qm̃ ipsi saturabũtur. Esurientes (inquit) impleuit bonis. Qui eñ diuitias tẽporales appetũt, nõ satiabuntur eis. Hec est aqua de puteo samarie: de qua q̃ biberit, sitiet iterũ: hec aqua nõ reficit/qz nõ sufficit. Diuites egerunt ⁊ esurierunt: inquirentes autẽ dñm non minuent omni bono. Cibus aũt iustitie dum plus appetitur/plus dulcescit. Unde ⁊ ille q̃ factus est nobis a deo sapiẽtia ⁊ iustitia dicit. Qui edũt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitiẽt. Non est tũ ita insatiabilis appetitus iustitie, sicut amor pecunie: nam in istis est appetitus sine satietate: in illa est satietas sine attediatiõe. Unde ꝓpheta. Ego in iustitia apparebo in cõspectu tuo: satiabor dum apparuerit gloria tua. Qui ergo esurit in presenti: satiabit in futuro. Sz nũquid omnes illi esurient iustitiam qui desiderant esse iusti? nequaq̃z. Sũt eñ plerq̃ mali qui desiderãt esse iusti: sed victi ⁊ vincti peccãdi cõsuetudine adhuc pascunt porcos, nec reuertunt ad patrẽ, desiderant ⁊ suspirãt non amare qd̃ amant: et cõpuncti ad iustitiã delectationẽ peccati amplectunt: nec recedunt a malo qui ad bonũ desiderio feruent. Qui compũgunt ad bonum: quedã gratia est vocationis/nõ iustificatiõis. Iustitia eñ nõ affectu estimanda est: sed effectu ⁊ cõsensu. Que (inquit apl's) participatio est iustitie cũ iniquitate: aut quis consensus templo dei cũ ydolis? Si quis deplorat vitam quã perdidit, et iustitie cõsentit: iam iustitiam esurit: iam ad patrẽ reuerti, ꝓponit: iam pedem in viam rectã posuit: ⁊ ad meliora suspirãs dicit. Utinam dirigant vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Et licet desideret/amplius tamẽ appetit dicẽs. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. laborat ad pfectũ/ vt veniat ad perfectũ. Videt eñ pater suus a longe, qm̃ longe a peccatoribus salus: sed venietẽ et letabũdus accedẽti occurrit. De tali cursu loquit esayas. Occurristi (inquit) letanti ⁊ facienti iustitiã, in vijs tuis recordabitur tui. Pius pater si iuxta meritũ responderet/ oculos suos declinaret ab eo: ad preces illiꝰ obsurdesceret: ⁊ ei turpitudinẽ preterite cõuersatiõis objicẽs ip̃m grauiter obiurgaret. Sz humilitate filij fractus ⁊ victus deponit duriciã/induit misericordiã/⁊ rigorem quem meruerat filius cõuertit in gratiam. Tardius est patri misericordiã impẽdere filio, q̃ filio patris misericordiã obtinere. Preuenit ⁊ anticipat preces filij reuertẽtis: accelerat ⁊ occurrit/ et cadẽs super collum filij eũ osculat/⁊ dicit. Cito ꝓferte stolam primã/⁊ induite illum: ⁊ date anulũ in manũ eius/⁊ calciamenta in pedes eius: ⁊ adducite vitulũ saginatum ⁊ occidite/⁊ mãducemus/⁊ epulemur: qz filius meus mortuꝰ fuit/et reuixit. Stola est sanctificatio spiritus anulus, fides: calciamenta, documenta doctrine. Vitulus, sacrificium altaris: solẽnes epule gaudiũ angelorũ super peccatoris cõuersionem. Osculat ⁊ amplectitur pater filium, insinuãs per osculum et amplexũ q̃ eum in viscera paterne pietatis recipit, q̃ ei se totum aperit, totum se inspirando effundit/vt sit vnus spiritus cum eo: qui vnũ fuerat membrũ cum meretricibus luxuriose viuendo. Eũ suis inserit ⁊ cõplantat mẽbris: qui mẽbrũ fuerat meretricis. Quid animi obsecro erat illi misero, imo illi beato ⁊ sup beato penitẽti inter amplexus ⁊ osculã pij patris: cũ recalescere et respirare coꝝ afflicti/et pene desperati: cũ el cor

mundũ ⁊ spiritum rectũ: atq̃ letitiam salutaris pater infunderet. Cor hominis angustũ est: et aia humana gaudiũ celeste plene capere nõ sufficit. Idẽo liquefit anima eiꝰ: et scindit cor in seipsum cõtritione ac gemitu: ⁊ ignitas cõpunctiones de recordatione prime miserie ⁊ improuise letitie cõcipiens: qz eas interius cõtinere nõ potest/in diluuio aquarũ multarũ mixta cũ dolore letitia anima sese nõ capit: ⁊ in tãte gratie dono liquefacta diffundit. Peccator igit̃ siue filiꝰ hinc pudore/et inde dolore/hinc gaudio et nõ amore in diuersa distractus/letitie que illi offert̃ non sufficit: ⁊ patrem nõ solũ misereri, sed miserando gaudere cõpellit. O bone iesu/o benigne/o amabilis/o amor deus o caritas deus: si tãta sint solatia tua circa penitẽtes q̃ta erũt gaudia tua circa regnãtes? Hãc patris affectionẽ vite suscitat humilitas filij, ipsa sola recõciliat filiũ suũ patri: nã (iuxta sapientis verbũ) custodia pacis est humilitas. Noli homo superbire, qm̃ superbis resistit deus: ⁊ cũ humilibus sermocinatio eiꝰ. humilia te ergo sub potẽti manu dei: vt cũ filio penitẽti dicas patri Pater peccaui in celũ, ⁊ coꝝ te: pater iam nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercẽnarijs tuis. Michil adeo te patris gratia dignũ facit: q̃z si gratia illius indignũ te iudices. Peccatum itaq̃ tuũ coram te sit semp. Et sicut sapiens dicit. De ꝓprio peccato noli esse absq̃ metu cum habueris gratiam filij: ⁊ cũ oĩa beneficeris, iudica te inutilẽ seruum. Sola eñ humilitas est innocẽtie fundamẽtum: pfectus atq̃ pfessus/custodia ⁊ disciplina virtutum ipsa est condimentũ oĩs iustitie: et sine illa oẽs iustitie mee quasi pãnus menstruate. Si q̃s in hoĩe defectus est virtutũ, humilitas totũ supplet: si qd̃ qd̃ displiceat hũilitas totũ redimit ⁊ excusat. Hec est que laqueos ostensos anthonio sola pertrãsit/ sola ei nos cõciliat et commẽdat: qui pro nobis factus mitis et humilis corde ad humilitatem ⁊ penitentiam nos inuitat xp̃s iesus, cui est honor ⁊ gloria in secula seculorũ. Amen.

¶ Sermo. xvj.

Mero vtri humiliabit eũ: ⁊ sermone bono letificabitur. Esayas fructũ et effectũ meroris insinuat: sed et vberrimã merẽdi gratiã et plangendi materiã habemus in nobis. Lugere possumus ⁊ debemus bona que amisimus/ et mala que cõmisimus, ecce primũ testimoniũ. pericula que sentimus, ecce secũdum. tribulationes quibus vrgemur, ecce tertiũ. terrorem futuri iudicij, ecce quartũ. Istã lugẽdi quadripertitã materiã Psalmista distinguit dicens: Circũdederũt me dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis cõturbauerunt me. Dolores inferni circundederũt me: preoccupauerũt me laquei mortis. Dolores mortis pfecutiões sunt: ⁊ pressure quas patimur: ⁊ sunt quedam preambula mortis. Respõsum ei mortis habemus in nobis. torrẽtes iniquitatis sunt impetus peccatoꝝ: dolores inferni per se patẽt: laquei mortis tentatiões sunt ⁊ retiacula inimici. De malis cõmissis luget ꝓpheta. Multiplicate (inquit) sunt iniquitates mee super capillos capitis mei. De bonis vero omissis admonuit. Defecerunt in vanitate dies mei: et anni mei in gemitibus. Si aperiantur catharacte capitis mei: et effundantur in lachrymas: si diruꝑatur fontes aquarũ vt de abysso cordis mei p lachrymas inũdet diluuiũ aquarũ multarũ: non potero lugere ad plenũ mala que feci/dies quos pdidi/ qui iniquitatẽ quasi aquã ab adolescẽtia mea bibi. Sed ⁊ p imminẽtibus michi malis/⁊ tẽtatiõibus importunis lucꝰ michi est, ⁊ dolor cõtinuus cordi meo: qm̃ repleta est malis aia mea, ⁊ circundederũt me mala quoꝝ nõ est numerus. Defixus sum in limo ꝓfundi: qm̃ iniquitates mee supgresse sunt caput meũ: sicut onus graue grauate sunt sup me. Tu autẽ dñe deꝰ sabaoth libera me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo mũda me. Exitus aquarũ deducant oculi mei. Da michi luctũ ⁊ lachrymas petri: quibꝰ aposta sia eiꝰ deleta est. Da michi lachrymas marie peccatricis, quibus ipsa mundata/et lazarus resuscitatus est. Lachrymas dico q̃ vite auctorẽ ad lachrymas cõpulerunt. Secũda lugẽdi materia est pressura tẽtationũ que nos circũquaq̃z angustiãt: alie supra nos/alie infra nos/alie circa nos/et oẽs contra nos. In oñibus que cogitamus, q̃ agimus, q̃ dicimus, q̃ acquirimus q̃ amittimus. In oñibus que placẽt/q̃ displicẽt/que adiuuãt/vel que nocẽt in oĩbus tẽtamur ⁊ affligimur Deniq̃z totũ tentatio est: qd̃ sumus/qd̃ viuimus. Sicut legit̃. Tentatio est vita hoĩs super terram. Et hoc est qd̃ beatus iob dicit. Homo natus de muliere brevi viuens tẽpore repleꝰ multis miseriis. Reuera multe sunt hoĩs miserie qui in miseria nascitur/in miseria nutrit̃/in miseria cõsumit̃. A miseria sumus intus pleni: foris miseria circũdati. Inter has tentationũ angustias paulꝰ clamare cõpellitur. Infelix ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius? Et alibi. Supra modũ grauati sumus: ita q̃ tedet etiã nos viuere. Sed et ionas dicit. Irascor vsq̃z ad mortẽ. Helyas etiam inter varias tentationes et pressuras petiuit anime sue vt moreret. Sufficit (inquit) michi tolle animã meã. Dauid quoq̃z tentationũ pondus pstebatur cum lachrymis dicens: In increpationibus ꝓpter iniquitatẽ corripuisti hominẽ. Exaudi orationem meam dñe: auribus percipe lachrymas meas. Terrere nos potest expectatio futuri iudicij/ vbi erit in iudice seuera equitas: in tortoribus seuera et inaudita crudelitas: in penis intolerabilis, et eterna anꝑietas. Et quis poterit sustinere diem aduẽtus eius? aut quis stabit ad vidẽdum eum. Quis eñ habitare poterit cum igne deuorãte? aut quis habitabit cũ ardoribꝰ sempiternis? Iustus dicit. In me dñe transierũt ire tue: ⁊ terrores tui conturbauerũt me. Hoc vltimũ ad penam refertur eternã. Job etiam dicit. Sagitte dñi in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meũ: et terrores militant cõtra me. Q̃ dicit Sagitte dñi in me sunt: hoc est in me transierũt ire tue. Q̃ dicit Terrores militant contra me: hoc est terrores tui

conturbauerunt me. Sunt tamen lachryme suaues ⁊ dulces que de futuri gaudij expectatiõe ꝓcedũt. Vñ ꝓpheta. Posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo sicut ⁊ in ꝓmissione tua. Quando veniam/⁊ apparebo ante faciem dñi: fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte. Hoc est vinum letitie: de quo dicitur Date vinum merentibus: et siceram his qui amaro sunt animo. Hoc vinũ necessarium est nobis/frequẽtes infirmitates. Temperãdum est tamen ne ebrietatem inducat/⁊ spiritum vertiginis: quem miscuit dñs in medio egypti. Expedit ergo vt poculum nostrum cum fletu miscea⁊: vt meror viri eum humiliet. Patientia enim attrita grãdescit: et virtus in infirmitate perficitur. Sũt lachryme que de caritate hauriuntur/ quasi de fontibus saluatoris: qñ animus ex desiderio celestiũ quodã spirituali gaudio resolutus, in lachrymas diffluit ⁊ liquescit: ⁊ recordatione desiderabiliũ suorũ mirabiliter interius se effundit/ et possit dicere Hec recordatus sum: et effudi in me animã meã: qm̃ transibo in locũ tabernaculi vsq̃ ad domũ dei. Harũ lachrymarũ dulcedinẽ experimento cognouerat, qui lãguido amore dicebat: Ania mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Scriptum est ei. Emittet verbum suum ⁊ liquefaciet ea: flabit spiritus eiꝰ/⁊ fluẽt aque. Dilecto ergo loquẽte/⁊ spiritu sctõ flante: fluuũt aque q̃bus rigã⁊ hortus dei iciarũ/vt fluãt aromata illius. He sunt aque mellifluẽ quibus fecundatur ager cui benedixit dñs: etẽm celi distillauerũt stillicidia super terram, quibus letabitur germinans: pluuiãq̃ voluntariam segregabit deus hereditati sue/vt eũtes et flẽtes mittamus semina nostra. Venientes autẽ veniemus cum exultatione portantes manipulos nostros habentes de merore solatium, ⁊ de dolore plenitudinem gaudiorum: prestãte dño nostro iesu xp̃o, cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

patientia

¶ Sermo. xvij.

Christus factus est ꝓ nobis obediens patri vsq̃ ad mortem. Vta sit obedientie virtus ꝓius declarat altissimus in vniuersis q̃ ab eo creata sunt. Postea in seipso q̃ vniuersitatis creator est. Celum ⁊ terra: mare et omnia que in eis sunt eum audiũt: et obediunt voci eius. Terra ad nutũ ipsius ꝓtulit herbam virentẽ ⁊ lignum pomiferum iuxta genus suũ ⁊c. que longũ est dicere. Celi diuiserunt aquas ab aquis ⁊ luminaria susceperũt: sed ⁊ luminaria vocata (iuxta ꝟbũ ꝓphete) dixerũt assumus: ⁊ luxerunt ei cũ iocunditate. Mare ⁊ venti obediunt ei: ignis/grãdo/nix/glacies/ spiritus ꝓcellarũ: que faciunt verbũ eius. Verbum eius facit oia: qꝛ verbo eius facta sunt oia. Oia obediũt altissimo ⁊ cõseruiunt. Sicut scriptum est. Ordinatiõe tua perseuerat dies: qm̃ omnia seruiunt tibi. Solus homo q̃ ad hoc spiritaliter creatus erat vt suo creatori seruiret/ seruire contẽnit: ergo omnis creatura merito insurgebat ꝓ dño in accusationem ⁊ damnationẽ hominis. Juxta illud sapiẽtie. Pugnabit ꝓ illo orbis terrarũ contra insensatos. Et ecclesiasticus. Dis factus tibi factori deseruiens, excandescit in tormẽtum aduersus iniustos: sed filius dei vincens in sapientia maliciã/in humilitate superbiam: si homo (inquit) michi seruire trectat: ego ei seruiam: et ꝓ eo vt eũ a seruitute redimam, faciam me seruũ: vt eiꝰ onera portem, faciam me tumẽtum. Et ad patrem loquẽs. Paratũ (inquit) cor meũ: paratum cor meũ. Si vis hominẽ quicq̃ pati: paratũ est cor meũ pati. Si vis hominẽ flagellari: ecce ꝓ eo in flagella paratꝰ sum. Heu michi quis nõ timeat/quis nõ contremiscat/ attendens põdus iniquitatis nostre: cuius redemptio tãtum pretiũ exigebat. Vere insanabilis plaga/⁊ horrẽda erat hominis dãnatio: ꝓ qua oportebat filium dei mori. O q̃ damnabilis erat iniquitas nostra, ꝓ qua xp̃s totiens sanguinem suum fudit: fudit in circũcisione/fudit quãdo in agonia factus est/quãdo sudor eius erat quasi gutte sanguinis decurrẽtis in terrã. Fudit, quãdo ligatus ad stipitem dorsum posuit ad flagella: fudit pedibus ⁊ manibus crucl affixus: fudit spinis in capite multipliciter pũctus: fudit ⁊ lancea perforatus. Xp̃s equidem ideo sanguinẽ suum multipliciter fudit: vt hi qui de sanguinibus nati erãt/ qui stolam innocẽtie peccato polluerant: lauarent stolas suas in sanguine agni. Aliter ei purgari nõ poterant (sicut apostolus dicit) quẽ posuit deus ꝓpitiationem per fidem in sanguinẽ ipsius. Sic agnꝰ paschalis quartadecima luna vespere immolabatur. Q̃ dicitur luna quartadecima plenilunũ notat. Quod dicitur ad vesperũ: occasum solis insinuat. Sol iustitie xp̃s est: luna ecclesia. Tendit sol. i. xp̃s ad mortis occasum. Luna. i. ecclesia a sole iustitie illuminata/consurgit in ortũ. Factus est ergo obediens nõ solum vsq̃ ad beneplacitum patris: sed vsq̃ ad mortis angustias et ignominiã crucis. Et eñ de inferno ascenderet homo: xp̃s de celo descendens ascendit in crucẽ. Et hoc est q̃ in cãticis sponse q̃ q̃ predixerat. Ascẽdam in palmã: et apprehendam fructus eiꝰ. Crux xp̃i/siue fides: crucis palma est/victoria est. Hec est victoria que vincit mundũ: que triumphat principem huius mũdi. Plane mors destructa est: ⁊ qui habebat mortis imperium, victus ⁊ electus est. Hanc palmam ascendit qui in cruce suspẽsus est xp̃s iesus de quo hesdras ꝓpheta predixerat. vnxerat me nõ sicut patrem qui liberauit nos de terra egypti stantes ante tribunal iudicis humiliasti me suspẽsum in ligno: ⁊ morti tradidisti me. De hoc eodẽ moyses legislator. Erit (inquit) vita tua pendẽs ante oculos tuos. Crux cum esset olim patibulum damnatorum: fructus illius erant timor/horror/ignominia/et mors. Ex quo vero xp̃us ascendit in palmam: ex quo agnus innocens ascendit victoriose in crucem: mutati sunt fructus eius. Et vbi ꝓius erant timor/horror dolor/ignominia/⁊ mors: ibi hodie apprehendi possunt pax/honor/iocunditas/vita/et gloria. Crux que olim fuerat extreme vilitatis, et exquisite damnationis supplicium: hodie eleuata est in magnificentia et

gloria. Et de tormẽtis latronũ translata est ad frontes imperatorũ ⁊ regũ: ⁊ ad capita summorꝰ pontificũ. Multi et admirabiles sunt fructus crucis: venite ad eã omnes q̃ laborãtis ⁊ onerati estis, q̃ lapsi ⁊ cõfracti/⁊ collisi estis. Quid ei ita lapsos reparat: quid ita fractos cõsolidat: quid ita peccatũ interficit: quid ita potẽtiã hostis euacuat: quid ita oẽm in hoie malitiã crucifigit: Michil dulcius/michil acceptius/michil amabilius aut suauius est illis xp̃e q̃ te diligũt: ⁊ q̃ ꝓ amore tuo mortificationẽ crucis in sua carne circũferũt. O altitudo diuitiarũ sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei: q̃ incõprehẽsibili ⁊ ineffabili artificio charitatis xp̃s in cruce cruciatus eternos extinxit: de morte et miseria humana, vite ⁊ salutis cõfecit antidotũ: vt miseria miseriã absorbeat/vt mors mortẽ deglutiat: ⁊ totꝰ homo bñficio passionis xp̃i in gratiã ⁊ gloriã impassibilitatis assurgat. Hec sunt mysteria: hec sunt beneficia crucis: hec est que eduxit filios israel de egypto, que nos ab eterna captiuitate redemit. Hec est virga que devorauit draconeꝰ pharaõis: hec est que aquas de petra eduxit: qꝛ de corde lapideo penitentiales lachrymas effluere facit: hec est que dulcorauit aquas marath: qꝛ omnẽ dolorem suauissimũ facit dñice memoria passiõis. Crux equidem nobis est archa testamenti. Hec est nobis ꝓpiciatoriũ exauditiõis/vexillum salutis/titulus sanctitatis. Spes victorie/fedus ⁊ archa diuine gratie/caracter xp̃iane militie/ fundamentũ fidei/subuersio inimici/spoliatio inferni/ scala celi/ianua paradisi/releuatio lapsorũ/ clausorũ apertio/consolatio afflictorũ/tutela corporum/armatura spirituum/salus viuentium/vita mortuorũ/ liberatio captiuorũ/humilium cõsolatio/⁊ delectio superborꝰ/ turris dauid/specula syon/generalis omnium salus/ vnicum omnium, ⁊ cõmune refugium. Super omnia xp̃e iesu te nobis amabile facit passio tue crucis: hic ostendisti q̃tum nos dilexeris. Maiorem eñ caritatem nemo habet, vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis. Passio tua omnes euacuãs passiones: ꝓpiciata est omnibus iniquitatibus nostris. Michil adeo fratres ad mortẽ est: q̃ mors xp̃i non sanet. Ipse redemit per misericordiã suam israel ex omnibus iniquitatibus suis. Qñ apud dñm misericordia: et copiosa apud eum redẽptio. Sed quid faciet xp̃s inter lachrymas matris sue/⁊ discipulorũ dolentium/ ⁊ suspirantium: inter opprobria exprobrantiũ ⁊ dicẽtium: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere? Si filius dei est, descẽdat nũc de cruce: ⁊ credimus ei. Petrus dicit. Propitius sis tibi dñe. Et discipuli. Nos sperabamus q̃ ipse esset redempturus israel. Judeus exultat ⁊ insultat ei: atq̃ ceteris discipulis fugiẽtibus petrus desperat et negat. Elsq̃ quo peccatores dñe: vsq̃quo peccatores gloriabũtur? Tu qui respicis terram/et facis eam tremere, ostende potentiam tuam: vt sciant gẽtes qm̃ est nomen tibi dñs/ tu solus altissimus es in omni terra. Porro dum vendit/et dũ traditur/dum ligatur/dum flagellatur/ dum cõspuitur/ dum damnat/dum crucl affigitur/dolorũ et miseriarum suarum oblitus, sed misericordiarũ recordatus: Pater (inquit) ignosce illis: qꝛ nesciunt quid faciunt. Jesu/iesu volat irreuocabile nomen tuũ non reuertetur ad te vacuũ, sed faciet ad quod misisti illud. O q̃ multus es ad ignoscendum dñe. Judei clamant crucifige: tu clamas ignosce. O q̃ magna est multitudo dulcedinis tue dñe. O q̃ cõfirmata est super nos misericordia tua dñe. O bone iesu/o benigne/o amabilis/o desiderabilis/o suauis/ o dulcis/ o amor deus/ o caritas deus: q̃ dulci/q̃ desiderabili torrente voluptatis potabis eos qui te diligunt, qui sic odientes ⁊ crucifigẽtes te perfundis oleo misericordie. Sane nõ est a seculis facta oratio ita oportũa/ ita temperata/ ita tẽpori ⁊ necessitati accõmoda. Nam in ipa eleuatione manuũ tuarum iesu, cũ sacrificium matutinum in vespertinum transiret, in ipsa virtutem incensi q̃ celos ascẽdebat/terram operiebat/ inferos respergebat/exaudiendus ꝓ reuerentia tua clamas. Pater ignosce eis qꝛ nesciũt quid faciũt. In ira plebis iudaice seuiẽtis suam dñs auertit iram: et effudit gratiam. Hoc verbũ gratie/ verbũ misericordie semper habendum in corde/semper habendum in ore. Pater ignosce eis ⁊c. Ania mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Nõne deo subiecta erit anima mea? ab ipso eñ salutare meũ. Et iam sapiens et intelligens misericordias dñi, securus sum: qꝛ quem habebam iudicẽ habeo aduocatũ. Pater (inquit) ignosce. Quid anima mea meroꝛe cõsumeris? Quare tristis es anima mea ⁊ quare conturbas me? Nunquid cõsiliarius non est tibi? Nũquid resina non est in galaad/⁊ medicus nõ est tibi. tu qui tam pacifice locutus es crucifixoribus tuis: loquere dñe quia audit seruus tuus: loquere pacem in plebẽ tuam. Da voci tue vocem virtutis. Sana animã meã: quia peccaui tibi. Dic anime mee salus tua ego sum: tu qui es summe bonꝰ, siue quo nullus bonus: q̃ es (sicut apostolus dicit) ymago patris/ forma pulchritudinis/ signaculum sanctitatis: signa cor meũ sub custodia tua deꝰ cordis mei/⁊ pars mea in eternũ. Signa omnes qui signum crucis adorãt/et te adorando honorant: qui es honor/virtus/⁊ sapientia dei/iustitia/⁊ redemptio/⁊ sanctificatio nostra iesu xp̃e: qui es benedictus in secula seculorum. Amẽ.

¶ Sermo. xviij.

Cum surrexisset iesus a cena: misit aquã in peluim ⁊c. Initio quadragesime nobis a dño datum est in mandatis/ vt ieiunãdo lauaremus facies nostras. Hodie idem dñs in scola euangelice disciplinę verbo ⁊ exẽplo nos docet inuicẽ pedes nostros abluere. Nã cũ ad ymaginẽ suã creator nos fecerit/per primã preuaricationem deformata est in nobis ymago celestis. Ideoq̃ lachrymis pnialibꝰ abluẽda est: vt sicut ꝓ culpam terreni hois ymaginẽ portauimus: ita per penitẽtiam ad celestis ymaginẽ reformemur. Michil adeo in nobis deformatum est q̃ penitẽtia non abluat/ et

reformet. Apostatauerat petr⁹: sed apostasiam eius lachryme deleuerũt. Beatrix illa peccatrix septẽ possessa demonijs, lachrymarũ bñficio liberaꝫ. Lachryme samuelis veniam impetrauerũt. Lachryme oculos thobie aperuerunt: et ab eius nuru demoniũ expulerunt. Lachryme vniuersitatis auctozẽ ad lachrymas compulerũt: atq; suscitationem lazari meruerũt. Ve sunt aque calide, quas inuenit ana filius sebeon: cum custodiret asinos patris sui. De quibus ꝓpheta dicit. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: qꝛ nõ custodierũt legem tuam. Quia tamen nõ possumus euitare quin de puluere humane cõuersationis aliquid cõtrahamus: ꝑcipimur pedes abluere, vt post tẽpus penitẽtie iam peracte nõ solũ a criminalibus, sed etiã a venialibus omino purgeꝫ finis et cõsummatio vite nostre: que ꝑ pedes significaꝫ. Sicut ꝓpheta cõmemorat. Sordes (inquit) in pedibus suis, nec recordata est finis sui. Jesus ergo purgationẽ faciens: cũ iam discipulos suos gratia ꝛ sermõe mũdasset (sicut ipse dicit) mũdi estis, ꝓpter sermonem quẽ locutus sum vobis. Alibi etiam qm̃ iudas cũ eis adhuc erat, dixit. Mũdi estis, sed nõ omnes. Surgẽs ergo a cena, ꝛ precingens se lintheo: misit aquam in peluim ꝛc. Cena hec mensa dñi est: que nobis apponitur ad custodiã ꝛ defensionem aduersus malicias inimici. Posuisti (inquit) in cõspectu meo mẽsam aduersus eos qui tribulant me. Triplex mensa est. Prima moysi in deserto: de qua dictum est. Facies michi mẽsam de lignis sethim: ꝛ inaurabis eam auro purissimo. Secunda est xpi in seculo: de qua apostolus. Nõ potestis cõmunicare mense xpi, ꝛ mense demoniorũ. Tertia est totius trinitatis in celo: de qua vitas dicit. Vt edatis et bibatis super mẽsam meã in regno dei. Huic mense nõ cõmunicat, nisi qui a cũctis criminalibus sunt ablu-ti. Vnde et apostolus dicit. Habemus altare de quo nõ habent potestatem edere, qui tabernaculo deseruiũt. Tabernaculũ carnis nostre domus est: tabernaculo itaq; deseruiunt fornicatores, adulteri, ebriosi, gulosi: et ceteri qui curam carnis in desideriis agunt. Sũma equidẽ cautela vtendum est: vt digne accedamus ad mẽsam. Sicut scriptũ est. Cũ sederis ad mensam diuitis diligẽter attẽde que tibi apposita sunt: et appone cultrũ gutturi tuo: ꝛ scito qꝛ te eadem oportet preparare. Et hoc est qd̃ propheta tangit dum dicit. Pone mẽsam: cõtemplare in specula comedentes et bibentes. Discreta speculatiõe, ꝛ diligenti consideratione pensanda est huius dignitas sacramẽti: de quo apostolus dicit. Magnũ est sacramẽtũ pietatis, manifestatũ in carne, iustificatũ in spiritu, apparuit angelis, predicatũ est gentibus, creditum mũdo, assumptũ in gloria. Nil hic simulatũ, nil vilificatũ, nil fictũ, nichil penitus obũbratũ. Magnũ est hoc sacramẽtũ dicit apostolus. Vere magnũ, qꝛ magnũ preciũ mũdi, preciũ imprecia bile, super omnẽ estimationem, super omnẽ intelligẽtiam, super oẽm eminẽtiam. Quicquid in eo est vitas est, et quicq̃d in eo patet est quid patet. Nam sub specie visibili totus xps absconditus est, posuit tenebras latibulum suũ. Vnde et ad eum ꝓpheta loquens. Vere deus absconditus est: tu es rex israel saluator. Prius absconditus fuit in sinu patris a quo descẽdit: postea abscõditus in forma serui quam suscepit: nunc absconditus in sacramento, quod ipse hac eadem die instituit. Veritatẽ ergo rei percipimus sub quodã velamẽto speciẽi: sub quodam cortice sacramẽti. Et hoc est forte qd̃ esayas dicit. Pulli asinorum qui operantur in terra mixtũ imgina comedent. i. ordeũ cum palea, veritatem scilicet sub figura. Nunc quasi paleis pascimur, ꝛ non satiamur: sed erit cũ videbimus eum facie ad faciẽ. Sicut scriptũ est. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Xps est qui quasi pignus ꝛ arrã sue dilectiõis, et obsidem caritatis sue sacramentũ illud saluberrimũ instituit ꝛ reliquit. Hoc est (inquit) corpus meũ. Nullꝰ queso hic dubitet, audiat quis loquaꝫ, credat potius xpo q̃ sibi: vt sit cũ deo creditus spiritus eiꝰ. Abneget semetipsum: nec sequatur oculũ ratiõis humane: qꝛ lippus est. Sequatur xpm fide, et spe, qui est veritas et vita. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum ꝛ pijce abs te. Spiritus sanctus in simplicitate fidei, nõ in argumẽtis ratiõis humane vult nos saluos fieri: sicut scriptum est, ꝛ cũ humilibus sermocinatio eiꝰ. Propheta dicit. Nisi credideris nõ intelliges: sed ꝛ fides scientiam habet. qd̃ manifeste habes in iob. Scio qꝛ redẽptor meus viuit: ꝛ in nouissimo die de terra surrecturus sum. Scio (dicit martha) qꝛ quodcũq; poposceris a deo dabit tibi deus. Et de fratre loquens. Scio (inquit) qꝛ resurget in resurrectione in nouissimo die. Et paulus. Scio cui credidi: et certus sum qꝛ potens est depositũ meũ seruare in illum diem. Passionem xpi euacuãt, totumq; negociũ nostre redemptiõis irridẽt: qui cum summa humilitate ꝛ diligẽtia nõ attendunt cum q̃ta reuerẽtia caro ꝛ sanguis xpi debeat confici, q̃ deuote tractari, q̃ sancte suscipi, q̃ industrie dispẽsari. Si enim (vt verbo apostoli vtar) sanguis hyrcorũ, aut tauroꝝ, ꝛ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationẽ carnis: q̃to magis sanguis xpi qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit deo, emundabit cõscientiam nostram ad seruiendũ deo viuẽti? Nec vero de sacramẽto altaris, ꝛ de missa, ꝓposui: qꝛ hodie huius sacramenti institutio facta est: hodie (vt ita dicam) missa nata est. Vnde et quasi in die sui natalis missa elegãtiore cultu, ꝛ cum multitudine, et diuersitate sacerdotum circunstantium celebratur. Sicut scriptũ est. Constituite diem solennẽ in condensis vsq; ad cornu altaris, idest in multitudine sacerdotũ vsq; ad virtutem ꝛ efficaciam sacramẽti. Qui ergo lauatis hodie pedes: facite vt lota sit facies preuaricatiõis antique. Alioquin vobis iudiciũ mortis eterne manducatis ꝛ bibitis: si nõ dijudicãtes corpus ꝛ sanguinem xpi, ad eum accedatis. Sed nec desperetis: habetis petrum, habetis paulum, habetis publicanũ et chananeam: habetis et illam nominatissimam

peccatricẽ exempla penitẽtie: habetis xpm exemplũ misericordie, fontẽ gratie, inexhaustum fontem positum in ablutionem peccatoris ꝛ menstruate: qui nos abluat, qui nos ad mensam suam recipiat, ꝛ seipsum nobis in sua mensa cõmunicet: in hac vita viaticum, et in futuro plenitudinem desideriorũ christus iesus, cui est honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xix.

Spiritus oris nostri xps dñs captus est in peccatis nostris: sub vmbra eiꝰ viuemus. Verba sunt hieremie ꝓphete. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat, et intellectũ dat paruulis. Passionẽ enim xpi quam moyses nunc in serpente eneo, nunc in agno paschali, nũc in vitula rufa typice presignauerat: hieremias apertissima verborũ insinuatiõe demõstrat. Spiritus oris nostri per quem speramus, per quẽ loquimur, per quem viuimus, per quem sumus, captus est in peccatis nostris. Nostris nõ suis: qꝛ que nõ rapuit exoluit. Et hoc est qd̃ alius ꝓpheta dicit. Laborare me fecistis in iniquitatibꝰ vestris: et in cruce pendens poterat dicere homini. Vie tue ꝛ iniquitates tue fecerũt hec michi: vt tumentũ factus sum apud te. Si oneratus es, alleuiabo te: ꝛ portabo onus tuũ, vt in meipso impleam legem meam. Sicut scriptum est. Alter alterius onera portate: ꝛ sic adimplebitis legem xpi. Ponam dorsum ad onera ꝛ flagella. Si venũdatus es sub peccato, ego tãq; vile mancipiũ, aut vile tumentũ vendi me permittam, vt habeas preciũ redemptiõis tue. Si per lignũ perditus es, per lignum te redimã. Si per peccatũ perditus es, aut dãnatus: ego faciam me peccatũ, vt damnem de peccato peccatũ. O q̃ta superbia viri, o q̃ta humilitas dei. In humilitate (inquit) iudicium eius sublatũ est dicit esayas. Et subiungit. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est: ꝛ sicut ꝛc. Sic ergo ecõuerso modo figuratiuo: oblatum est vnum ꝓ omnibus holocaustũ. Holocaustũ sanctũ et rationabile: in quo odor vite, sapor gratie, rectitudo glorie. Ablata est ab homine oris materia ingratitudinis: dicebat homo creatus et nõ redemptus. Quare seruiam creatori meo? Quid ꝓ me fecit? Si me creauit, creauit boues ꝛ asinos: et cetera vniuersa. Quid ꝓ me fecit? Dixit et factus sum: iam non potes hec dicere ferue neq̃. Sustinuit ei pro te insidiatores in factis: exprobratores in verbis: sputa, flagella, lanceam: ꝛ ad vltimũ mortem crucis. Iam obstructũ est os loquentium iniqua: nec certiora potuit dñs argumenta ostendere caritatis. Maiorẽ (inquit) caritatẽ nemo habet vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis: finalẽ ꝛ consummatissimã caritatem exhibuit ꝛ patri, et nobis, et nos saluans, et mandatum patris obseruans. Sicut scriptum est. Omnis cõsummationis vidi finem: latum mandatũ tuum nimis. Ideo legalia cõsummans, ꝛ imperium mortis terminans: dicit consummatũ est. Super oia te nobis amabilem facit iesu xpe crucifixio tua. Si ad negociũ nostre redemptiõis aliud mortis genus eligisset: minus sufficiens videbaꝫ. Dic totus homo redimitꝰ, dolet caput spinis spissum, dolent manus clauis infixe, dolet latus in ligno dure xpi cum ꝛ lancea perforatũ, dolent tibie, dolent pedes, vt possit dicere O vos omnes q̃ transitis per viam: attẽdite si est dolor sicut dolor meus. Adhoc xpi opus sine exemplo, caritas sine modo, donũ sine precio, gratia sine merito. Gloriatur gẽtilis in desiderio anime sue: gloriatur xpianus in dñi sui cruce. Absit michi gloriari, nisi in cruce dñi nostri iesu xpi. Paulus rerũ optimus estimator se michil existimat scire: nisi iesum xpm et hunc crucifixũ? Et quid tam piũ, tam salubre, tam memorie infigẽdũ sicut crucifixio xpi? Quid est qd̃ sic peccatum interficiat, virtutẽ corroboret, ꝛ omnẽ maliciam crucifigat? Xps ei manibus proprijs peccata nostra cruci affixit: ꝛ vt redimeret hominẽ miserũ, post multitudinem miseriarũ seipsum sacrificiũ obtulit vespertinum. Crucifixũ crucifigebat veterem hominẽ cum actibus suis: crucifigebat mundũ in electis suis. Crucifigebat paulum mũdo: et mundũ paulo. Vos autẽ quibus mũdus crucifixus est: ꝛ vos mũdo: vos (inq̃) decet ꝛ ad passionem vestram spiritaliter spectat nichil penitus scire nisi iesum xpm ꝛ hũc crucifixũ: partibus quidem stultitiam: nobis autẽ ꝛ alijs qui saluti fiunt dei virtutẽ, ꝛ dei sapientiam. Aliqui sunt forte qui crucem xpi in habitu bajulant: sed eam in corde, vel in corpore nõ portant. Isti sunt qui luxuriãtur in cruce dñi, ꝛ isti non habent thau in frontibus suis: nec circũferunt stigmata in corporibus suis. Qui autẽ sunt xpi: crucifixerunt carnem suam cũ vicijs ꝛ concupiscentijs. Isti non timent aduentũ angeli percussoris. Vera scientia ꝛ summa hec nobis sit scire christũ crucifixũ: qui sacius est nobis a deo non solũ sapientia, sed iustitia, ꝛ sanctificatio, ꝛ redemptio. Vere redemptio: et adeo copiosa, vt et ipse redimat israel ex omnibus iniquitatibus suis. Passio enim ꝓpitiata est omnibus iniquitatibꝰ nostris. Sanguis abel clamat vltionẽ: sanguis xpi clamat redemptionẽ. Hic est enim sanguis agni immaculati: cũ quo semel ingressus est summus pontifex sancta eterna redẽptione inuenta. Conscissus est hodie saccus, in quo erat preciũ nostre redemptionis: cõscissus est saccus nostre immortalitatis in xpo, vt miserijs circũdatus nos miserico rdia ꝛ letitia circundaret. Conscidisti (inquit) sacum meũ ꝛ circũdedisti me letitia. Hunc saccũ sapientia texuit nouem mẽsibus in aula virginis: hunc in iordane lauit: in passione tersit: in cruce siccauit. Et sic de sacco vestem gloriosam sine macula ꝛ ruga composuit. In hoc sacco latuit xps triginta duobus annis, vt operaretur salutẽ in medio terre. Semper posuit tenebras latibulum suũ. Certe nõ solum in latibulo, sed etiã in patibulo ibi abscõdita est fortitudo eius: nam si christum cognouissent: nũq̃ dominũ glorie crucifixissent. Filij hominum vsq; quo graui corde: o tardi, o ceci, o omniũ bestiarum bestialissimi, non fuga demonum, non languorum sanatio, non suscitatio mortuorum,

non obtenebratio solis/nõ scissio lapidum/nõ predictio futurorum duriciam iudeorꝫ ad fidem conuertit. Sed nec multorũ corda qui xpm psitentur contritione ad penitẽtiam scidit. Iudei crudelissimi homicide immo(vt loquar expressius)deicide, qui in xpm dñm manus sacrilegas iniecerũt: non sunt ea cõtenti malicia vt affligant dñm in patibulo crucis, nisi contumelijs affligat/ꝛ saturet opprobrijs. Ipse autẽ quasi homo sine adiutorio nũc de caypha ad pylatum: nũc de pylato ad herodẽ ductus: ꝛ ab eo cõtemptus irridet/ cõspuit/flagellat/crucifigit/et crucifixo improperat. Vah qui destruis templũ dei ꝛc. Si rex israel est, descẽdat nũc de cruce: et credim⁹ ei. Quid põt/aut quid debet facere xps: timendũ est ne descendat. Videt ex vna parte matrẽ suam flẽtem: cuius aiam pertrãsiuit gladius passionis. Videt ex alia parte discipulũ stantem, quẽ diligebat: videt mulieres illas plãgẽtes, que secute erant a galilea: videt ꝛ audit petrum suggerentem ei/et dicentẽ: Propitius esto tibi dñe. Audit aduersarios exprobrãtes et dicẽtes: Si filius dei es, descende nũc de cruce ꝛc. Quomodo non descendat/vt ostendat se esse filiũ dei: ꝛ satisfaciat vniuersis. Propicius esto tibi dñe dicit petrus: nolit te morti exponere: non decet te sicut hoiem peccatorem mori: cum sis deus et filius dei viui. Aduersarius noster es petre. Vade retro/ non sapis que dei sunt: non impedias beneficium ex dispẽsatione redemptionis humane. Nisi granum frumẽti cadẽs in terra mortuum fuerit/ ipsum solũ manet. Sed et tu bone iesu nõ acquiescas consilio petri. Desperat/ꝛ negat: ideo consulit vt crucem ascendas. Imple mensurã caritatis/imple debitum obedientie. Nõ est plena obedientia, nisi sit vsqꝫ ad mortẽ. Non est holocaustũ: nisi totum incẽdas. Non bene offers hostiam: nisi caudam hostie offeras. Vbi est xpe qõ de te legit: qꝛ cum dilexisses tuos/vsqꝫ in finem dilexisti eos. Si prius deponis crucem ꝯ aiam: vbi est caritas quã predicasti. Adiorẽ hac nemo habet ꝛc. Non te mouent opprobria exprobrãtium: adhuc respõdebis exprobrãtibus verbum, adhuc videbunt in quem pupugerũt, adhuc implebis facies eorũ ignominia: ꝛ querẽt te/ꝛ nõ inuenient. Si rex israel es, dicunt impij, descẽde nũc de cruce ꝛc. Generatio hec praua signũ descensionis querit, et nõ dabitur ei nisi signũ ione. i. signũ resurrectionis. Adaius signum est ꝯ inter mortuos liber de monumẽto exiuit clauso/ꝯ si de patibulo descẽdisset. Imple igitur magnũ hoc sacramẽtum pietatis. Sicut apostolus dicit. Qõ absconditũ fuit a seculis imple ꝓmissiones patrum, imple patris obedientiam, imple legẽ: nõ est alius qui redimat, non est qui saluum faciat: turpe tibi esset incipere et non cõsummare: iam incepisti: iam emanat de fixura clauoꝝ/ꝛ de apertura laterum sanguis vue mera cissimũ mustum habẽs ꝓbatum, preciosum de vinea sorech/sorculari passiõis expressum. Iam emanat oleum misericordie/emanant aqua ꝛ sanguis: vt ex his fiat collirium oculorũ nostrorum. Per foramina clauorum video qꝛ deus est in xpo mundũ reconcilians sibi. Ferrum(inquit)pertransiuit animã eius, et appropinquauit cor illius: vt iam videamus q̃ in corde ipsius patent archana cordis: p̃ foramina corporis patẽt viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Propheta qui nondum per rimas ꝛ fixuras clauorum introspexerat, miratur ꝛ dicit: Quis nouit sensum dñi: aut quis consiliarius eiꝰ fuit? Lancea michi aperuit secretum dñi: de quo predixerat per esayam. Secretũ meũ: secretũ meũ michi. Aperit michi lancea/aperit michi clauis, ꝯ suauis est dñs. Sub vmbra eius viuemus inter gentes: vmbra xpi, caro est xpi. Vmbra xpi, fides xpi est: fides obũbrat michi, caro obũbrat virgini matri. Sed ꝛ caro ipsa michi obumbrat quodãmodo: dum suscipio veritatem carnis in sacramento. Nunc in vmbra eius viuimus inter gẽtes: erit quando in luce eius viuemus inter angelicas potestates. Prius fuimus in vmbra mortis: nũc sumus in vmbra vite. Sicut sponsa in cãticis dicit: Sub vmbra illius quem desideraui sedi. Erit quando spes trãsibit in rem, fides in veritatis certitudinem/vmbra vite in lucẽ. Tunc poterimus dicere: Si cognouimus xpm ꝓm carnẽ, sed iam nõ nouimus: tunc eũ videbimus eum non in diademate quo coronauit eum nouerca, aut mater eiꝰ: sed in diademate quo coronauit eũ pater suus in splẽdoribus sanctorũ/quasi regẽ in decore suo/ quasi vnigenitum a patre: qꝛ in patrica equalitate: ad cuius visiõis gratiam nos perducat qui captus est in peccatis nostris: vt nos ab eterna capitulitate redimeret xpo iesus, cui sit honor ꝛ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xx.

Vnciauerunt filij iacob patri dicẽtes Joseph filius tuus viuit: ꝛ dominat in tota terra egypti. Iacob ho quasi de graui somno euigilans: Iho(inquit) ꝛ videbo filium meũ antequꝫ moriar. Multorũ viscera sepe cõcussit ꝛ cõmouit ad lachrymas hystoria de ioseph: sꝫ hystoria iam nimis trita est/ꝛ pre nimia vetustate multis vsa est in tediũ. Tota hac quadragesima audiuimus de abraham/de ysaac/ de iacob/ de esau/ et ceteris antiquis patribus. Vnde ꝛ aures nostre tinnitũt: sed longe gratior est nouitas ꝯ vetustas. Accedat nouus vt veterem redimat: nouus thobias vt veterẽ illuminet: nouus ioseph, immo nouus ꝛ ofa innouãs iesus, vt veterem ioseph de egypto educat. Dulcius michi sapit iesus ꝯ ioseph. Resurgit hodie xps a mortuis vitam in nobis suscitans/ꝛ destruens regnũ mortis. Hic est ionas qui a ceto absorptꝰ/ꝛ vite iterũ redditus penitentibus predicatiõis verbum annũciat. Hic est neemias q̃ muros hierusalẽ reparatꝰ, nocte rimas eiꝰ visitat. Hic est sanson q̃ media nocte surgens, portas gaze eiuitatis asportat. Hic est helyseus q̃ mortuus mortuũ tactu resuscitat. Hic est helyas q̃ cũ de torrẽte in via bibisset, exsiccatus est torrẽs: qꝛ cum xps de torrente in via bibisset, absorpta est mors in victoria.

Vbi est mors victoria tua? Deo autẽ gratias qui dedit nobis victoriã a peccato ꝛ morte: vt sicut christus resurgens a mortuis iam nõ moritur: ita christianus a morte peccati resurgẽs a pctõ: iterum non moriatur sed sit vita eius abscondita cum christo in deo. O ꝯ vera ꝯ magnifica cõminatio illius qui dicebat. Ero mors tua o mors: mortẽ pro omnibus gustans omne imperiũ mortis absorbuit. nam sicut apostolus dicit. Si spiritus christi habitat in nobis qui suscitauit christũ a mortuis: viuificabit et mortalia corpora nꝛa ꝓpter ihabitantẽ spiritũ in nobis. Mortuus est(inquit apl's) christus ꝓpter delicta nostra: ꝛ resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã. resurrexerit, sed semel ꝛ simpliciter vt nos dupliciter resurgamus. Prima resurrectio nostra est a pctõ: vt iam peccatũ non dominet in nobis. Secda erit in corpore, cũ corpus hoc mortale, ant male, ignobile, terrenũ ꝛ luteum configurabitur corpori claritatis xpi. De prima resurrectione scriptum est. Exurge qui dormis exurge a mortuis: ꝛ illuminabit te xps. Prima quidẽ desiderabilis est: sed desiderabilior est secunda: in qua dabit duplex stola. Ideo propheta dicit: Sitiuit in te anima mea: ꝯ multipliciter tibi caro mea. Verbũ iohannis est: beatꝰ ꝛ sanctus est qui habet partẽ in resurrectione prima. Ille qui dicit ego sum resurrectio ꝛ vita: hodie resurgẽs a mortuis nos erigit in spem vite, ꝛ certã expectationẽ glorie filiorꝫ dei. Exultabo igitur/quia hec est dies in qua exultare precipimur. Hec est(inquit)dies quã fecit dñs, exultemus ꝛ letemur in ea. Eram nudiustertius tristicia ꝛ merore confectꝰ: ꝛ aspicẽs christũ mortuum, erã quodã desperationis frigore congelatus: ꝛ quodãmodo mortuꝰ, sed recaluit cor meũ intra me. ꝛ audito quia resurrexit dñs, cor meũ ꝛ caro mea exultauerunt in dñm viuum: quẽ prius plangebam crucifixum ꝛ mortuũ. Exultemus ergo in deo iesu nꝛo: nec obdormiam⁹ in morte. Mimis eñ mortuus est somnoꝫ letali sepultꝰ qui non vigilat orto iam sole. oculos ei peccati sopore grauatos reuerberat sol nouus resurgens ab inferis. Hec est dies q̃ nõ vesperascit: qꝛ non occidet vltra sol eius. Hic est qui nobis diẽ eternitatis reserat: qui ideo semel occidit/vt semel superoccasum ascendat, et vt oriatur in cordibus nostris nec sit qui se a calore eius abscõdat. Calor siquidem desiderij et amoris sui quo sanctorum corda christus illuminãdo vehemẽter accendit: eos vigilare ꝛ excubare ad imperiũ suum facit. ꝛ tales sunt qui inueniũt eum. Ego eñ diligentes me diligo: ꝛ qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Maria magdalena inuenit iesum/ quia vt inueniret excubabat ad monumentũ cum adhuc tenebre essent. Nonne merito illi cõueniunt verba illa, ꝓphete: anima mea desiderauit te in nocte: sed et spes ꝛ mens in precordijs meis de mane vigilauit ad te. Et illud. Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Qui vigilanter ꝛ sollicite querũt dominũ dum adhuc tenebre sunt/inuẽto dño dicent in iubilo cordis. Deꝰ dñs et illuxit nobis: repleti sumus mane misericordia. Exultauimus ꝛ delectati sumus. Proculdubio exultabant ꝛ delectabanẽ se inuenisse dñm qui dicebant. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueret ꝛ aperiret nobis scripturas? Inuenerat illos xps igne fidei destitutos: inuenerat eos quasi carbones desolatorios fumantes potius ꝯ flãmantes. Nonne fumus erat qõ dicebant: ꝛ nos iperabamus q̃ ipse esset redẽpturus israel. Verũtamẽ ille qui venit illum mittere in terram: ꝛ voluit vt arderet cor ardens faciebat in istis: ꝛ quasi gestans lumen in manibus suis eis aliquãtulũ innotescere ꝓmittit: dũ eum cognoscunt in fractione panis: et statim ab eorũ oculis euanescit. Sunt aliqui vestrũ quibus frequẽter accidit: q̃ dũ ad mẽsam altaris accedũt, ad sepulchrũ xpi cũ maria magdalena xpm desiderio/ac deuotiõe inueniunt tenentes pedes eius: sed quia in cordꝛ eorum nondum plene ascẽdit: eum tangere non presumunt. Sepe etiã accidit nobis dũ de loco ad locũ ꝓcedebatis: cor vestrũ erat ardens in vobis de iesu cũ loqueret ꝛ aperiret vobis scripturas. Scripturas eñ que prius obscure fuerant in legendo: vobis ex inopinato sepe xps reuelauit. Sic occurrit et aperit se christus his qui diligunt eum: ꝛ qui de eius resurrectione letãtur. Et hoc est forasse qõ ysaias dicit. Occurristi letãti ꝛ facienti iusticiã, in vijs tuis recordabitur tui. Ideo et nos ambulemus in via mandatorꝫ dei: et in vijs iusticie delectemur. Hodie nãq dñs ambulantibus in via glorã sue resurrectionis aperuit: ꝛ nos hodie ambulemus ꝛ cantemus in vijs dñi: quoniã magna est gloria dñi. Gloriã dico quã nobis cõmunicare dignetur: qui hodie de mortis ignominia in gloriã resurrexit christus iesus: cui sit benedictio ꝛ claritas et gratiarũ actio in secula seculorꝫ. Amen.

¶ Sermo. xxj.

Dignus est agnus qui occisus est aperire librum ꝛ soluere septẽ signacula eius. flebat iohãnes in apocalipsi: quia non inuenebat q̃ soluere septẽ signacula signati libri. Cum eñ iohãnes baptista qui maior erat inter natos mulierũ iam se publice iudicasset indignũ soluere corrigiã calciamenti: perinde erat ac si diceret. Non sum dignus soluere signaculũ libri. Nichil est aliud signaculum libri: ꝯ ligatura calciamenti. Vnus autem de seniorib̃us dixit ei: ne fleueris. Dignus est agnus qui occisus est accipere librũ: et soluere septẽ signacula eiꝰ. Sic est liber inuolutus sicut in ꝓphetia legitur scriptꝰ digito dei: in pergamino vteri virginalis. Liber iste in quo legũt angeli delectationes eternas. Septez fuerũt huius libri signacula. deus eñ gloriam sue maiestatis in carne abscõdens, pretium nostre redẽptionis quasi in sacculo cõsignauit. Nonne saccus fuit carnis mortalis assumptio? Posuisti(inquit)vestimentũ meũ cilicũ. Et iterũ Concidisti saccum meũ ꝛ circundedisti me letitia. In hoc sacculo attulit species preciosas, veniam peccatorum, profectum virtutũ, premiũ meritorꝫ. Nunc

saccum texuit diuina sapientia nouem mensibus: nã de illa legitur. Manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fusum. Nunc saccum in iordane lauit, in passione torsit, in cruce siccauit. Humanitas christi vocatur liber: quia in eo est scientia vite et discipline. Vocatur saccus: quia in eo absconditus ⁊ signatus thesaurus vite eterne. Fuit ergo vnũ signaculum vt non posset eius diuinitas cõprehendi, dispẽsatio virginis, corporis infirmitas, circũcisio, fuga in egyptũ, fames in deserto, humilitas crucis, sepultura, que licet sit vltimũ signaculum: multũ tamen claufit ⁊ abscondit de gloria diuine maiestatis. Hec omnia christus hodie soluit non rupit: nã oibus que ad dispẽsationẽ carnis assumpte ptinebant obedieter impletis: hodie de miseria humanitatis resurgit in gloriã deitatis. Oportebat siquidẽ christũ pati et resurgere a mortuis: et sic intrare in gloriã suam. Suã dico, immo et nostram. Non enim per aliud ostium intrabit caput, ⁊ per aliud membra. Volo (inquit) vt vbi ego sum: illic sit ⁊ minister meus. Exquo dicit volo, securus sum: qõ pro voluntate laboꝫ eius nõ defraudat eum pater. Sue igitur resurrectionis gloriã cõmunicabit nobis. Sicut enim propter iustificationẽ nostram mortuus est: ita resurrexit ppter nostram glorificationem. Prima resurrectio significatur ibi. Venit hora, et nunc est quãdo venient audient vocẽ filij dei: ⁊ q̃ audierint viuent. Quasi diceret. Qui modo mortui sunt ꝓ̃o et viuunt mundo: audient verbũ euangelij: et credendo ⁊ bene operando, suscitabuntur a morte peccati. De secunda habes. Venit hora, quãdo mortui qui in monumẽtis sunt/ audient vocẽ filij dei.Õ siquidẽ erit in voce archãgeli in nouissima tuba, quãdo christus ad iudicũ veniet: dabitq̃ voci sue vocem virtutis. Mali tunc resurgent in resurrectionẽ iudicij. Boni vero qui per primã resurrectionẽ iudicauerunt ⁊ iustificauerũt se: resurgẽt in resurrectionẽ vite. Iusti nunc iudicant se: ⁊ sic resurgunt a morte anime per iustificationẽ. Impij non timentes terribile iudicium: adhuc in imundicijs suis iacent. Sicut scriptũ est. Quia non resurgunt impij in iudicio: neq̃ peccatores in consilio iustoꝝ. Et qõ est consiliũ iustoꝝ: verbum ꝓphete est. Consiliũ meum iustificationes tue. Si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq̃ iudicaremur. Cũ aũt iudicamur a dño corripimur. ita vt nõ absq̃ et⁹ cura i hoc mũdo dãnemur. Ex hac clausula ꝑz qꝛ correctio alia est voluntaria: alia diuina. Volũtaria consistit in ieiunio et fletu ⁊ planctu: in vigilijs ⁊ disciplinis: in humilitate obedietie, ⁊ obseruantia disciplinę. Aliam diffinirem: sed hic laboꝛ est ante me. Percutit ⁊ flagellat dñs: nũc blande ⁊ misericorditꝛ: nunc iuste ⁊ intolerabiliter. O altitudo diuitiarũ sapientie ⁊ sciẽtie dei: q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, ⁊ inuestigabiles vie eius? Quis enim nouit sensum dñi: aut quis consiliarius eius fuit? Iudicia dñi q̃ byssus multa: quia in eis obscuritas ⁊ profunditas ifinita. Quis posset cõprehendere causam: cur iacob elegerit dominus et esau exprobrauerit? Unde hoc q̃ iudei a christo vocati: eum quidez non sunt secuti, sed psecuti? Tyrij autẽ ⁊ sydonij vocati quidẽ nõ sunt: et tamen eum secuti sunt. Semen bonũ iecit in terrã malam: vbi prenouerat semen conculcandũ et suffocandum. Et e diuerso: de terra sterili fructum collegit centuplũ. Unus ꝑ christi amore se ieiunijs, vigilijs, disciplinis a puericia vsq̃ in senectutẽ continue macerauit: ⁊ subito in pctõ mortali deprehensus ⁊ mortuus: sententiã ꝓpetue dãnationis incurrit. Est alius qui omni cõcupiscẽtie satisfaciens: ⁊ se ad omnia desideria effundẽs: inimicus dei ⁊ contẽptor anime sue postq̃ in stercore suo computruit: tandẽ vas electionis conficitur: alijsq̃ sanctitatis exemplum, et viuẽdi forma proponitur. Licet iudicia dei iusta sint: tamen abscondita est nobis eoꝝ iusticia: ⁊ ipse tam mirabiliter q̃ ineffabiliter tanq̃ circũspectus ⁊ prudẽs medicus infirmitatẽ quãdoq̃ vertit in medicinã. Vidimus enim aliquos qui cum essent pigri ⁊ tardi in via mandatoꝝ dei: ⁊ quasi retrogradi dispensante prudẽtia illius magni medici: multiplicate sunt infirmitates eoꝝ, postea accelerauerunt. Quia ergo vie illius exaltate sunt a visis nostris: et cogitationes eius a cogitationibus nostris: iactemus cogitationes nostras in eum: vt sit in eo conditus spiritus noster. Nam qui adheret deo: vnus spiritus est cum eo. Nemo timeat se deserere ⁊ christo committere: sciat quia is cui credit potens est depositũ eius seruare: ⁊ cum augmẽto restituere. Ipse est qui recipit fractum: ⁊ restituit integrum/ reformans diminutũ in plenũ, humile in sublimem, corruptũ in incorruptibilẽ, temporalem in eternum, terrenũ in celestẽ, miserũ in beatum. Timeo iudicium eius: et propter iniquitatẽ meam eius iusticiã reformido. Cum sit tamen iustus et misericors: eius misericordia superexaltatur iudicio. Ideoq̃ eius misericordie nos vniuersi ⁊ singuli cõmendemus: orates vt qui pro nobis iudicari sustinuit: in die tremendi iudicij nos ĩ sinu misericordie sue recipiat: ⁊ participes eterne resurrectionis efficiat christus iesus: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xxiij.

Omne qõ natum est ex deo vincit mũdum. Postq̃ filius dei factus est filius homis, ⁊ habitu inuẽtus vt homo: merito presumit ꝓ̃o de diuina generatiõe, nec abhoret de⁹ eorum fieri pater: quoꝝ christus sact⁹ est frater. A ꝓprio ne siquidẽ filij dei sumus: sicut iohãnes cuius verba hec sunt dicit. Quotquot (inquit) receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Pugna est inter nos ⁊ mundũ. nam sicut mundus odit christũ: sic odit et eos qui christi sunt. Nolite (ait) mirari si odit vos mundus: scitote quia me priorẽ odio habuit. Confidenter ergo credẽdum est q̃ qui ex deo sunt nati dei sunt: vincunt mundũ. nam ipe dicit: cõfidite quia ego vici mundũ. Adoptamur quidẽ a deo vt sit primogenitus in multis fratribus: vt sicut mundũ vicit, ⁊ nos

vincamus: vt sit argumentum celestis generationis victoria tentationis. Conformes facti imagini dei ꝑ adoptionẽ mundũ vincimus: sicut ille qui filius est ꝑ naturã. nam de sanctis, scriptum est. Sancti per fidẽ vicerũt regna. Sane ex fide est vita ⁊ victoria. Iustus (inquit) ex fide viuit. Petrus pastor ouium christi loquẽs de diabolo tanq̃ de leone rugiẽte. Resistite (inquit) ei fortes in fide. Vide quomodo sibi concinunt testimonia scripturaꝝ. Paulus dicit: sanctos vide vicisse regna. Petrus: principi mũdi resistendũ in fide. Ioannes: hec est (inquit) victoria que vincit mundũ fides nostra. Sequitur. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniã iesus est filius dei? Nonne mũdus vniuersus hoc credit? Nonne demones credũt et contremiscunt. Sed non est fides in eo qui fateꝛ se nosse dñm: factis autẽ negat. fides eñ sine operibus mortua est: nec intelligẽda est fides nisi sit i cordibus nostris ꝑ eum qui vita nostra est. De quo dicitur: Cũ autẽ christus apparuerit vita nostra: tunc et nos apparebimus cum ipso in gloria. Sequitur. Hic est qui venit per aquã ⁊ sanguinẽ iesus christus: ⁊ adhuc viã supereminentiorẽ ostendens/ spiritus est inquit qui testificatur, quoniã iesus est filius dei. Moyses venit in aqua, a qua et nomen accepit. Sed hic est plusq̃ moyses qui nõ venit in aqua tm̃: sed in aqua ⁊ sanguine. perhibet iohãnes sanguinẽ ⁊ aquã de christi latere profluxisse. Tertiũ dat testimoniũ spiritus veritatis, aqua baptismũ in sanguine martyrũ: in spirtu intellige charitatẽ, que diffusa est in cordibus nr̃is per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Licet quis baptismo vel martyrio vincat mundũ: nisi charitatẽ habeat nil est. Hec tria testionia credibilia facta sunt nimis: et beneficio charitatis/ que omnia ad vnitatẽ redigit et non solum tria: sed oia vnũ facit. Hec tria (inquit) vnũ sunt. Et notãdũ anteq̃ loquatur de tribus testimonijs que sunt in celo: premittit ⁊ dicit. Tres sunt q̃ testimoniũ dant in terra. Spiritus, aqua, ⁊ sanguis: ⁊ tres vnũ sunt. Vt ergo singula suo ordine prosequamur: pater dat testimoniũ in celo, qui olim loquens patribus in prophetis nouissime locutus est nobis in filio suo. Pater testimoniũ dat: cum filium suũ reuelat nobis. De hac reuelatiõe dicit paulus. qui me segregauit ab vtero matris me: et vocauit ꝑ gratiã suã vt reuelaret filiũ suum in me. De hac ipsa reuelatione loquens ad petrum dñs ait. beatus es symon bariona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Dat testimoniũ pater: cũ iesu baptizato ⁊ ascendẽte de aqua aperti sunt celi: et vox de celis audita est dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacuit. Et in trãsfiguratiõe Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacuit. De hac voce petrus in canonica epl̃a dicit. Voce delapsa ad eum huiuscemõi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo michi cõplacui/ ipsum audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de celo allatã: cum essemus cum ipso in monte sancto. In euãgelio iohannis de patris testimonio christus dicit. qui me misit pater, ipse testimoniũ phibuit de me. Et iohannes in canonica epl̃a dicit. Si testimonium (inquit) hominũ accipimus: testimoniũ dei maius est. et hoc est testimoniũ dei q̃ maius est: qm̃ testificatus est de filio suo. Perhibet filius testimonium dũ signis ⁊ operibus quis esset ostendit. Et cum diceret ego sum lux mundi, dicẽtibus phariseis, tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuum nõ est verum. Respõdit et dixit. Et si ego testimoniũ phibeo de meipso: testimoniũ meum verũ est: quia scio vnde venio ⁊ quo vado. Et item. In lege vestra scriptum est: quia duoꝝ testimonium verum est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso: et testimoniũ phibet de me qui me misit pater. Item. Est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis: quia deus noster est et non cognouistis eum. Quod autem dicit. Si ego testimonium perhibeo de me: testimoniũ meum non est verum, subintellige sine testimonio patris. Unde statim subiungit. Alius est qui testimoniũ phibet de me. Testimoniũ dat filius in mõte veritatem non negando. Unde paulus in prima epl̃a ad timotheũ: precipio tibi coã deo qui viuificat omnia: et christo iesu qui testimoniũ reddidit sub pontio pylato bonã confessionẽ vt serues mandatũ sine macula irreprehẽsibile. Dat testimoniũ filius resurgendo: ⁊ post resurrectionẽ se in multis argumẽtis manifestãdo: phibuit testimoniũ ascendẽdo in conspectu eoꝝ cũ q̃bus erat conuersatus. Sicut scriptũ est. Et vidẽtibus illis eleuatus est ⁊c. Reddidit ⁊ testimoniũ suum spũs sanctus a diebus antiquis quando ferebatur sup aquas eas tunc scẽtificans: vt nos postea sanctificaret in eis. Testimoniũ reddebat ꝓpl̃: etas inspirãs, futura prenuncians/ viamq̃ sanctoꝝ que nondũ fuerat prolata demõstrans. Sed ⁊ tpe visitationis nr̃e deus testimoniũ phibet cum beatã virginẽ supueniens visitat ⁊ fecundat: dum linguas ignea dispergit: dũ in vnitate fidei ⁊ in vnius dei preconiũ linguas vnit. Dant ergo testimoniũ pater, verbum, ⁊ spũs sanctus. Et hi tres vnum sunt. Unũ vnius essentie natura, vniusq̃ cõtestationis cõcordia. Tres autẽ sunt qui testimonium dãt in terra: spiritus, aqua, ⁊ sanguis. Iuxta opinionem acutius videntiũ: omnis qui spiritualiter viuit: spiritus appellaꝛ. Sicut paulus in prima epl̃a ad corinthios inquit. Qui adheret deo vnus spiritus est cũ illo. Et iohãnes in epl̃a sua. Nolite omni spiritui credere: sed ꝓbate spũs si ex deo sint: quoniã multi pseudo prophete exierunt in mundũ. In hoc cognoscitur spũs dei. Omnis spiritus qui cõfitetur iesum christũ venisse in carne ex deo est: et omnis spiritus q̃ soluit iesum ex deo non est. Ille autẽ soluit iesum qui ꝗ̃bis confitetur ⁊ operibus negat ipsum. Aqua phibet testimoniũ cum quis post baptismũ spiritaliter viuẽs: seruat innocentiã quã in regeneratione suscepit/ vel post baptismum lapsus/ aqua penitentiali se abluit. Iste testatur et sanctificatur: qm̃ christus est veritas.

Sed et christum sanguis martyrum publice confitetur. Sic ergo spiritus iustorum, aqua penitentiū, sanguis martyrū testimoniū dant in terra christū esse veritatē, vna voce vna ꝓfessione clamātia. Ipsi etiā demones vellint nolint testimoniū reddunt christo. Clamant eñ in matheo et dicunt. Quid nobis ⁊ tibi iesu fili dei? Venisti huc ante tēpus torquere nos. Et in marco clamāt immundi spiritus/ tu es filius dei. Et vehementer dñs criminabatur eis ne manifestarent illum. Et item in eodē marco alius demon. Quid mihi et tibi fili dei altissimi? Adiuro te p deū ne me torqueas. Et in luca. Exibāt demonia a multis clamātia ⁊ dicētia: quid nobis ⁊ tibi est iesu nazarene, scim⁹ quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat eos loqui: quia sciebant ipsum esse christū. In actibus etiā apostolorꝫ cum septē filij scene principis tētando nomen iesu sup demoniacos inuocarēt: et dicerēt singuli adiuro vos per iesum quē paulus predicat: immūdus spūs dixit eis. Iesum noui ⁊ paulū scio. Vos autem qui estis? Ecce demones reddentes testimoniū xpo: nō solū paulū sed christū se scire profitētur. Nos autē christiani nominis professores fidē quā profitemur verbis: operibus diffitemur. Qui per fidem mūdum vincere debebamus: p infidelitatē a mūdo vincimur. Et quid putas facturus est iudex ille terribilis in die tremendi iudicij cum viderit nos qui p baptismū ex deo nati sumus, degenerantes a patre nostro? Nōne dicturus est nobis: vos ex patre diabolo estis? Nonne dicturus est Ite maledicti in ignē eternum qui paratus est diabolo siue filijs eius? Caueamus ergo fratres ab hac auditiōe mala. Vincamus mundum, ne vincamur ab eo. Redeamus ad christū per penitentiā in fide ⁊ veritate: vt quos sibi adoptauit in filios/ faciat participes et heredes vite eterne christus iesus: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xxiij.

Videntibus illis eleuatus est ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorū. Hodie factum est germen dñi in magnificētia et gloria, ⁊ fructus terre sublimis. fructus terre, fructꝰ est vteri virginalis. Hodie impletum est verbū illud qō predixerat dñs per prophetā, nunc exurgam et nunc sublimabor. Exurgā a mortuis, sublimabor in celū. Hodie consummatur ⁊ perfecte clauditur tua inconsutilis tunica christe iesu. i. integritas fidei christiane: qz post predicationē, post tētationes, post miracula, post laborem, post mortem ⁊ ignominiā crucis, post gloriā resurrectionis, postēꝫ operatus fuisti salutem in medio terre: tandē ostendisti te deum ⁊ dñm celi: ponens nubē ascensum tuum: ⁊ ambulans super pēnas ventorꝫ. Caro itura ad patrē que nō erat a patre prius/ per gloriā resurrectiōis oēm infirmitatē exuit. Accinxit se potētia amicta lumine sicut vestimento. Decebat enim vt filius hois impleta obedientia ꝓpter quā venit: se in ornatu pleniorꝫ glorie paternis aspectibus presentaret. Hoc daniel quādoqꝫ presenserat dicens. Aspiciebā in visione noctis ⁊ ecce filius hois veniebat in nubibus celi: ⁊ vsqꝫ ad antiquū dierum peruenit qui dedit ei potestatē ⁊ honorē ⁊ regnū eius qō non corrūpetur. Caro christi prius mole nostre mortalitatis aggrauata/ postēꝫ gloria et honore coronata est: postēꝫ decorem ⁊ fortitudinē induit/ celos potēter ascendit. Descēdit in carnē vt carnales in carne doceret: vt eos de carne transferret ad spiritū. Unde ⁊ apostolus dicit: innuens glorificationē carnis. Et si cognouimus christū ꝓm carnē: sed iam non nouimus/ qꝫ aeris ⁊ celi dñs per aerem libere ⁊ potestatiue ascendit qui de aere elecerat principē huius mundi: ⁊ aerias potestates sue cruci affixerat. Nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descēdit. Ideo eñ descendit vt ascēderet: ⁊ vt secum ascendēdo nos traheret. Cum exaltatus (inquit) fuero a terra, oñia traham ad meipsum. Deus immēsus erat: neqꝫ crescere neqꝫ ascēdere poterat. Ut ergo crescere: minoratus est paulominus ab angelis. Ideo autem ascendit vt in sua ascensione angelicā transcēderet dignitatem. Apparuit quidē humanitas et benignitas christi in natiuitate ipsius: apparuit potētia ⁊ gloria ipsius in resurrectione eiusdē. Sed in eius ascēsione precipue nobis gaudendū est: in qua nobis aperta est via vite: roborata est fides: firmata est fiducia nostra: vt illuc eamus quo trāsijt caput nostrum: sine membris suis caput esse non potest. Volo (inquit) pater vt vbi ego sum: illic sit ⁊ minister meus. Ob reuerentiā suam exauditus est filius: ⁊ voluntate labiorꝫ suorꝫ non fraudauit eum pater. vbiqꝫ nobis ministrat: vbiqꝫ salutē nostre negociū benigne procurat. Vado (inquit) parare vobis locū: ⁊ si abiero iterꝫ veniam ad vos, ⁊ assumā vos ad meipsum. Vbi enim corpus: ibi aquile cōgregabūtur. Verbū christi est. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum: sed ⁊ nemo venit ad patrem nisi traxerit eum filius. Resurrectionē xpi, pbat eius ascēsio: ⁊ inde nobis potētissime gaudendū est: quia per vnā firmatur alterius fides. In multis argumētis apparuit post resurrectionē: sed validissimū argumentū resurrectionis fuit ascēsio. Nunqꝫ caro xpi in celum ascendere potuisset: nisi eam virtus resurrectionis glorificasset: atqꝫ illam ab omni mortalitatis onere ēmunē ⁊ liberam reddidisset. In resurrectione quattuor ꝓferunt: subtilitas, agilitas, claritas, ⁊ immortalitas. Subtilitatē exhibuit xps vbi clausis ianuis ad discipulos intrauit: agilitatē, vbi sup aquas pedibus ambulauit. Claritatē, vbi in monte thabor facies eius sicut sol resplēduit. Immortalitatē: cū mortuus a mortuis resurrexit. Ista quattuor simul in se demōstrat: dum ad patrē redit: dū ad celos adeo potestatine ascendit. Hodie eleuatus est sol/ ⁊ luna stetit in ordine suo: qz xpo hodie ascendente: luna/ id est ecclesia ꝓm ordinē dei in sanctitate ⁊ religione firmata est. Omnes antiqui ad inferos descendebant: descēdit xps ad nos ⁊ docuit vias innocētie ⁊ mūdicie:

vt per ipsum et ad ipsum omnes qui vixerint munde innocēter ascendāt. Verbum prophete est. Quis ascēdet in montē dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus ⁊ mūdo corde. Fm diuersitatem meritorꝫ: est et diuersitas premiorꝫ his qui ascendunt in montē domini: ⁊ in tabernaculū dei nostri. Verbū xpi est. In domo patris mei māsiones multe sunt. nā et in archa dñi mansiuncule erant ⁊ tristega. Exoneremus queso fratres corda nostra ad deū cum manibus: imaginemur ⁊ formem⁹ in cordibus nostris celsitudinē throni. Thronū dei et agni. Ministerū assistentium angelorꝫ/ hominū patriarcharū/ ꝓpherarū cuneos/ senatum apostolorꝫ/ martyrum choros/ coronas virginū. Hec oia formātes desiderio aspiremus cū eo: q circuibat imolans in tabernaculo dñi hostiā vociferationis cantans ⁊ psalmū dicens. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiscit ⁊ defecit anima mea in atria dñi. Si apud christū thesaurus noster est/ sicut apostolus dicit. Scio cui credidi et certꝰ sum: quia potēs est depositū meum seruare in illum dē: sit ibi cor nostrū vbi est thesaurus noster. Disponamus ascensiones in corde nostro, ⁊ si nō possumus corporaliter ascēdere: saltē recordatione ⁊ desiderio celestiū spiritualiter ascendamus. Sicut ille qui dicit Hec recordatus sum ⁊ effudi in me animā meā: qñ transibo in locū tabernaculi vsqꝫ ad domum dei. Et memor fui dei ⁊ delectatus sum: exercitatus sum, et defecit spūs meus. Quid est qꝫ dicit concupiscit anima mea? Et iterū. Memor fui dei ⁊ delectatus sum: et defecit spiritus me⁹. Quia in hac vita mortali aut potius in hac morte vitali cōprehendere aut cogitare non sufficimus gloriā illam, quā nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit que deus preparasti diligentib⁹ te. Porro cum reformauerit deus corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue: tunc omnia implebit in nobis, qui oñia fecit pro nobis. Et hoc est qō apostolus ait. Christꝰ qui descendit: ipse est qui ascendit, vt adimpleret omnia que adimplere voluit, natiuitatē scilicet, resurrectionem, ascensionē: vt renascētes a peccato: resurgētes a morte anime resurgamus de virtute ad virtutem: donec videatur deus deorum in syon. Benedictionē dabit legislator: cū implebit omne animal benedictōe. Cū dicet: Venite benedicti patris mei pcipite regnū dei qō vobis paratū est ab origine mūdi. Xps a schola illa discipulorꝫ suorꝫ corporaliter recessurus ad tēpus: quasdā primitias eis benedictionis eterne largitur: sicut scriptū est. Et benedicēs eis ferebatur in celum: vt omnia impleret benedictionibus suis. omnia opera sua in benedictione cōpleuit: qui est benedictus in secula christus iesus dñs deus noster. Amē

¶ Sermo. xxiiij.

Caritas dei diffusa est i cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Filius dei prius legatione sua functus est: veniens ad nos, veniēs querere ⁊ saluare qō perierat. Nunc aūt spiritus sanctus fungitur ad nos legatione sua: vt nos in salute cōfirmet. Datus est nobis filius, datus est et nobis spūs sanctus. Qꝫ datus sit filius/ testatur ysaias. Puer (inquit) natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis. Qꝫ datus sit nobis spiritus sanctus/ testatur apostolus. Gratia (inquit) diffusa est in cordibus nris per spiritū sanctum, qui datus est nobis. Dedit itaqꝫ deus nobis filium, dedit ⁊ spiritū sanctum. Et quid ei remāsit: si auderē dicere? Minis et pluseqꝫ nimis prodigus est sui dñs deus. O qꝫ magnificus ⁊ viuificus. O qꝫ mirabilis es de⁹ in donis tuis. Dñe quid est homo qꝫ magnificas eum? q̄d est homo qꝫ memor es eius: aut filius hois qꝫ visitas eum? Vere visitas: nam ad eius visitationē ⁊ consolationē modo mittis filium: modo spiritū sanctū: teipsum reseruās ei ad habendum, ad possidendū, ⁊ eternaliter perfruendū. Adiisti nobis dñe filium tuū nō ad dominandū: sed ad seruiendū. Veni (inquit) non ministrari sed ministrare. sed vt salua dignitate tua et filij tui loquar/ venit filius tuus vt sordes nostras purgaret: vt tanqꝫ seruus abiectus et vilis manibus suis sordes nras ablueret. Non abhorreat q̄so christianus hec verba, nā que stercora, que cloace, q̄ putredo cadauerū, quis sanguis menstruate: aut q̄s vomitus canis imundior est qꝫ conscientia peccatoris? Ysaias ait. Os meum repletū est vomitu sordiū. Sane de corde impij quasi de cenoso lacu ⁊ scatenti putredine immunde cogitationes exalant: ⁊ peccatorū abhominationes horrende scaturiunt. Nonne fetent iniquitates nre coram quo imūde etiā sunt iusticie nostre? Si michi nō creditis: audite ysaiam. Oēs (inq̄t) iusticie nre sicut pannus menstruate. Ut ergo verbo apli vtar: christus purgationē peccatorꝫ faciēs lauit nos ab imundicijs nris in sanguine suo. Quia xo filius nram operatꝰ est salutē in medio terre, ⁊ iam ad patrē ascenderat: necessariū erat vt mitteret spiritus sanctus vt confirmaret qō operatus fuerat a templo suo qō est in hierusalē: quia fides inde habuit initiū et processum. Erāt siquidē adhuc teneri ⁊ paruuli: filij adoptionis quos xps in carne sua xbo vite genuerat: vt essent aliqō initiū creature eius. Ecclesia militans in terris, adhuc tenera ⁊ nouella plantatio erat. Unde spōsa/ id est ecclesia celestis in cāticis dicebat. Soror nra paruula est: ⁊ vbera nō habet. Adhuc apostoli erant: q̄bus lacte opus erat. Ideoqꝫ mittitur spiritus sanctꝰ qui eos in fide ex qua iustus viuit nutriat: quousqꝫ crescat in virū perfectū donec xps formet in eis. Adiisus est spūs paraclitus qui interpretat aduocatus tanqꝫ paruulorꝫ nutritor ⁊ tutor/ tanqꝫ aduocatus eorꝫ in causa pupillari: vt in omni consistorio in omni pretorio pro illis ante reges et tyrannos seculi cōstanter ⁊ efficaciter allegaret. Sic eñ pater orphanorum ⁊ iudex viduarū quādoqꝫ eis predixerat. Cū steteritis ante reges ⁊ presides nolite cogitare q̄d aut qualiter respondeatis. dabitur eñ vobis ⁊c. Adiunxit. non eñ vos estis, qui loquimini: sed spūs patris

vestri qui loquitur in vobis. Iam sane aduersus electos dei super hereditate illoꝝ que sui patris sanguine rubricata eis erat: ⁊ regali priuilegio cõfirmata tyranni gentiles ⁊ principes iudeoꝝ calumniã suscitabãt. Iudeus limites hereditarios decurtabat dicẽs: quia tantũmodo notus esset in iudea deus. Gentiles autẽ de quibus filio suo predixerat deus. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatẽ tuam ⁊ possessionẽ tuã terminos terre: christũ dei filiũ ⁊ heredẽ, christianos heredes dei/coheredes autẽ xpi faciebant exhe redes. Hodie itaq; venit iste legisperitus ⁊ legislator et in manu eius ignea lex. Venit in igne ⁊ in linguis, vt legem igneã lingue ignee loquerenꝯ. Spiritus sanctus ignis est/amor enim ignis est. Sicut autẽ ignis nõ põt non ardere: sic spũs sanctus nõ potest nõ ardere et calefacere: nec est qui se abscõdat a calore eiꝰ. Ille magnus artifex cui ignis in syo, ⁊ caminus eius in hierusalẽ, hoc igne probat ⁊ cõfirmat vasa sua que cõposuit ad decorẽ domus sue. Petrus prius erat vas molle et luteum: nec reddebat sonũ integrum, sonus vasis minime cocti erat in petro: dum ad vocem ancille christũ tertio abnegabat. Postq̃ vero virtute indutus est ex alto/tanq̃ vas pfectissime coctũ reddebat sonũ integrum ⁊ perfectũ. Prohibentibus enim principibus sacerdotũ ⁊ romanis imperatoribus ne annũciaret verbũ dei, pulsatus dicebat: oportet nos magis obedire deo q̃ hoibus. Ecce quomodo ignis spiritus sancti roborauerat petrum. Ignis iste accẽdit confirmat ⁊ erudit. Ignis ex cõmunicatione non minuitur: diuisiones eñ gratiarũ sunt/diuidens prout vult non minuitur: diuisiones enim gratiarũ sunt/et diuisiones ministrationũ/et diuisiones operationũ: sed hec oĩa operaꝯ vnꝰ atq; idẽ semp immutabilis apõ quẽ non est trãsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ignis iste deuorat ⁊ consumit ligna, fenũ, stipulam. i. peccata in nobis. Aurũ vero ⁊ lapides preciosos ardore suo probat: ⁊ probando purificat. Hic est ignis altaris de quo legitur in apocalipsi: q; cum angelus accepisset thuribulũ aureũ et impleuisset illud de igne altaris: ⁊ misisset in terrã, facta sunt tonitrua, et sonitus, ⁊ voces, ⁊ fulgura. Angelus eñ magni cõsilij aureũ thuribulum immaculatissimi corporis sui hoc igne cõpleuit: assumptusq; in celum fecit qõ predixerat. Veni ignẽ mittere in terram: ⁊ quid volo nisi vt ardeat? Misit itaq; ignem in terrã ⁊ facta sunt tonitrua in cõminationibus: fulgura in miraculis: pluuie in doctrinis: sonitus ⁊ voces in predicationibus. Sic ergo factus est repente de celo sonus. Hic est sonus de quo scriptũ est. In omnẽ terram exiuit sonus eoꝝ. Sed vnde veniebat hic sonus: de cythara domini ꝓpter quã dicit. Exurge gloria mea, exurge psalterium ⁊ cythara. Est ne ibi aliquis sonus: imo multiplices soni. Septẽ ibi sunt. Octauus autẽ qui cõplet diapason beatoꝝ in octaua est/quando p omnes vicos hierusalẽ cantabitur alla. Vultis audire septem chordas cythare siue septẽ sonos in cordis? Magister huius celestis musice per organũ sancti spiritus ysaiã, omnes has septẽ voces vna descẽsione continuat dicens: ⁊ requiescet sup eum spiritus sapiẽtie et intellectus, spiritus consilij ⁊ fortitudinis, spũs scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eũ spiritus timoris dñi. Prima chorda/id est spiritꝰ timoris grauẽ sonũ reddit: quia testimonio apostoli timor penã habet. Secũda chorda est spiritus pietatis: cuius sonus dulcissimus est. de hoc sono dicit sapiẽtia, spũs meꝰ sup mel dulcis. chordã timoris pietas tẽperet/ne desperet. Chorda sciẽtie sequitur: que acuta est et pietatis chordam dirigit ne aberret. Sequitur chorda fortitudinis que quidẽ robusta est: ⁊ cõfirmat chordã sciẽtie ne vacillet. Et ne fortitudo aliquid immoderãtius aut intẽperantius agat: apponit chorda ysilij, que quidẽ subtilis est: ⁊ ne consilioꝝ deliberationes in suis subtilitatibus euanescãt: chorda intellectus apponitur, que plurimũ discreta est. Septimũ sonum reddit sapiẽtie chorda que stabilis est ⁊ lõga, suauis ⁊ fortis. Sapiẽtia eñ attingit a fine vsq; ad finẽ fortiter: et disponit omnia suauiter. Sicut aũt spiritus sanctus habet armoniã suam ⁊ exercet psalteriũ iocundũ cum cythara: sic ⁊ spũs malignus habet sonos ⁊ voces in dei offensionẽ ⁊ anime perditionẽ. Vis audire perditionẽ? Vis audire septẽ voces aut chordas: ⁊ octauã penis interminabilibus ⁊ tormẽtis eternis? Voces in cythara diaboli sunt ꝓfuse, discordes ⁊ rauce. Prima chorda est supbia. Secũda inuidia. Tertia inanis gloria. Quarta tristicia. Quita auaritia. Sexta luxuria. Septima accidia. Diabolus olim cythariz̃are incipiens Ponam (inquit) sedẽ meam ab aquilone: ⁊ ero similis altissimo. Minis ab alto et abrupto incepit. ideo chorde rupte sunt/⁊ cythara effracta est: ⁊ cathedra pestilentie in qua sedere proposuerat euersa est. Descendit itaq; hodie spũs sanctus in igne ⁊ in sono. In igne, vt apostoli possent alios in christi amore accendere. In sono, vt in spiritu vehemẽti possent dei magnalia predicare. Porro nõ est in nobis ignis hodie non est sonus. Ignẽ altaris dñi conuertistis in ignem alienũ: id est amorem dei in amorẽ terrenũ. Hic est ignis malicie. Hic est ignis a quo deuorantur nadab et abiu filij aaron. Hic est ignis quo abimelech succẽdebat oppidũ thebes. Hoc igne amalechite succendebant sichelech. Inimicus eñ humani generis apponit assidue nobis ignẽ ⁊ stipulas tẽtationis: vt i nobis accendat ⁊ subruat domũ dei. De hoc igne pessimo scriptũ est. Supcecidit ignis, ⁊ non viderunt solẽ. Supcecidit ignis malicie, ⁊ nõ viderunt solem iusticie. Addicti eramus obsequio christi: nunc autẽ lẽtescimus in via eius: imo nugis ocioq; vacamus. Certe ociositas ĩimica est anime. Teste hieronymo. Peccatum sodomoꝝ fuit ociositas et abundantia panis. Queritur egistus quare sit factus adulter. In prõptu causa est, desidiosus erat. Cernis vt ignauũ corrumpunt ocia corpus. Et capiũt viciũ ni moueanꝯ a que. De talibus legitur, in laborẽ hominũ nõ sunt: ⁊ cum

oris? hominibus non flagellabuntur: imo cũ demonibus. Electi eramus in sortem dñi vt meditaremur in lege dñi ⁊ delectaremur in ea: vt possemus dicere cum ꝓpheta. Quomodo dilexi legẽ tuam domine: tota die meditatio mea est. In capite libri scriptũ est de beatitudine viri: qui meditatur in lege dñi die ac nocte. Scriptũ est. Maledictus omnis qui facit opus dei negligẽter. Vereor ne maledictio hec illos respiciat, qui deo seruiunt negligenter ⁊ ficte. Vbi eñ est fictio non est deus, non est spiritus sanctus. Legitur eñ q; spũs sanctꝰ disciplinę effugiet fictũ. Si charitas dei diffusa esset in nobis: lex dei omni mundano desiderio nobis esset acceptior. Nũc autẽ legis dei obliti fabulosis narrationibus occupamur: currentes ad vanitates ⁊ insanias falsas. Narrauerunt (inquit) michi fabulationes: sed non vt lex tua. Porro ex quo populus israel cepit negligere legẽ dei: ⁊ lẽtescere in obseruantia mandatoꝝ eius, statim datus est in manꝰ chusanra sathaim in manꝰ eglon, moab et philistijm. ex q̃ enim cessamus ab instantia diuini officij, statim iugo grauiũ vicioꝝ atq; tyrãnidi spirituũ malignoꝝ subijcimur. Dyna filia iacob egredit vt videat ludos alienigenarũ: ⁊ statim a sichem filio emor cõcupiscitur, rapitur, oppãmitur, defloraꝯ. sic et anima que de domo dñi egreditur ad illecebras huius mũdi: a spiritu maligno rapta oppãmitur, oppressa polluitur. Sedet iacob domi: et gratiam paterne benedictiõis acquirit. Venatur foris esau: et cum patris benedictione primogenita sua perdit. Inueniũtur hodie clerici in plateis, nõ in ecclesijs. dispersi sunt (inquit, ꝓpha) non in ecclesijs sanctuarij: in capite omniũ platearũ: contra prohibitionẽ domini vectes quibus archa deferꝯ ab anulis extrahuntur. Vacemus ergo lectioni, meditationi, ⁊ orationi, sine intermissione orantes dicit apostolus. et in cãtico ezechie. Sicut pullus hyrũdinis sic clamabo, ⁊ meditabor vt columba. Diffundat charitatẽ suam in cordibus nostris charitas deus: vt seruiamus in sanctitate ⁊ iusticia coram ipso: omnibꝰ diebus nostre vite. Amen.

Sermo. xxv.

Tunquid poteris coniungere septẽ micantes pliades? Nunquid alligabis rhinoceronta loco tuo ne frangat glebas vallium tuarum? Verba sunt dñi loquẽtis ad beatum Job. et querentis vtrum possit sibi iungere ⁊ counire dona spiritus septiformis que per septẽ pliades designantur. Hunc spiritum christus ab eterno habuit: et homo factus eundẽ sine mensura recepit: ipsumq; alijs ꝓm mensurã donationis sue distribuit. Q; spiritum septiformem acceperit, ostenditur verbo Ysaie qui dicit. Apprehendent septem mulieres virum vnũ in die illa ⁊c. Et vt nos declaratio sermonũ eius illuminet plenius: ⁊ instruat apertiꝰ de christo loquẽs: Requiescet (inquit) sup eum spiritus sapiẽtie ⁊ intellectus, spũs consilij ⁊ fortitudinis, spiritus sciẽtie ⁊ pietatis: et replebit eum spũs timoris dñi. Isti sunt septẽ oculi sup lapidẽ vnum: septẽq; lucerne in cãdelabro aureo sicut zacharias cõmemorat. Cũ filius sit a patre ⁊ spiritus sanctus ab vtroq; procedat: postq̃ filius officiũ sue legatiõis impleuerat: decebat vt et spiritus sanctus mitteretur. Prius siquidẽ dederat christus apl̃is spiritũ sanctũ: qõ patẽ ter indicabat perfectio sanitatũ. Sed hodie datus est ei spiritus sanctus ad vsum/ad auxiliũ/ad solatium/ad miraculum/ad acquisitionẽ gentium/ad salutem omniũ populoꝝ datur spiritus sanctus/ad emundationẽ/ad inouationẽ/ad iusticiã/ad exultationẽ. Cor mundũ crea in me deus. Ecce cordis mũdatio: spũ rectũ innoua in visceribus meis: ecce anime sanctificatio. Redde michi leticiã salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me. Ecce cordis mundatio. spũ rectum innoua in visceribus meis: ecce anime sanctificatio, quia templum dei et tẽplum demonioꝝ simul esse non possumus. Mundatus et lotus postulat vt ambulet vias rectas: ne ad actus extraordinarios iterum reuertatur. Innouatur corde per rectitudinẽ operatur leticia salutaris, confirmanda spiritu principali. Custodi vas tuum in sanctificatione, ⁊ habes spiritũ sanctũ. Non facias proximo q̃ tibi nõ vis fieri, et habes spiritũ rectum. Exhibe te coram deo et pximo deuote humilem, et habes spiritũ principalem. Spiritus rectꝰ datur in cathecismo, spũs sanctus in baptismo, spiritus principalis in cõfirmatiõe. Quot quot ergo baptizati sumus in christo/christum induimus: ⁊ induti sumus virtute ex alto. Xps qui accepit spiritũ non ad mensurã dedit dona hoibus: ⁊ adhuc donare nõ cessat. Omnes de plenitudine eius accepimus: nec est q̃ se abscondat a calore eiꝰ. In xpo siquidẽ spũs sanctus, plene ⁊ corporaliter habitauit. Ipse autẽ de spiritu suo sup omnẽ carnem, effundit ⁊ ifundit: alij plus alij minus. Verbũ apli est. Vnicuiq; datur manifestatio spũs ad vtilitatẽ: et vnusquisq; propriũ donũ habet ex deo: alius quidẽ sic: alius vero sic. Et subiungit. Diuisiones gratiarũ sunt/⁊ diuisiones ministrationũ sunt/⁊ diuisiones operationum: vnꝰ autem ⁊ idem spũs diuidens singulis prout vult. Propter has diuisiones charismatũ, designatur spiritus sanctus, nunc per ignẽ, nunc per oleum, nunc pvinũ, nunc p aquã. Ignis est, quia semp ad diligendũ accẽdit: quia semel eo accensus ardere. i. ardẽter diligere non desistit. Ignem (inquit) veni mittere in terram: et quid volo nisi vt ardeat? De hoc igne dicit moyses. Ignis semp ardebit in altari. Et hieremias: Factꝰ est in corde meo quasi ignis exestuans: claususq; in ossibus meis, ⁊ defeci non sustinens. Spũs sanctus oleũ est ratione diuersarum similitudinũ. Natura eñ oleũ est q; iter oẽs liquores superiorẽ locũ semp tenet. Sic et gratia spũs sancti qui abundãtia sue pietatis merita supplicũ excedit ⁊ vota/excellentior est oĩbus nobis ⁊ omnibus bonis. Oleum medicinale est, q; dolores mitigat: sed ⁊ spũs sanctus vere oleum est: quia

notat sacerdotes

consolator est qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Oleum naturā habet imiscibile: nam ⁊ spiritus sanctus fons est cui nō cōmunicat alienus. Oleū aquis oibus superfertur: nam ⁊ spiritus sanctus ferebatur sup aquas. anteqū petrus accepisset spiritū sanctum, erat caro eius infirma/ad vocē ancille timens et negans: sed postq̄ indutus est virtute ex alto: ⁊ vnxit eum oleo deus misericordie sue: immutata est caro propter oleum/atq̄ (iuxta verbum ysaie) datum est ei oleum gaudij pro luctu/⁊ pallium laudis pro spiritu merozis. Hoc est oleum letitie quo christus vnctꝰ est pre participibus suis: abundanter ⁊ supefluenter infusum est oleū capiti nostro/id est christo: vnguētum vero qd̄ erat in capite descēdit non solū in barbam: sed etiam in ozam vestimēti. Hec est vnctio de qua iohānes in canonica epistola loquēs, ait. Unctio quā accepistis a deo, maneat in vobis: ⁊ nō eritvobis necesse vt quis vos doceat: quia vnctio eiꝰ docebit vos de oibus. Habemus itaq̄ quia spūs sanctus nunc p ignē, nunc p oleum designat. Bis eñ est datus spūs sanctus apl̄is: prius ante passionē, scdo post resurrectionē. Nā ⁊ dauid bis vnctus fuisse legit: et in veste sacerdotali coccus bis tinctus apponebatur. Unde q̄tā est ardoris materia in apostolis: nō sufficit oleū infundere, nisi igne oleū calefiat: non sufficit ignē apponere, nisi ignis olei ifusione accēdat. Hoc igne ardentes discipuli/ibant gaudētes a conspectu concilij in tribulationibus gloriantes. Unde ⁊ vox principis apl̄oz hec erat: si p christo patimini beati. nō solum (inquit) datū est vobis vt credatis in ipsum: sed vt patiamini pro ipo. Ut ergo reddat spūs sanctꝰ testimoniū spiritui nostro: hodiernā solennitatē spiritus sancti toto spiritu veneremur. Si enim honorē impendimus sanctis: oportet sanctificatorē omniū diligētius et deuotius honorare: dulcis quedā natura est in deo spiritus sanctus, benignitas dei, charitas dei, ⁊ ipse deus. Charitas (inquit apostolus) diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctū qui datus est nobis. Spiritus sanctus seipsum dat nobis: nec dedignatur auctor muneris seipsum conferre in munere suo. Sane vasa nostra mūdanda ⁊ euacuanda sunt a peccato: alioquin oleum stare necesse est. Nō introibit sapientia in maliuolam animā: nec spiritus sanctus aliquā in se recipit fictionē. Nulla est conuentio lucis ad tenebras, celi ad scenum, balsami ad venenū, spiritus sancti ad peccatū. Oremus ergo in spiritu humilitatis spiritū sanctū, per quē hodie celi firmati sunt, per quē hodie celi distillauerūt a facie dei sinay: vt hodie immittat cordibus nostris rorē benedictionis, stillicidia spiritualiū donorum: pluuiāq̄ voluntariā ad abluendū conscientias nostras, infundat oleū leticie et ignē sui amoris in cordibus nostris iesus christus quē vnxit pater in quo posuit vnctionis ⁊ benedictionis plenitudinē vt de plenitudine eiꝰ acciperemus: cui est honor ⁊ gloria in secula seculoz. Amen.

¶ Sermo. xxvj.

Qui est misit me ad vos. Verba sunt moysi loquentis ad populū. Nichil competētius conuenit deo q̄ esse, qui solus vere est, per quē solum est quicquid est. quid tamē sit cogitari non pōt. Unde ⁊ temerariū credo fari de ineffabili: de incogitabili cogitare. Testimonio salomonis. Scrutator maiestatis oppimēt a gloria. Ut cuncta studeas ⁊ labores comprehendere quid sit deus: tanto amplius deficis in tempo. Ascēdet homo ad cor altum ⁊ exaltabitur deus: humana conditio semp appetit alta sapere. Sic fecerūt de quibus apostolus dicit: Euanuerunt in cogitationibus suis. non enim caro et sanguis potest hanc scientiam reuelare: sed filius dei potest cui voluerit reuelare. queramus igitur ab eo dicētes. Rabbi vbi habitas? Dñe ostende nobis patrē. Ipse autē cum sit in accubitu suo: respondebit et dicet. Veni ⁊ vide: nescis quia ego in patre ⁊ pater in me est? Expedit nobis dei noticiam implorare: nō per nos sed p eum qui est dei virtus ⁊ dei sapiētia: ne vaga ⁊ temeraria libertate inania meditemur. Deus siquidē simplex est: purus est, integer et pfectus: constans sibi, nil trahens sibi de tēporibus aut de locis, nil habens qd̄ in numerū transeat, nil habens qd̄ ab eterna immutabilitate recedat: magnus est ⁊ magnitudinis eius non est finis. Inestimabilis est, et incōprehensibilis est, ⁊ incogitabilis: quia non habet eternitas initium: nec infinitas terminū: nec immēsitas modum. Si cogitamus eum/cogitamus nō sicut est: sed ex parte: sicut cogitare sufficimus, qui a cogitatione deficimus. Intelligēdus est sine forma visibili: sine specie corporali: sine compositione partiū: sine distinctione mēbrorum: omnino liber a lege tēporis, ab omni mutabilitate ⁊ conditione quietis. Creatorem p creaturas quali modo possumus inuenire. Dia enim opera dei subtilliter attendātur: quasi quedam verba ⁊ signa: quasi quedā certa documēta sint/que gloriā de nobis enarrant: atq̄ in rerum ordinatione virtutē diuine potestatis annunciāt. sic venitur p noticiā creature ad noticiā creatoris: sicut apl̄s loquēs Ad romanos dicit: Qd̄ notū est dei manifestum est illis. Invisibilia eñ ipsius a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna quoq̄ virtus eius et diuinitas. Mens enim humana considerans cursum rerū et ordinē/ inuenit vnum omniū esse rectorē: vnum esse omniū principiū. Illud etiā principiū nitit cōprehēdere: cum sit ipsum incōprehensibile, priusq̄ suum inuenit defectū q̄ pueniat ad perfectū. Humana itaq̄ ratio suum imperfectū cōsiderans: nec illud principiū valens comprehendere: intelligit esse aliqd supra se qd̄ non potest apprehendere: ⁊ certissime cōprehēdit ipsum esse incōprehēsibile. Quedā itaq̄ species est noticie dei, scire q̄ non possit sciri: q̄ non possit oīno dei noticia comprehendi. Expressa huius rei similitudo est q̄ aliquis stans in littore maris: ⁊ eius latitudinē videns: latitudinis tamen finē videre non potest. Ulterius enim se mare diffundit in latum q̄

vltius extendatur in longum. Scit itaq̄ ille homo ex defectu ppij vlsus aliquid maris esse vltra, et supra q̄ videre valeat/cuius cōprehensioni nō sufficit. Tū cum maris magnitudo appareat ex eo q̄ videt et ex parte cōprehēditur: eius tñ immensitas ex eo q̄ oīno videri nō potest/ amplius inotescit. Est equidē supra hominē, omnēq̄ virtutem humani transcēdit ingenij comprehendere naturā diuinitatis. Donū autē optimum, donum pfectum est/descendens a patre luminum, in patre intelligere filium, ⁊ in vtroq̄ spm̄ sanctum. Non potest hec scire aut aliū docere, nisi ille solus qui docet dominē scientiā: cuius vnctio de oibus docet. Plato inter philosophos scientia ⁊ opinione precipuus, cum circa libros moysi multam diligentiā adhibuisset/gloriatus est se inuenisse vnū qd̄ omnia operatur: sed se non posse inuenire tertiū confitetur. Porro illi qui in schola christi eruditi sunt: venerātur ⁊ predicāt trinitatē in deo, ⁊ vnitatem essentie quā philosophus somniauit quidē: sed quia euanuit in cogitatiōibus suis, eā nō potuit inuenire. Ideoq̄ ille discipulus q̄ de pectore christi familiarius ⁊ plenius celestis scientie fluenta potauerat: sacramēta trinitatis ⁊ vnitatis in deo manifestissime declarabat, cum diceret: tres sunt qui testimoniū dant in celo, pater, verbū, ⁊ spiritus sanctꝰ: ⁊ hi tres vnū sunt. Confiteor tibi pater celi ⁊ terre: quoniā abscōdisti hec a sapiētibus ⁊ prudētibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita siquidē eterna est nosse te deus pater: ⁊ quē misisti iesum christū. Sacri tamē apices tam generationē filij q̄ processionē spiritus sancti manifeste declarant. nā de generatione filij scriptū est. Egressus eius a principio a diebꝰ eternitatis. Ipse etiā dei filius cū sit dei virtus ⁊ dei sapientia: de sua ineffabili natiuitate satis euidēter loquit dicēs. Mondū erant abyssi, et ego iam cōcepta erā: nondū fontes aquarū eruperāt: nōdū mōtes graui mole substiterāt: ante omnes colles ego parturiebar. Quādo pparabat celos aderā deꝰ: qñ appendebat fundamenta terre erā cum eo cuncta disponēs. De generatione filij dicebat ysaias. Generationē eius quis enarrabit? Et beatus Job. Radix (inquit) sapiētie cui reuelata est? Later enī ab oculis hominū: ⁊ a volucribus celi abscōdita est/id est angelis dei. De spiritu sctō scriptū est. Spūs dñi super me eo q̄ vnxerit me: ad euāgelizandū pauperibꝰ misit me. Et beatus Job. Spūs dñi fecit me, ⁊ spiraculum oipotētis viuificauit me. ⁊ vt ostēdat q̄ ille spūs sit factor omniū: subdit, ecce ⁊ me, sicut ⁊ te fecit deꝰ. Frequēter itaq̄ in sacro eloquio pluralitatē iuenis in psonis: vt ibi/ faciamus hominē ad imaginē ⁊ similitudinē nr̄am. Unitatē etiā iuenis in essentia. cū subiūgitur. Et creauit deꝰ hominē ad imaginē suā: ad imaginē dei creauit illū. Notatur in genesi pluralitas psonarum vbi dicitur: quia pluit dñs super sodomā et gomoram ignē ⁊ sulfur a dño. Quis est ille dñs qui pluit a dño: nisi filius a patre? De quo psalmista. Dixit dominus dño meo ⁊c. Uis totam trinitatē videre in sacris apicibus manifestissime declaratā? psalmographus dicit. Verbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spū oris eius omnis virtus eorum. Item in ysaia loquitur dei filius dicēs. Ego sum primus ⁊ nouissimus/manus mea fundauit terram: ⁊ dextera mea mēsa est celos. Anteqū fierent ibi eram: ⁊ nunc dominus deus misit me et spūs eius. Ecce fluuius egrediens de loco voluptatis ad irrigandū faciē terre/ trinitatis videlicet scientia: per quā nos deus educit de tenebris ignorātie in admirabile lumē suum. Summū enim lumen: imo vita eterna est cognoscere creatorē suū: in tribus psonis cognoscere trinitatē, ⁊ in trinitate adorare vnitatē. Sed queris quomodo trinitatē inuenīā/ vbi non est nisi vnitas/ vbi non est nisi simplex ⁊ vnissima (vt ita loquar) idētitas? Cū trinitas sine numero esse nō possit: ⁊ vnitas numerū non admittat: quomodo est vnitas vbi est numerus? Nunquid est numerus sine numero: aut vnitas numerosa? Nunqd̄ vnitas trāsit in numerum/aut ab vnitate numerus absorbetur: vt que sunt tria sint vnū? Porro tres psonas in vna substātia numeramus: ⁊ in tribus psonis vnā substantiā adoramus. Unū et trinū predicamus dñm: ita q̄ in trinitate nulla confusio sit: ⁊ sic trinitatē cōfitemur in psonis: vt nullum fiat preiudiciū vnitati. Tanta siquidem vnitas est in deo: vt nil inuenias in eo nisi vnū. Si bonum, si beatum, si sapientē, si omnipotentē, vel quid consimile dñm esse dixeris: licet talia multiplices nichil addis. Ipse oia est (sicut dicit apostolus) ex quo omnia: p quē omnia: in quo oia. Ex quo oīnia creabiliter non materialiter vel seminaliter. Per quē omnia: vt ipsum omniū auctorem intelligas. In quo omnia: non quasi in loco sed in virtute ⁊ potētia. Sic enim est q̄ in loco non est: ita cogitandus est q̄ nusq̄ sit q̄ non clauditur loco: ⁊ nusq̄ non sit qui non excluditur loco. Quodā autē sublimi ⁊ ineffabili modo, sicut omnia in ipso sunt: sic ipse in oibus. Cum autem christus reformauerit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue: cum aperuerit oculos cordis nr̄i: cognoscemꝰ eum sicut cogniti sumus: non p corporalē visionē vt moyses in syna: non p imaginariā vt iohannes in apocalipsi: non in enigmate sicut ezechiel in lūbari, in nouacula, in sartagine: sed videbimus lumē in lumine, filiū in patre, spiritū sanctum in vtroq̄: et hec est vita eterna. Hec est beatitudo interminabilis, gloria indeficiēs, ⁊ leticia cōsummata. Quā nobis p̄stare dignet filius dei iesus xp̄s: cui est honor ⁊ gloria ⁊ bñdictio in secula sclōz. Amē.

¶ Sermo. xxvij.

Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Verbū salomonis est. Laudēt te labia primi tui: ⁊ non tua. Si laus expetēda est: nō est expetenda ab ipso: sed ab ore primi. gloriosior tñ est laus precedens de ore altissimi: non eñ qui se cōmendat ille probatus est: sed quē deus cōmendat. Si linguis loquamur hominū ⁊ angelorz, nō poterimus explicare

ad plenum iohānis merita: atq; in iohāne christi pre
conia. Laus iohannis celebris est in euāgelio: quia
vbicūq; occurrit mentio de iohāne, cōmenda ē a xpo
Nō ergo mendicat laudis humane suffragia, qui lau
datur a deo, qui dicere non potest In dño laudabit
anima mea. Cōmendat noe dñs dicens. Vidi te iu
stum coram me. cōmendat abrahā faciens ei pmis
siones benedictionis in futuris generationibus. De
beato etiā Job loquens ad sathan: magnificat eum
q̄ non sit similis ei in terra: vir simplex ⁊ rectus et ti
mens dominū. De moyse etiā dicit. Si quis fuerit in
ter uos propheta: loquar ei in visione vel p somniū.
At nō tal̄ seruus meus moyses qui in omni domo
mea fidelissim⁹ est: ore ad os ei loquī. Dauid quoq;
cum ipse dicit. Deus laude meam ne tacueris: lauda
sur a dño dicente: inueni virum fm cor meum. Testi
monio dei magni fuerūt isti ⁊ multi alij. Sed eiusdē
testimonio: inter natos mulierum non surrexit maior
iohanne baptista. Illi laudum ⁊ preconiorꝫ cōgrega
uerunt diuitias: iste supgressus est vniuersos cui⁹ na
tiuitas a sua prorsus professione discedit. Bonū est
(inquit aliquis) reficere pauperes. bonū est respōdeo
eos reficere: sed sic ne deficias a salutari proposito.
Cautelā cōsulo, misericordiā nō abscido. Spretis di
uitijs in q̄b⁹ multos poteras paupes sustētare: locū
elegisti vbi posses inter multos pauperes vnus esse.
Magnū reputo si in ea pauptate quā profiteris non
egeas, maius si frequēter egeas. Certe si abūdas ne
cessarijs, nō es pauper. aut si erogas pauperibus de
bis q̄ tibi abundant. Forte equalis es diuitibus qui
miserūt in gazophilatiū de eo qd̄ eis supabundauit:
sed te vsq; ad meritum pauperis vidue non extēdis.
Si alia excusatiōe q̄ sustētatione pauperū tuas po
tes diuitias collocare, libēter audio. Vnū scio quia
q̄tū q̄s pauperior est: tanto copiosius ⁊ affluentius hz
vnde possit placere altissimo. Moli queso de refectio
ne pauperū loqui: nā de talibus loquēs, te extra gre
gē pauperē facis. Non reliquistis fratres aut posses
sionem aut spem diuitiarū vt pauperibus ministre
tis: sed vt vobis tanq̄ pauperibus ministretur. Hec
moneo ⁊ hec dico fratres charissimi: vt pseueretis in
proposito paupertatis. Hec est corona nostra: p hāc
regnum celorꝫ vestrū est: sed ⁊ dñs ⁊ dominator regni
celorꝫ dicit. Nō supest date elemosinā. Innuēs illud
esse supfluū qd̄ nō claudit necessitas inter angustias
pauptat̄. Quo rogo ⁊ ꝯsulo amātissimi fratres. Mi
nus queso sitis solliciti in acq̄sitione terrarū: quia por
tio nr̄a est in terra viuentiū: ⁊ cōsuletis tam anime q̄
opinioni vestre. Magis deo placere studeatis in vr̄a
q̄ in aliena pauptate: ⁊ acq̄retis in regno celorꝫ diui
tias sine fine. Nō vobis pstare pigneē q̄ p nobis pau
per fac⁹ est iesus christ⁹: cui est honor ⁊ gloria in secu
la seculorꝫ. Amen.

¶ Sermo. xxviij.

Si ex deo est verba dei audit. Verba accipiē
da sunt cū effectu. Nō em̄ sufficit audire ⁊ nō
facere. Nā qui audit ⁊ non facit, surdus audi-

tor est. Qui audit me dicit sapiētia non cōfundēē. Et
iacobus. Estote (inquit) factores verbi ⁊ non audito
res tantū. Audire em̄ et non intelligere: vel intelligere
et non facere, negligere est. Intellectus em̄ bonus
omnibus facientibus ea. Nec em̄ aut intellectus aut
memoria quicq̄ prodest: nisi sit ad faciendū. Et me
mores (inquit) fuerūt mandatorꝫ eius ad faciendum
ea. Melior est operis auditio q̄ auris. Verbū quidē
audiri oportet: vt fides vt aliud opus virtutis veniat
ex auditu. fides autē ex auditu: auditus autē per ver
bum dei. Quidā autē habent aures ⁊ nō audiunt: nō
enim habent aures audiendi: sed negligēdi. Idco fre
quenter dñs in euangelio dicit. Qui habet aures au
diēdi audiat. qui ex deo est ⁊c. Consulat vnusquisq;
vestrum conscientiā suam si ex deo est. nam si ex deo
non est: verba dei audire non potest. Quidā sunt ex
deo, quidā ex mundo, quidā ex diabolo. Ego ex deo
exiui: et veni in mundū dicit dñs. Et ad discipulos.
Si de mundo fuissetis: mundus vtiq; qd̄ suū est dili
geret. Et ad iudeos. Vos ex patre diabolo estis. ex
deo est q̄ deo adheret. Qui adheret (inquit) deo: vn⁹
spūs est cū illo. Quia vo mūdus ⁊ diabolus societa
tē inuenerunt: quicūq; est de mundo, ipse est ex patre
diabolo. Isti duo aures aie aggrauant: ita vt audire
nō possit. Vnde et ppha ad animā loquens que iam
aliquantulū obsurduerat. Audi (inquit) filia ⁊ vide ⁊
inclina aurē tuā: ⁊ obliuiscere populū tuū ⁊ domū pa
tris tui. Nā qui terrena sapiūt, aures aggrauatas ha
bēt: ⁊ vbū dei audire nō possunt. Vos ergo q̄ iam nō
estis de mūdo, q̄ iam renūciastis diabolo ⁊ pompis
eius, ⁊ qr ex deo estis: vba eī⁹ auditis: si tū verba dei
operibus adipletis. Videte tū qr deus nō irridet: re
colite qd̄ in vestra cōuersatione p̄miseritis deo. Ca
uete ne edificetis excelsa tophet et hierlm in sangui
nib⁹. Qui semel egressus est de egypto: si appetit al
lia ⁊ pepones egypti: si ad mūdū q̄ euomuit reuer
titur: reedificat suā hierico et morit suus p̄mogenit⁹:
qr meritū sue prime cōuersionis extinguit. De talib⁹
dicit dñs. Non pmanebit spūs meus in hoīe in eter
num. Vertitur ergo spūs in carnē, celū in terrā, aurū
in scoriā, oleū in amurcā. Qui erat angelus ⁊ celestis
fact⁹ est terenus/carnalis ⁊ aīalis. Ecce iebuseus no
ster pessimus, nr̄ impugnator, homo interior, terren⁹
aīalis, carnalis. Terrenus est q̄ de terra est, ⁊ de terra
loquit: terrā sapit, terrā lingit, nec a terrenis diuel
li poterit: donec fodiatur peccatori fouea: donec qui
terra est reuertatur ad terram. De hoc homine terre
no dicit apostolus. Primus homo de terra, terren⁹.
Secūdus de celo celestis. Et iterum. Sicut ergo por
tauimus imaginē terreni hominis: ita portem⁹ imag
inē celestis. Imago terreni hominis est preuaricatio
ade: per quē vanitati similes facti sumus: querentes
vanitates et insanias falsas. Sic homo vanitati
similis factus est: sic in imagine ptransit homo: sed et
frustra conturbatur. Stultus est terrenus iste qui ce
lum videre non pōt. Oculi em̄ sapiētis in capite eius
semp: oculi stulti in finibus terre. Iste dei sui oblit⁹ se
totum ad terrena effundit. In pson̄a huius hominis
loquēs ille, ppheta lamētator. Effusa sunt (inquit) in
terrā viscera mea. Carnalis nomē suū aliunde sortit̄,
nō a terra: sed a carne. Iste chusan rasathaim ⁊ eglon
et iabim, ⁊ madian, ⁊ ceteris oppressorib⁹ populi dei
diu sub tributo seruiuit: quia sub peccato se venūde
dit. Pro minimo michi est vt ab homine iudicer: aut
ab humano die. Lucebat olim ille filius ire: ille fili⁹
pditionis q̄ de celo corruit. Vnde ⁊ lucifer vocabat̄:
nunc autē noctifer siue tenebrifer, qui si arsisset: nullo
vnq̄ tēpore ceciderisset. Huius vestigia sequunt̄ qui po
tius eligunt lucere, q̄ ardere: religiosi appere, q̄ esse:
sed ardebunt igne illo qui preparatus est diabolo et
angelis eius: cuius flāma non extinguet: cuius fetor
occidit: cuius ardor mortificat: mori tamē eum q̄ pa
titur non pmittit: a quo nos auertat sanctus ille san
ctorum qui hodie mirificauit, ⁊ magnificauit ī terris
sanctum iesus christus miserationes eius. Quidā fo
carias habēt: quidam alienis vxoribus abutūtur: sic
trahit sua quemq; voluptas. Sz illud pessimū est q̄
suam malicia non occultant: imo incōtinentiā suam
publicis potationibus ⁊ cōmessationib⁹ predicāt et
ostētant. Cum scriptū sit ne ascēdatis in galgala ⁊ in
bethauen ne ingrediamini/id est peccati vestri turpi
tudinē ne reueletis. Corpus christi est preciū anime
thesaurus indeficiēs, iestimabilis, impollutus, incō
sumptus, incorrupt⁹. Hoc thesauro emūtur celestes
diuitie, possessio glorie, regnum infinibile, pax inter
minabilis, inconcussa securitas, ⁊ eternitas vite. Hic
est panis viuus qui de celo descēdit: ⁊ dat vitā mūdo.
De hoc nō habēt edere potestatē q̄ tabernaculo de
seruiūt (sicut dicit ap̄lus ad hebreos) id est q̄ deseruiūt
corpori: ⁊ curā carnis in desideriis agunt. Ve igit̄ il
lis quibus corporis xpi dispensatio credita est: si non
est preciūs vmbilicus eorum: si nō diiudicāt corp⁹ xpi:
si non honorāt testamēti noui mediatorē iesum/⁊ san
guinis aspersionē melius loquentē q̄ abel. Iudex viuo
rum ⁊ mortuorꝫ xps iesus patientē non sustinebit:
q̄ tam irreuerēter ⁊ ignominiose tractat̄. Sed q̄a pa
ter vnicū filiū inestimabili ⁊ ineffabili charitate dili
git: vnigeniti sui contumeliā ⁊ iniuriā indignatione et
zelo terribili vindicabit. Ecce duo fermēta/fermētū
auaricie ⁊ luxurie: alterū quo malicioſe agitur cōtra
primū: alterū quo nequiter agit̄ cōtra deū. et hoc est
fermētum malicie ⁊ nequicie. Sequit̄ de melle qd̄ in
sacrificio reprobat̄. Est autē mel in sacrificio platorꝫ:
nimis blanda ⁊ dissoluta remissio. Est autē remissio
cauta ⁊ circunspecta: ⁊ est remissio stulta ⁊ dissoluta.
Remissio cauta fructuosa est qua paudēter deferē̄t po
testatibus huius mūdi: ⁊ maxime regi tanq̄ precellē
ti. Nā oīs potestas a dño deo est. Hec pacē ecclie fo
uet. Hec regnū ⁊ sacerdotiū vnū facit. Hec sua beni
gnitate ⁊ lenitate obtinet qd̄ nec p minas nec p sentē
tias extorq̄ret. Hec est remissio siue lenitas: nec deus
nec homo offenditur: et in qua fides debita deo ⁊ ho
mini exhibetur. De hac fide ⁊ de hac lenitate scriptū
est. In fide et lenitate sanctum fecit illum. In hac re
missione aut potius in hoc melle fel correctionis ab
sconditum est. Nam hec remissio in sua lenitate zelū
et in blāditijs suis aculeum habet. Eo tempore opor
tuno ex aduerso ascendit ⁊ opponit se murū p domo
israel: ⁊ vbi verius diligit: ibi seuerius corrigit eos qui
ignorant ⁊ errant. Hec est que dicit regi apostata: vo
cat duces impios, ⁊ non accipit pson̄as principū: nec
cognoscit tyrannū, cum decertauerit contra paupe
rem. Vos itaq; fratres quorum officium est placabi
les hostias offerre altissimo: lōge faciatis a vobis fer
mentū malicie et nequicie. Abijcite mel adulationis
aut dissolute remissionis: mel mundane dilectionis ⁊
deceptorie voluptatis. Custodiat vnusquisq; vas suū
in sanctificatione ⁊ honore: vt non vituperetur minis
teriū vestrū: vt verbo ⁊ exemplo reddatis cōmissum
vobis populum acceptabilē domino sectatorē bono
rum operum. De animabus enim populi redditurī
estis rationē in die tremēdi iudicij/pro perditione il
lorum cōfusionis ⁊ mortis eterne sententiā subituri:
pro salute vero illorū coronā immarcessibilē ⁊ eternā
atq; ineffabilē gloriā adepturi. Quam vobis prestare
dignetur qui viuit et regnat Per omnia secula secu
lorum. Amen.

¶ Sermo. xxix.

Dilectus deo et hominibus beatus dñicus
cuius memoria in benedictione est. Si fru
ctum diuine dilectionis attendim⁹: fructus
eterne salutis est, et lignū vite apprehendē
tibus eā. Hec est enim charitas de cuius radice bo
na vniuersa procedunt: inter cuius fructus computa
tur gaudiū ⁊ pax in spiritu sancto. Viberrima est hec
ardor/vnde si aliquis et impenditur ad culturā: idip
sum multiplicato fenore fructū recompensat. nam si
deum diligimus: plus ab eo diligimur. Mensuram
enim bonam et confertam ⁊ coagitatam: et superef
fluentē dabit in sinum vestrum. Dilectio siquidē ve
stra quasi scintillula ad comparationē illius effuse et
abundantissime charitatis diuine. Si christū ad dile
ctionē preuenire volumus: ipse anticipat vias deside
riorum nostrorꝫ, ⁊ dilectionis sue gratia nos pcurrit.
Nam ab eo est si eum diligimus: ⁊ vt eum diligam⁹
sua nos dilectione preuenit: non quia priores dilexe
rimus eum (dicit iohannes) sed qr prior dilexit nos.
Prior diligit nos qui in benedictionibus suis vbiq;
nos preuenit: sed diuine dilectiōis irrefragabile que
rimus argumentū: deus dei filius animā suam p no
bis posuit cum maiorem dilectionem nemo habeat,
vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Hec dile
ctio fortior fuit q̄ vita: quia vitam abstulit. fortior
fuit q̄ mors quā etiam destruxit qui mortis habe
bat imperium: et mortem omnino absorbuit et de
leuit. Preter hāc generalē et cōem dilectionē in qua
et p quā vult dñs oēs saluos fieri: et ad agnitionē sui
nois venire: est alia dilectio/infusio scilz gre/⁊ infuse

conuersatio. Hec est que hominē dilectum deo facit. Certissime autē constat eum a deo diligi, qui deū diligit: ⁊ qm̄ dilectionis probatio est exhibitio operis: constat deinuo quia is deū diligit, qui dei mādata custodit. Si q̄s diligit me (ait dn̄s) sermones meos seruabit. Diligamus (dicit apl's petrus) non ꝛbo vel lingua: sed opere ⁊ veritate. Ideo proculdubio deū diligit: qui odit ea que deus odio habet, scilz iniquitatē ⁊ vanitatē ⁊ hmōi. Sicut scriptū est. Odisti omnes qui operātur iniquitatē. Et illud. Odisti obseruātes vanitatem superuacue. Hac dilectione ductus et tractus apostolus omnia que in mūdo fuerant ei lucra ꝓpter christū arbitratus est detrimēta. In charitate itaq̄ radicatus dicebat. Quis me separabit a charitate christi? tribulatio, an angustia, an pſecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Primū in dilectione dei est odire malum ⁊ diligere bonū. Porro nemo vere diligit deū: nisi prius odio habeat malum. Qui diligitis deū (dicit ꝓpheta) odite malum. Sed hoc non sufficit: exigitur em̄ vt sermones ⁊ mādata diligat: ⁊ diligēdo custodiat. Unde ꝓpha. meditabor in mādatis tuis que dilexi: et leuaui manus meas ad mādata tua que dilexi nimis. Multi siquidē certissime scīūt vtrū deū diligant: sed an a deo diligantur ignorāt. Quis enim nouit sensum dn̄i: aut q̄s consiliarius eius fuit? Quis scit de seipso si sit dignus amore vel odio? Paulus apostolus licet constantissime dicat certus sum quia nichil me separabit a charitate dei: ipse tamen q̄si suffragia intercessionis alienē mendicans Obsecro (inquit) vos per dn̄m iesum christū et ꝑ charitatē spiritus sancti: vt adiuuetis me orationibus vestris. Iudicia dei abyssus multa. Quibusdā misericors est quos odit: quosdam vero diligit quibus videt iratus. Misereamur (inquit) impio: et non discet facere iusticiā. Miseretur impijs vt cum hoibus non flagellētur: et dimittit eos ꝓm desideria cordis eorū: vt eant in adinuētionib⁹ suis vt apponāt iniquitati ad iniquitatē: vt qui in sordibus est sordescat adhuc. Verū tamen dn̄e propter dolos posuisti eis: allisisti eos dū alleuarētur. Preparēt sibi stulti et infelices in istis presentibus miserijs sententiā ire interminabilis: ⁊ mortis eterne iudiciū. Ideo dicit sapiens. Prosperitas stultorū perdet eos. Vere stulti sunt qui dei misericordias nō diiudicant: ⁊ iram futuri iudicis non attēdunt. De ira dicit ꝓpha. Quis nouit potestatē ire tue? De miserijs etiā dicit. Quis sapiēs ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget misericordias dn̄i? Ille siquidē qui inueritate deū diligit: nā ipse est q̄ a deo diligitur, inter irā ⁊ misericordiā dei oculo pspicatiore discernit: scit q̄ flagellat de⁹ omnē filiū quē diligit. et ideo cor suū delitijs aut diuitijs si affluant nō apponens: omne gaudiū existimat cū in varias tētationes inciderit. Iste, pculdubio ⁊ electus ⁊ dilect⁹ est a deo: sed cū dicat dilectus a deo quare apponit ⁊ hoibus. Quid sibi vult ista cōiunctio dilectionis diuine ⁊ hūane? Que cōuētio lucis ad tenebras: vite ad mortē: salutis ad confusionē? Nonne qui hoibus placent confusi sunt: qm̄ deus spreuit eos? Quid est fauor humanus nisi ventus vrens, aer pestilens, et aura corrumpēs? Quid est hoim dilectio: nisi occultum dei odiū? Latro insidiās, coluber in via, cerastes i semita mordens vngulas equi vt cadat ascēsor eius retro. Homo siquidē grē captator humane (iuxta verbū iob) ponit sup ventū: ⁊ sic vir vanus erigit in supbiā: sed oia merita eius modico flatu fauorabilis aure in nichilū dissipātur. Ipse etiā tanq̄ ascēsor supbie, deuolut in precipiciū ⁊ ruinā. Porro sicut fides que ꝑ dilectionem opatur dilectū deo facit: sic mansuetudo siue lenitas hoiem hoibus amabilē reddit: vt a deo ꝑ dilectionē sanctificet: ⁊ ab hoibus ꝑ māsuetudine ⁊ lenitate sua tanq̄ sanctus dn̄i diligat. Sicut scriptū est. In fide et lenitate sanctū fecit illum dn̄s. Dilectio ergo dei modis oibus querenda est: dilectio vero hominū querēda quidē non est: sed si oblata fuerit reijci dedignāter aut contēni non debet: cū ipsa veritas dicat. Sic luceāt opera vestra coram hoibus: vt glorificēt patrē vestrū qui in celis est: quatin⁹ qō de vnigenito dei filio dicit: etiā de adoptiuo dicatur. Pater clarifica filiū tuū: vt ⁊ filius tuus clarificet te. Apl's idipm cōsulere et monere videtur. Prouidētes (inquit) bona, non solum coram deo: sed coram hoibus. Deo quidē displicere non credo: si quis hoibus placeat māsuetudinis obtētu vel intuitu sanctitatis. Nā ipse qui est factor hominū ac redēptor quorundā faciē ira quodā placore quadā hylaritate fauorabili serenat. ita quodam celesti dono dicta ⁊ facta eorū gratificat: vt corda hominū sibi consiliēt ipso visu/⁊ his quasi angelis humani fauoris reuerētia impendat. Deo igit debemus fidem, hoibus lenitatē: fidē cuius condimentū sit dilectio: vt diligēdo deum ab eo diligamur. In lenitate vero ⁊ mansuetudine exemplar et forma viuēdi alijs existam⁹. Sane lenitas in hoie notabilis est: nisi aliquo sale rigoris cōdita sit. Unde ⁊ in hely lenitas dānata est. Ideoq̄ cum magister veritatis diceret, discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde: vt sale humilitas conditet, premisit salem habere in nobis. De fide illud dicim⁹ q̄ cū iustus ex fide viuat: fides nō vificat ſz mortificat, nisi socia dilectiōis existat. Multi em̄ credūt: sed fides eis potius est ad mortē. Nā cū demones credāt ⁊ cōtremiscant: isti deteriores infidelibus et demonib⁹ credūt, ſz nō diligūt: credūt ⁊ oino contēnunt. Ideoq̄ in die ire sibi thesaurizāt terribile iudiciū: ⁊ q̄ modo nō timēt ⁊c. ab auditiōe mala non timebūt. ꝑ abysso malicie sue habituri ignis cā timoris ⁊ horroris abyssuz: et ꝑ cōtētu dānationis ete sup pliciū. Quā a nobis auertere dignet: cui est honor et gloria in secula scl'orū. Amē.

¶ Sermo. xxx.

Beatus vir q̄ in sapiētia sua morabit: et qui in iusticia meditabit: et in sensu cogitabit circūspectionē dei. Multi quesierūt sapiētiā ⁊ nō inuenerūt: multi inuenerūt ⁊ nō tenuerūt. Beatus autē q̄ in sapiētia morabit. Salomō

inuenit sapientiā: sed nō est morratus in ea qui per feminas alienigenas alienat⁹ a sapiētia insipiēs factus est. Sed et ꝑ sapientiā inuenerunt: nec in sensu cogitauerunt circūspectionē dei. Qui cum deū glorie cognouissent/non sicut dn̄m glorificauerūt: sed euanuerunt in cogitationibus suis ⁊ obscuratū est insipiens cor eorū: et dati sunt in sensum reprobum/seruientes potius creature q̄ creatori. Sūma sapiētia est q̄ mūdus iste stulticiā reputat, sapiētia xpi: immo sapiētia xpi est: q̄ (iuxta apl'm) factⁿ est nobis a deo non solū sapiētia sed iusticia: ⁊ sctificatio ⁊ redēptio. Ideo paulus sapiētie huius scholis addict⁹. Michil (inquit) arbitratus sum me scire: nisi christū iesum ⁊ hūc crucifixum. Bonum est inquirere ⁊ tenere hanc sapientiam que est sctificatio ⁊ redēptio. Cū ois alia sapientia sit inflatio ⁊ pditio: huius schole discipulus esse nō pōt qui non renunciat oibus q̄ possidet: non pōt esse me⁹ discipulus: imo q̄ nō odit patrē ⁊ matrē ⁊ aiam suā nō est me dignus. Bone iesu q̄d fecisti nobis sic? Moyses attulerat on⁹ qō neq̄ nos: neq̄ patres nri portare potuerūt. Sperabam⁹ q̄ venies alleuiares onera nra: ⁊ nunc aggrauas manū tuam. Nonne satis erāt graues manus moysi? Venisti vt scorpionibus nos cedas? Queris materiā trascēdi nobis: ⁊ pdēdi nos. Mōne tu es iesus saluator ⁊ nō perditor? Quare precipis qō nō possum, patrē videlicet ⁊ matrē ⁊ animā meā odio habere et diligere inimicū? Durus est hic sermo: et quis potest ipsum audire? Ad alias scholas irem ⁊ alium magistrum michi eligerē: sed audio petrum respondentē: ⁊ pro se ⁊ pro alijs. Domine ad quem ibimus? verba vite eterne habes. Si fingis labore in precepto ⁊ duriciā in sermone: tamē scio quia magna est multitudo dulcedinis tue quā abscōdisti timētibus te. Ergo sperabo in te cuius non pōt sapiētia falli, potentia vinci, beniuolētia fatigari, charitas minui. Si flagellaueris: si cōbusseris: si secueris: si occideris me sperabo in te dn̄e: dūmodo adiuues me ⁊ doceas facere voluntatē tuā: fac tm̄ domine signū in bonū vt querā te ⁊ sperem in te. Bonus em̄ es sperātibus in te: aie querenti te. Scio quia q̄ tibi seruiunt non sunt onerati, imo honorati: quia nimis honorati sunt amici tui deus. Scio q̄ omne iugū seruitutis acceptū est in memoria dulcedinis tue/iuxꝗ verbū ysaie dicentis: cōputrescet iugum a facie olei. Fratres sanctus iste cuius hodie memoria in benedictiōe est: nec in schola phor: nec in libraria Iustiniani sapientiam quesiuit: eam tamē inuenit ⁊ in sapiētia morat⁹, eam verbo ⁊ exemplo docuit: et quasi stella in firmamēto celi pre cunctis doctoribus nri tēporis gloria ⁊ honore fulsit. Ita dn̄e ꝑmiseras ꝑ daniele ⁊ sic impleuisti in isto. Qui docti (inquit) fuerint fulgebūt sicut splendor firmamēti, ⁊ qui ad iusticiā erudiunt multos: q̄si stelle in perpetuas eternitates. Sermo siquidē ei⁹ viuus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti: tanto lepore dulcedinis, tanta gratia vrbanitatis et suauitatis enituit: vt eo loquente non videret homo: sed angelus loqui. Omnia etiam eius scripta facultatem humane inuentionis excedunt: ⁊ potius digito dei q̄ humano ingenio dictata ⁊ scripta fuisse credēda sunt. Iste a puericia sapientiā quesiuit: et affluens prudētia circūspectionibus ⁊ miraculis choruscauit. Ipse tanq̄ dn̄ice vinee strenu⁹ cultor in sancitate et iusticia coram ipso oibus diebus vite sue nullā diei horam ducens vacuā, de virtute in virtutē, de gradu in gradum pfectionis ascendens, die sanctificationis in se plenissime cōsummauit. Sicut de eo ⁊ cōsimilibus scribit Salomō in ꝓuerbijs. Iusti semita q̄si lux splē descēs ꝓcedit ⁊ crescit vsq̄ ad pfectū diem. Laxem⁹ itaq̄ fratres ⁊ resoluamus linguas nostras in laudē domini: qui mirificauit hodie sanctū suum. Scim⁹ q̄ brauiū sui cursus assecutus est: ⁊ ad portū nauigans feliciter itrouit in potētias dn̄i, in abyssos lucis eterne. Ideoq̄ nos ei congaudere oportet: qui de labore ad premiū: de meroze huius seculi ad gaudiū transiit angelorū. Licet anima eius dum sapientiā querebat soleat in huius peregrinationis exilio deuota meditatione penetrare celos, supnas māsiones intrare, diuersitates amenitatū circūspicere, salutare pfes, ꝓphetis, apl'is, martyū choris, ⁊ confessoꝝ contēplationis vehiculo interesse: omnia tamē ꝑ speculū et in enigmate tunc videbat. Nunc autē reuelata facie in splendoribus sanctorū videt eum quē angeli cōcupiscunt: ⁊ in sapiētia quā quesierat quā affectauerat in huius corporis ergastulo positus, solut⁹ vinculis carnis iuxta desideriū anime sue contēplando morratur. Beatus (inquit) q̄ in sapiētia morabitur. Nunc eum secure beatū dicere possumus: qui dū peregrinaret a dn̄o, dubiū erat quē exitū esset habitur⁹. Et q̄s i hac terra dissimilitudinis de ꝓmio vite eterne pōt esse securus? Quis scit si est dignus amore an odio? Quis scit q̄d crastina parlat dies? Mirabili em̄ arte ⁊ mirabiliori charitate ira grām suā dispēsat altissim⁹: vt quos diligit dubios de dilectiōe sua semp efficiat: vt q̄to sunt incertiores: tanto sunt humiliores. Beatus em̄ q̄ semp est pauidus. Nunc mittit dura ⁊ aspa: nūc idulget blāda ⁊ prospa: visitat diluculo ⁊ subito ꝓbat nunc mortificat, nūc deducit ad iferos, nūc reducit, nūc pauperē facit, nūc ditat, nūc humiliat, nūc sublimat. Et i his oibus sue ꝓuentū grē opat. Dicit tm̄ paulus. Bonū certamē certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui. reposita est michi corona iusticie: quā redder michi dn̄s in illa die iust⁹ iudex. Ideo etiā dicit, certⁿ suz: q̄ michi me sepabit a charitate dei. Sz certe paulus erat, ⁊ ad tertiū celū rapt⁹ fuerat: qui sic cōfidēter loq̄bat ipi licebat dicere. Viuo ego iam nō ego: viuit vero in me xps. Ita xpo adhesserat, vt esset vnus spūs cum eo: ipse tm̄ quasi reprobari timeret a dn̄o alibi dicit. Castigo corpus meū ⁊ in seruitutē redigo ne cum alijs pdicauerim: ipe reprob⁹ efficiar. Job quē nō reprehēderat cor suū invita sua de vita etna secur⁹ ⁊ de hac certitudine loquēs. Scio (inq̄t) q̄ i carne mea videbo deū saluatorē meū. Idē et dicit. Qtus ego suz

qui respondeā deo? Si habuero quippiā iustum non
ligatus in carcere fuerat/ ⁊ tactu illorum liberata est. Propter qõ ⁊ beatus alexãder liberatus a vinculis instituit hoc festũ: ⁊ edificauit ecclesiam rome quãvocauit ad vincula sancti petri. Hieremias ⁊ alij pphete leguntur fuisse in vinculis: sed ⁊ paulus/ ⁊ iohãnes q̃ in pathmos insula relegatus fuit: et iacobus/ et alij fere omnes. Verũtamen nullius vincula in tanta reuerentia habita sunt sicut vincula petri: qõ forte accidit, ppter predictũ miraculũ: aut (qõ verius puto) vincula eius in honore habẽda sunt: qr ipse dñs vinculorum. Ipsi eñ singulorꝝ priuilegio data est potestas ligandi atq; soluẽdi. Vt ergo aliquid de vinculis petri dicamus: videamus qualiter/ et a quibꝰ tenebatur in vinculis. Traditus siquidẽ erat quatuor quaternionibus militũ: ⁊ iacebat in carcere tenebroso inter duos milites vinctus cathenis duabus. Hãc actualẽ incarcerationẽ petri potest vnusquisq; nostrũ in se spiritualiter contẽplari. Inuisibilia eñ dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspicũtur. Habemus nostrũ herodẽ/ nostrũ carcerem/ nostros quaternionẽs. Hã quaternio nomẽ est officij, non nũeri: sicut cẽturio/ quinquagenarius/ decanus/ duumuir/ triũuir. Habemꝰ nostros milites/ nostras cathenas/ nostrũ angelũ. Herodes pelliceus interpretat, id est deceptor: qr versutus est ⁊ versipellis. Unde apostolus. Nõ ignoramꝰ vsutias sathane. Herodes q̃diu peregrinamur a dño, quasi in quodam carcere: immo in carcere mortis huiꝰ/ vt carcere corporis nos affligit. Vñ psalmista. Posuit me in obscuris sicut mortuos seculi. Et in carcere isto clausus hieremias exclamare compellitur. Circũedificauit aduersum me in giro vt non egrediar, aggrauauit super me pedẽ suum. Et idẽ. In tenebrosis collocauit me sicut mortuos sempiternos. Apostolus sentiẽs eiusdẽ carnis angustias ꝓquerẽdo exclamat. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Quatuor sunt quaternionẽs militũ, quorũ vnusquisq; quatuor milites sub se habet. Primus quaternio superbia, secũdus malicia, tertiꝰ luxuria, quartus auaritia. Superbia sub se habet inanẽ gloriam/ arrogãtiam/ presumptionem singularitatẽ. Inanis gloria est, cum quis de bono qõ in eo est intumescit: ⁊ ab ipsa gloria inani oppprimitur meliorem se reputãs q̃ ipse sit. De isto dicit ppheta. Superbus est moab: ⁊ elatio eius plusq̃ fortitudo eiꝰ. Sicut legit de eleazaro: q cũ elephantẽ occidisset oppressus est ab eodẽ. Arrogantia est, cũ quis de honore et diuitijs huius seculi gloriat. Sicut nabuchodonosor dicit. Nonne hec est babylon magna: quã edificaui i robore fortitudinis mee/ ⁊ in glria decoris mei? Presumptio est, cũ dona que a deo habet: sibi ⁊ non deo ascribit. Sicut philosophi gentiũ dicẽtes Labia nostra a nobis: quis noster dñs est? Qui cũ dñm glorie cognouissent: nõ tanq̃ deũ glorificauerunt. Singularitas est, cũ quis dona spiritualia que habet a deo recognoscẽs: alios in elatione cõscientie sue vilipẽdit sicut ille pharisseus. Gratias tibi ago deus qr nõ sum

sicut ceteri hominum peccatores/ raptores/ adulteri/ sicut ⁊ hic publicanus. Exemplũ habes in helya: sed familiarius in phariseo. Malicia sub se quatuor milites habet: scilicet iam/ impatientiã/ audaciã/ impudẽtiam. Sub luxuria sunt alij quatuor: ingluuies vẽtris mollicies vestiũ/ immundicia carnis/ resolutio oculi ⁊ soporis. Sub auaricia sunt pusillanimitas/ inhumanitas/ contẽptus dei/ et obliuio mortis. Duo milites inter quos iacet miser ⁊ incarceratus, sunt ignorãtia boni/ ⁊ cõcupiscẽtia mali. Due cathene: titillatio carnis/ ⁊ amor mundi. Et quis est iste angelus q̃ educit petrũ de carcere: i pie est q̃ educit vinctos in fortitudine/ ⁊ eos qui habitãt in sepulchris. Corpora nãq; nostra animarũ sepulchra sunt: q̃ portas ereas ⁊ vectes ferreos cõfregit: qui ponit humiles in sublimi, vt merentes erigit sospitate. Angelus iste est firma obediẽtia. Hec est quam premittit dñs, quasi angelum ante faciem suã: et preparat viã vite. Unde merito educit symonẽ petrum: symon obediẽs, petrus firmus: nam qui firmus est in obseruãtia obedientie, per obedientiam de carcere liberat: vt iam nõ sit ei claustrum carcer, sed thalamus quietis/ et paradisus voluptatis. Transit autẽ primã/ ⁊ secundam custodiam. Prima custodia est cõsuetudo in peccatis: secũda vehementia tentatiõis. Difficile transeunt iste custodie: difficile est consueta relinquere: et difficile est post diuitias huius seculi duriciã et rigorem vite abstinẽtioris amplecti. Sed et tẽtatiões que incessanter insurgũt, quibus demones aiam impugnant: sicut expugnauerũt a iuuẽtute sua/ difficile est euadere, nisi obediendi humilitas precederet: que facit obediẽtem oia sine difficultate trãsire. Humilitas hec est que omnes laqueos dyaboli trãsit. Dyabolus eñ laqueos habet de quibus legit. In via hac qua ambulabam absconderũt laqueũ michi. Et iob. Abscondita est in terra pedica eius: ⁊ decipula eius super semitã. Legitur q beatus anthonius raptus a dño in extasim/ vidit omnes laqueos inimici: ⁊ erant valde intricati ⁊ perplexi. qr sicut iob dicit. Perplexi sunt nerui testiculorũ leuitatẽ. Et cũ videret sanctos illos intrãsibiles ⁊ inextricabiles laqueos: exclamauit. Dñe quis transibit laqueos istos: ⁊ facta est vox dicens Humilitas. Trãsit humilitas, vbi fratres supbia ad superliminare obtundit: euadit humilitas, vbi in astutia sua malicia deprehẽditur. Porta ferrea est caritas: ppter fortitudinẽ hec alibi vocat porta speciosa. Ista est de qua scriptũ est. Hec porta dñi iusti intrabunt in eam. Hec est porta speciosa que in destructiõe hierusalem sola remansit: nam siue fides/ siue scientia euacuabũtur. Charitas nunq̃ excidit: et ideo ppter stabilitatem ferrea dicitur. Hec est que ducit ad ciuitatẽ habitationis. Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus: in qua est dies sine nocte/ sine labore requies/ et gloria sine fine: ad quam immẽsa xpi charitas nos deducat, cui est honor ⁊ glria in secula seculorũ. Amẽ.

¶Sermo. xxxviij.

Separauit moyses trans iordanem ad orientem plagam tres ciuitates refugij. Bosor in solitudine/ in terra cãpestri de tribu ruben. ramoth galaad de tribu gad: et gaulon i basan de tribu manasse. Tria sunt refugia siue media Primũ est p nostris/ ⁊ alienis peccatis cõteri: secundum est p xpo pati: tertium ad celestium desiderium contẽplatione suspendi. Notentur locorũ refugij nomina, ⁊ nominũ significationes: ⁊ erunt concordia, et consonantia vniuersa. Primus locus est penitẽtium: secũdus martyrũ: tertius contemplatiuorꝝ. Bosor interpretat tribulatio/ seu contritio: quod bene cõuenit cordi contrito et humiliato. Unde et hec ciuitas sita est in solitudine, qui est locus penitẽtis in tribu ruben qõ interpretatur visio filij. Quis ei potest videre filiũ quem soli mũdo corde vident, nisi qui cordis oculos per penitentiã emũdauit? Ramoth interpretat visio mortis/ vel signũ excelsum. Et qõ signum excelsiꝰ q̃ signũ martyrũ/ signũ crucis. De quo esayas dicit. Leuate signũ in nationibus. Et xps. Qui vult (inquit) venire post me/ abneget semetipsum: ⁊ tollat crucẽ suã/ ⁊ sequat me. Galaad sonat aceruus testimonij: qõ ad vniuersitatẽ martyrũ spectat. Martyr eñ idem est q testis est. de tribu gad: qõ interpretatur accinctus. Et quid magis accinctius est/ q̃ qui accinxit fortitudine lumbos suos a dño precinctus ꝓrute ad bellum? Si gloriatur discinctus: eque etiam glorietur accinctus. Discinctus est q̃ semotus a turbine spiritualiũ prelio rum cũ maria ad pedes iesu paci et quiete aie vacat. Hic habitat i gaulon tertia ciuitate refugij: hic est in basan et in tribu manasse. Gaulon interpretat transmigratio: qõ ad eos pertinet qui de amore huiꝰ seculi ad amorẽ celestiũ transmigrantes quasi in extasi spiritualiter ascẽdũt in mõtem dñi/ montẽ diuine dulcedinis/ ⁊ iocũde refectiõis: vt possit dicere. In loco pascue ibi me collocauit. Ideo hec ciuitas est in basan quod interpretat pinguedo: ⁊ de tribu manasse quod interpretat obliuiosus. Hoc ei contẽplatiuo spiritualiter cõuenire videtur, qui oblitus populum suũ ⁊ domũ patris sui, oblitus eorꝝ que retro sunt: ad anteriora ascendendo se porrigit. cuius aia quasi ex adipe ⁊ pinguedine repleta/ in sinu rachelis ⁊ in vmbra desiderij requiescit. Singuli istorꝝ zelum suũ habent. Primus est in suorꝝ ⁊ alienorꝝ dolore peccatorũ: secũdus in tolerãtia passionum: tertius in desiderio eternorũ. Primũ exhibet apls: vbi se carnalẽ reputans/ et venundatũ sub peccato, Dia (inquit) sustineo ppter electos: vt ⁊ ipsi salutẽ cõsequantur. Secundũ exprimit vbi asserens se paratũ alligari in hierusalẽ: non facio (inquit) animã meã preciosiorẽ q̃ meipsum. Tertiũ manifeste declarat vbi ad tertiũ celum raptus/ ⁊ accensus desiderio supernorũ: cupio (inquit) dissolui/ et esse cum xpo. Hoc triplici celo immolat homo aiam suam: hoc est triplex sacrificiũ simile. Offert vt simila in clibano/ in craticula/ in sartagine. Qõ in clibano cõquitur/ occultum est: sic ⁊ cordis contritio ei soli

aperta est, cui cogitatio omnino cõfitetur. Qõ in craticula coquitur, libere oibus paret: in quo martyrum persecutio manifesta signat. Quod vero in sartagine frigitur qñq; apparet, qñq; abscondit. Fm motus olei bullientis: sic et mẽtis deuotio nũc interius latet, nũc foris per vehementiã desiderij et amoris apparet. Licet ei beatus martinus, licet maria magdalena oleo caritatis intus ferueãt: desideria tũ eorum per operis exhibitionẽ exterius ꝓdeunt, dum ille celũ suspiciẽs et suspirans cũ xp̃o esse desiderat: et ilia xp̃m super oia diligẽdo pedes osculat/et lachrymis rigat. Loquitur ergo in clibano paulus, in craticula laurentius, in sartagine maria/vel martinus. Et qz beati laurẽtij craticula totũ hunc otem sibi peculiariter vẽdicat: de beato laurẽtio et eius craticula ꝓsequamur. Cum de craticula offerenda est simila, post aspergẽda est oleo: ne ignis vehemẽtia cõburatur. In hoc sacrificio tria exigunt vt sit simila absq; fermẽto: vt coquat: vt craticula: vt oleo conspergat. Simila est puritas cõscientie: que nisi oleo caritatis cõspergatur/persecutiõis igne consumitur: nam sine spiritus sancti gratia humana nõ potest subsistere infirmitas: qõ inferk. Petrus ante infusionẽ spiritus sancti ad vocẽ ancille xp̃m negauerat: indutus aũt virtute ex alto cũ a principibus sacerdotũ ꝓhiberetur loqui in noĩe iesu: magis (inquit) oportet obedire deo q̃ hoibus. Et immuẽte xp̃o tẽpore passiõis: quo (inquit) vado, nõ potes me modo sequi: sequeris autẽ postea. Sed et oibus discipulis dictum est Sedete in ciuitate: donec indumini virtute ex alto. Absq; fermento est simila: cũ ꝓ xp̃o et iustitia eius quis patitur, nõ ꝓ sua malicia. Sicut scriptũ est Si ꝓ xp̃o patiamini/beati: et beati qui persecutionem patiunt ꝓpter iustitiam. Nemo vestrũ (dicit petrus) patiat quasi homicida/aut fur/aut malefic⁹/aut alienorũ appetitor. Oportet q; aspersa sint oleo: nã quicquid sine caritate obtuleris/ vite meritũ nõ habebit. Verba pauli sunt. Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, caritatem aũt nõ habeam: nichil michi ꝓdest. Caritas aũt oia suffert, oia sustinet: qz caritas patiẽs est. Ideo gloria martyrũ erat: q; pro xp̃i nomine torquebant. In hoc (inquit apl's) laboramus, et maledicimur: qz speramus in deum viuũ. O q̃ felicem debemus reputare eũ qui sic materiali igne purgatus est/ vt ignem purgatoriũ nõ sentiret. Terribilis est expectatio illius quãdo sedebit dñs cõflans et emũdans argẽtum. Et purgabit (inquit) filios leui in spiritu iudicij et spiritu ardoris. Felix cuius opus non ardebit felix qui edificauerit aurũ/argentũ/et lapides preciosos. Cum exarserit (inquit) in breui ira eius: beati oẽs qui cõfidunt in eo. Per ignem transeundũ est nobis oñia opera nostra ꝓbabit ignis. Vereor ne aurum nostrũ vertatur tibi in scoriam. Omnes eñ iustitie nostre sicut pãnus menstruate. Et quid miseri faciemus cũ nostras purificabit iniquitates: q̃ etiã iustitias iudicabit? Quicquid modo dissimulam⁹, quicquid vel in nobis/ vel in alijs dissimulando palpamus: ignis vindex/et crucians flamma cõsumet. Ego infelicissimus qui nõ possum exiguã guttam sustinere candele ardentis si super manũ meã ceciderit: quid faciam si me circũcingi, et onerari video cathenis ardentibus premẽtibus/vrẽtibus/et nõ cõsumentibus? Quomodo expectabo dñm maiestatis, iudicem vniuersitatis venientẽ in spiritu furoris et turbine tẽpestatis/ in igne sulphuris/et eterni ardoris? Ignis ei in ꝓspectu eius exardescet: et in circuitu eius tẽpestas valida. Contra hanc fragilissimã stipulam: et contra foliũ quod vento rapitur accendet ignis cõsumens et deuorãs vsq; ad inferni nouissima. O q̃ felix craticula laurentij: quã et ignis ille penalis euadit, et eterni refrigerij quies, et eterne glorie iocũditas obtinet. Nonne et nos ignem aliquẽ sustinere possemus? possemus equidẽ et ignem grauissimum sepissime sustinemus. Nonne ignis est inuidia? nonne ignis est cupiditas? sed ignis iste alienus est, et interficit filios aaron. Ignis iste nõ fouet, sed deuorat: non illuminat, sed excecat: vt non videamus solẽ iustitie. Supercecidit ignis malicie: et nõ viderũt solem iustitie. Hunc ignẽ subijcit abimelech vt incendat oppidũ thebes: hunc ignẽ accendũt amalechite vt succendãt ſychelech: sed et inimicus accẽdit in nobis stipulas, extinguit ignẽ illum in nobis quẽ dñs misit in terram, et voluit vehemẽter accẽdi. Putatis q; beatus laurẽtius sustinuisset adeo patienter/ materialis ignis incẽdium: nisi arderet alio igne quẽ omnẽ maliciam alterius ignis cõsumeret et auferret? Naturale et phisicũ est q; calor calorẽ expellat. Ardebat itaq; ignis charitatis in altario cordis eiꝰ: ꝓ quẽ ignis exterior vincebatur. Ignis ille de quo moyses dicit, Ignis semper ardebit in altari, sacerdos subijciet ligna: forte huic igni ligna subiecerat: diuq; hunc ignẽ fouerat summus ille beatus sacerdos sixtus/ vel ministerio beati sixti summorũ sacerdotum summus De quo scriptũ est. Ignem misit dñs in ossibus meis et erudiuit me: et insistũt ministri sathane. Cõtumelia et tormento interrogabãt martyrẽ xp̃i: martir fiat afflictus siquidẽ, sed inuictus. Carbones suggerũt, excitant flãmas, furcis ferreis et ardẽtibus attrectãt mẽbra illius. Ille memor passionũ xp̃i, et eius passionibus condelectans: suorũ dolorum obliuiscit, ꝓprijq; corporis cruciatũ non curat/qz peregrinat a corpore nec attribuendũ est hoc stupori, sed amori: nec insensibilitati, sed caritati: nec eñ sensus doloris amittit, sed submittit: et quicquid potest humana malicia pro xp̃i amore contẽnitur. Ecce quõ aspersa et superaspersa est oleo simila beati laurẽtij/nisi oleũ esset ꝓculdubio omnino cremaret et tota deficeret. Hãc aũt vncta oleo exultationis nõ solũ in tormẽto exultat: sed torori insultat. Assatũ est (inquit) iam versa et manduca. Ecce q̃ta est fides sanctorũ: ecce q̃ta est in fide virtus in virtute victoria. Sancti (inquit) per fidẽ vicerunt regna. Per fidẽ inquit. Hã hec est victoria que vincit mũdum fides nostra. Abũdus fidẽ expugnat triplici ter: per prudentiam/ per potẽtiam/per obstinaciam.

fides

Fides autẽ triplici modo vincit mundũ: per stultitiã, per patientiã, per operũ gratiam. Per stultitiã vincit prudẽtiã: nam cũ filij huius seculi prudẽtiores sint filijs suis in generatiõe sua, placuit deo q̃ stultitiã predicatiõis saluos facere credẽtes. Predicam⁹ (inquit apl's) xp̃m crucifixũ: iudeis quidẽ scandalũ: gentibus aũt stultitiam. Per patientiã vincit potentiã. In patiẽtia (inquit) vestra possidebitis aias vestras. Idem. Nolite timere eos qui corpus occidunt: aĩe autem nõ habent quid faciãt. Per operũ gratiam vincit obstinacia. Quis ei adeo est obstinatus: vt eum ad amorẽ xp̃i sancta et miraculosa opera non inducant? Hec est pugna gedeõis in tubis/in lagũculis/in lucernis. In tuba predicatiõis: in lagũcula que frangit, martyriũ corporis: in lucerna miraculorũ exhibitio. Et q̃ testa, qõ vitrũ fragili⁹ carne nostra? ideo et merito caro nostra est et lagũcula. Si nõ possumus ascẽdere in montẽ martyrij, qz nõ omnes capiunt verbũ illius pfectionis vite: saluemur saltẽ in segor modica ciuitate. Pugnemus in tubis/in lagunculis/ et lucernis aduersus madianitas cũ gedeõe. Sit tuba nostra in hymnis/et psalmis/et cãticis spũalibus: frãgamus vasa ista fictilia vigilijs/ieiunijs/disciplinis. Ardeant lucerne vestre coram hoibus: vt videant opera vestra, et glorificẽt patrẽ vestrũ qui in celis est. Videãt eriã madianite: et fugiãt qui oderũt dñm a facie eiꝰ. Ecce tres ciuitates refugij: penitẽtie cõtritio, carnis afflictio, vite celestis affectio. Ecce tria sacrificia: similia in clibano ꝓ occultam cordis ꝓtritionẽ: in craticula ꝓ corporis afflictionẽ: in sartagine ꝓ ebullitẽtis et estuantis desiderij volũtatẽ. Qz ergo nõ habemus hic ciuitatẽ manẽtem, sed futurã inquirimus. fugiamus fratres ad ciuitates refugij, vt q̃ eas redeamus ad illam ciuitatẽ a qua nũc exulamus: cuius mãsio est in gloria et honore: in pace et quiete: in eterna beatitudine/et interminabili iocunditate. Ad quã nos ducat et introducat iesus christus: cui est honor et gloria in secula seculorũ. Amen.

Sermo. xxxix.

Gaudeamus oẽs in dño diem festũ etc. Gaudẽt angeli: qz xp̃i mater hodie ĩ celũ assumpta est. Cum hoies gaudeant q̃ semp sunt in tristitia et merore: quõ nõ gauderẽt angeli, quor natura est gaudere, quorũ cõditio tristitiã nõ admittit? Qui gaudẽt super vno pctõre pniam agẽte quõ non gauderẽt super matre dei celos ascendẽte? quare nõ gaudeãt angeli, cũ gaudeat dñs angelorũ? Gaudet xp̃s, et matri sue hodie festinus occurrit: nec dedignat sue legi satisfacere: per quã parẽtes honorari precipit. Dauid qui xp̃i figuratiuã gerebat ymaginem: gaudebat et psallebat corã archa veteris testamẽti. Putatis q; nõ gaudeat xp̃s coram archa noui testamẽti, corã cella aromatũ, corã ꝓpiciatorio exaudítionis, corã sacrario spũs sancti? Gaudeãt angeli et occurrãt dñe sue regine angelor mediatrici dei et hominũ. Attendãt quid olim fecerit iohãnes: dũ adhuc esset in vtero matris sue. Quis esset clausus et nondum ꝓductus in lucem: gaudens tũ gestiebat in occursum marie. Aĩa pueri liquefacta est: vt maria locuta est. Liquefiant angeli, et vocẽ marie audituri: et marie presentia fruituri. Gaudeãt ꝓ se, gaudeant ꝓ nobis: ꝓ se, qz suam in celo recipiũt aduocatam. Hemine queso moueat fratres mei q; mariã voco reginã angelorum et dñam. Glorianturangeli se illam habere dñam, quam dñs angelorũ sibi elegit in matrẽ: ipsa q̃to gloriosius et ineffabilius peperit filiũ et heredem dei, tanto differẽtius/et pre cũctis gloriosius nomen hereditauit. Magnũ et gloriosum est in angelo q; factus est dei minister. Proculdubio maius et gloriosius est in maria, q; facta est dei mater. Sicut apl's dicit, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit q̃ta sunt que preparauit deus diligentibus se: Si deus preparat tã preciosa diligenti se: q̃ta putatis preparat gignẽti se? Cui angelor dictum est, Spiritus sanctus supueniet in te etc? Adhuc eminentiorem vobis demonstro prerogatiuam. Veni electa mea: et ponam in te thronũ meũ. Cui angelor dictum est vnq̃ tam venerabile/ tam amabile/tam familiare verbũ. Veni (inquit) electa mea: veni. Vocatio est ad supereminẽtem gloriẽ mãsionem. Multi quidem sunt vocati: pauci vero electi. Ista est vocata et electa nõ solum electa, sed et preelecta. elegit eã deus: et preelegit eã. Beata dñe quã elegisti habitabit in atrijs tuis: immo si verba dñi attẽdamus, habitabit in ea: et ponet in ea thronũ suum, qm̃ elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculũ seculi: hic habitabo, qm̃ elegi eam. O virgo virginũ/o virginũ decus: videbaris derelicta eo tẽpore quo fructus vẽtris tui, fructus terre sublimis ascẽdit in celum: sed nõ vocaberis vltra derelicta. et terra tua nõ vocabitur amplius desolata, sed vocabit voluntas dei in ea: et terra tua inhabitabit. Habitabit eñ iuuenis in virgine: et habitabit in te filius tu⁹. Et hoc est qõ ipse dicit. Veni electa mea, et ponam in te thronũ meũ: vt tecũ sim et tecum quiescam. Sunt alij throni quidam scz diuini spiritus multa deo familiaritate cõiuncti: sed beata maria lõge cõiunctior est filio suo/cum sint duo de carne vna. Hãc prerogatiuam dedit pater filio/vt sit ei consubstãtialis: hanc prerogatiuã habet mater/vt sit ei consubstãtialis. Ipsa quidẽ significata per noĩatissimũ thronum illũ salomonis. Ad hec hodie vocata et electa est/vt sit thronus: vt sit quasi solium excelsum et eleuatũ. Eleuatum dico super choros angelorũ. Thronus, qz super eã requiescit spiritus dei: thronus quidẽ, sed non thronus de quo fulminat: de quo terribilis mortis sentẽtias/et decreta dãnationis eterne ꝓmulgat. Sicut scriptũ est. De throno dei ꝓcedũt fulgura/voces/ ac tonitrua. Et ꝏbis ciuilibus vtar. De throno hoc xp̃s iurisdictionẽ exercet pacificã: fili⁹ eñ per presentiã, per preces et merita sue matris largit captiuis indulgẽtiam, clausis apertionẽ, cecis illuminationẽ, laborãtibus requiẽ, infirmãtibus sanitatẽ, indigẽtibus abũdãtiam, metuẽtibus securitatẽ,

inter amicos fidē, inter inimicos pacē, in dubijs certitudinē, in erroze cōsilium, in trtbulatione solatium, in bello ꝓpugnaculum, in exilio refugium, in naufragio portum, ignorantibus sapiētiam, humilianttibus exaltationem, pupillis et viduis cōsolationem, incipientibus et ꝓficientibus gratiam, perficientibus et triumphātibus gloziam ⁊ coronā. Auferatur corpus istud solare de mundo: ⁊ nō erit nisi nox. Auferat maria de celo: ⁊ non erit in hominibus nisi cecitas tenebrarum, erroz turbinis, ⁊ caligo inuoluens. Adtrem suam christus reliquerat ad tempus in terris, donec oñia que familiarius in filio suo viderat, et in corde suo diu cōtulerat, discipulis cōmunicaret: atq; iuxta vetus eloquiū contrito capite serpentis antiqui credētium cordibus fidem ⁊ amorē christi impressius et firmius intimaret: christiq; ecclesiā quā erudiendam in eius ascēsione receperat, filio suo sine ruga ⁊ macula repzesentaret. Videbat christo q̄ non totus ascendisset in celū/donec illam ad se traxisset, de cuius carne ⁊ sanguine traxerat corp⁹ suū. Desiderio ergo desiderabat christ⁹ habere secū vas illud electū/ corpus virginis dico, in quo sibi bene cōplacuit, in quo nil qd̄ diuinitati posset displicere repperit: quod omniū virtutum affluētia/ omniū plenitudine gratiarū/ omniū celestiū aromatū odore perfudit. Hec est in cuius vtero ex diuersis speciebus diuinitate/carne/ ⁊ aia confectum est manu spiritus sancti mirabiliter et ineffabiliter illud thimiama, qd̄ christus assistēs pontifex futurozū bonoz in ara crucis deo patri sacrificiū obtulit vesptinū. Ratiōe huius thimiamatis odoziferа facta est et suauis in delitijs suis sancta dei genitrix. Ascēdit itaq; quasi virgula fumi ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris: ⁊ vntuersi pulueris pigmētarij. Hinc est q̄ quidam angelici spiritus cum alijs angelis beate virgini transeūti de huius seculi deserto nō astiterūt: forte missi ꝓpter eos qui hereditate capiūt verbum salutis/tante fragrātie/tante suauitatis delitias admirantes. Que est (inquiūt) que ascēdit de deserto delitijs affluens? quasi dicerēt. Quomodo potuit inueniri tanta celestium delitiarū affluentia in deserto vite mortalis: vbi non est nisi doloz/ ⁊ laboz/ et afflictio spiritus? Nos qui pascimur in bonis dñi, quos in ciuitate dei fluminis impetus letificat: ciuitatē dei nō a torrente voluptatis, sed a gloria vultus eius rātas delitias in nobis habemus. Cessent queso angelice potestates admirari huius deserti delitias: nam que fuit olim desertū, facta est hortus delitiarum. Sicut esayas dicit. Ponet desertum eius delitias: ⁊ solitudinem eius quasi hortū domini. Delitias in virgine voco, q̄ est a domino preelecta, a prophetis prenunciata, a patriarchis optata, ab angelo salutata, a spiritu sancto fecundata: q̄ in virga aaron, q̄ in vellere gedeonis, q̄ in ezechielis porta, q̄ in rubo moysi pre signata: sine corruptione fecūda, sine grauamine grauida, sine doloze puerpera, q̄ ipa est vite ianua, q̄ virginum primiceria, q̄ simul est dei eterni amica. Non miretur angelus si assumat in splendoze ⁊ gloria mater dei, ⁊ ancilla: sozoz, ⁊ sponsa: mater, ⁊ filia. Delitie huiꝰ seculi momētanee ⁊ vmbratiles sunt: in quibus cito preterit qd̄ delectat, et permanet sine fine qd̄ cruciat: sed delectationes in dextera eius vsq; in finem. O q̄ te et q̄ inestimabiles delitie: quas nulla penitudo sequit, nullus finis abrumpit, nulla sollicitudo cōturbat, nulla suspitio comitatur. O q̄ta prudentia/ o q̄ta securitas et seruite que felici cōmercio bona ineffabilia ꝓ minimis, ⁊ ꝓ temporalibus eterna retribuit. Ad ater dei olim filiū suū collocauerat in humili presepio: hodie in solio sublimi collocat a filio: filiū suum posuerat in medio duū animaliū: hodie collocat a filio in supereminentiā angelorꝝ. Olim filiū suū deduxerat in egyptū: hodie a filio de deserto huiꝰ seculi transferē in celū: induerat filiū suū villibus pānicis: hodie a filio suo stola ꝓpetue iocūditatis decorat humanitatē filius ei suā cōicat ⁊ diuinitatē, suā eternitatē, suam claritatem, suam iocūditatē: vt videatur ⁊ teneat/ ⁊ possideat a matre quasi vnigenitus a patre iesus christus, cui est honoz et glia in scla scloꝝ. A.

Sermo. xl.

Estote prudentes sicut serpētes: et simplices sicut colūbe. Magister veritatis nos erudit ⁊ informat in scola euāgelice disciplinе quales nos esse oporteat ad iustitiā faciēdam, ⁊ iniuriam tolerādam. Prudētia exigit ad faciendū bonū: ⁊ simplicitas ad patiendum malū. Est prudentia siue sapiētia bona: ⁊ est sapientia mala: est sapiētia dei, et est sapientia mundi. Iste due sapientie sunt cōtrarie: nec rerū estimationē equelibrāt. Sicut scriptura dicit. Sapiētia dei iustificata est a filijs suis: sed ⁊ filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatiōe sua. Ista verbū crucis ⁊ mortis (per quā placuit deo saluos facere credētes) ꝓposuit habere ꝓ luce. Illa currēs ad vanitates et insanias falsas: verbū crucis stultitiā reputat, qm̄ animalis homo nō percipit ea que sunt spiritus dei. stultitia ei est ei/ ⁊ nō potest intelligere. Iacobus apostolus quasi iudex in tanta varietate ⁊ cōtrarietate respondet. Illa (inquit) terrena est: aialis est: dyabolica est. ista vero primū pudica quidem: deinde pacifica. Estote (inquit) prudentes sicut serpentes. Quare non dicit sicut epicuri, sicut stoici, sicut peripatetici: q̄ isti euanuerunt in cogitatiōibus suis: ⁊ obscuratū est insipiens coz eozū: ⁊ dati sunt in reprobum sensum/seruientes potius creature q̄ creatoꝝ. Ideoq; dicit dñs de illis. Deprehendam sapientes in astutia sua: perdam sapientiam sapientū, ⁊ prudentiā prudētum reprobabo. Et que est hec sapientia: aut quis magister huius sapientie? Ille quidem qui docet hoēm scientiam: ipse est magister. Ipsa est sapientia dei virtus ⁊ dei sapiētia christus iesus qui factus est nobis a deo non solum sapientia ⁊ iustitia: sed sanctificatio et redemptio: qm̄ illa non est nisi inflatio ⁊ pditio. Et que sunt precepta magistri huius scole? Estote prudentes

sicut serpentes. Et q̄ vult venire post me abneget ⁊c. Et qui non odit patrem suū ⁊ matrem/ insuper ⁊ anima suam: nō est me dignus. Infelix ego homo quomodo sequar xpm: quomodo hec mādata implebo? Tu mandasti domine mādata tua custodiri nimis. Heu me mater mea vt quid me genuisti filiū doloris et plozationis: filium damnatiōis eterne? Cur exceptus genibus? cur lactatus sum vberibus? cur in pabulum gehennalis flamme nutritus? Qui hec ⁊ hec nō fecerit: nō potest meus esse discipulus. Certe scio q̄ immediata sunt esse xpi discipulum: ⁊ eius aduersarium. Ipse est qui dicit. Qui mecum non est, cōtra me est: ⁊ qui mecū non colligit, dispergit. O bone iesu quare posuisti me contrariū tibi: ⁊ factus sum michimetipsi grauis? A dichi grauis factus sum: q̄ graue ⁊ importabile michi factum est iugū tuū. In scola euāgelij tui quādoq; audieram Venite ad me oñes qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos. Iugum eñ meū suaue est: ⁊ onus meū leue. Certe moyses iugum nobis imposuerat: quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Ipe autem precepit diligere patrē ⁊ matrem: diligere etiam amicū, et odio habere inimicū. Illud iugum michi tolerabilius videbatur: et quicquid sit de amore parentū/ aut amici: illud scio q̄ satis essem procliuus ad odium inimici: proni eñ sunt sensus hominis ab adolescentia in malum. Nunc aut imponis michi iugum dñe: quod omnino ferre non possum. Satis sufficiebant ad cumulū miserie mee preter iugū moysi alia iuga: quibus oneratus totus deprimebar in terram. Vigilauit eñ iugū iniquitatū mearū in manibus tuis dñe. Hoc onus assiduе porto: qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meū: sicut onus graue grauate sunt super me. Aliud etiam iugum sentio: scilicet virgam exactoris/ et iugū oneris eius. Preter hec iuga ego homo perditissime mentis, spretis nuptialibus gaudijs iuga boum emi quinq; in quorū probatiōe semper reprobus inueniоr. Quinqui partita siquidē sensualitas deprimit in me spiritum multa cogitantē: ⁊ spiritum volentem in sublime consurgere intrudit in terrā. Propter tam varia/ ⁊ tam grauia iuga ⁊ onera miser factus sum, ⁊ curuatus sum vsq; in finē: nec est qui me soluat et erigat: nisi tu qui soluis cōpeditos, et erigis elisos dñe. Licet lex tua michi grauissima videat: erit michi tamē suauis et dulcis: si benedictionem dederis. Et legislator. Scio dñe q̄ si oleo misericordie tue vngeres me: si pane tui amoris me reficeres/ in fortitudine huius cibi patienter omnia sustinerem. Charitas enim omnia suffert, omnia sustinet: charitas patiēs est. Si vnxeris me oleo letitie tue, omnia michi in gaudium conuertētur: computescet iugū a facie olei. Confirmabūtur genua, que modo infirmata sunt a ieiunio: ⁊ caro mea immutabitur ꝓpter oleū. Legimus dñe q̄ simila que tibi offerenda est si coquatur in craticula/ in sartagine/ aut in clibano, aspergēda est oleo: ne per ignis vehementiam comburatur. Unge ergo me dñe oleo charitatis ⁊ miseri cordie tue, ⁊ potero diligere inimicū: potero non solum patrē ⁊ matrem odio habere, sed meipsum. nūc in via mandatorum tuoꝝ delectabor: tunc inuenietur in me colūbina simplicitas/ ⁊ prudētia serpentina. Credo q̄ columbe simplicitas commēdatur in sacro eloquio ꝓpter innocentiam/ ⁊ mansuetudinē/ et socialis vinculi paritatem. De serpēte autē legitur q̄ callidus erat super omnia animalia. Inter prudentias eius illa nos spiritaliter erudit ⁊ informat: q̄ cum sibi videt imminere tempora senectutis, inter angustissimos lapides ingrediēs ibi deponit vetuste pellis exuuias. Sed ⁊ nos si volumus veterem hominem deponere cum actibus suis oportet nos ingredi angustias penitentie, angustias vie illius que ducit ad vitam: et sic induere nouū hominem, qui ꝓm deum creatus est. Sane ille benedictus apostolus, cuius hodie memoria in benedictione est: pellem vetustatis/ pellem mortis deposuit: vt pellem gloie ⁊ iocunditatis indueret. Pellē (inquit) ꝓ pelle: et omnia que habet homo dabit pro anima sua. Dat homo pellem mortificationis ꝓ pelle glorificationis. Pellem hanc deponemus, cū corruptibile hoc induet incorruptionē: ⁊ mortale hoc immortalitatē. Aliamq; pellem sumemus, cū xps reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue: et superinduar ego pelle noua, et in pelle mea videbo deum saluatorem meū. Iuxta verbum esaye. Hodie deponit ethiops pellem suam: et pardus varietates suas. Erat pellis quam hodie deponit apostolus pellis mortalitatis, ⁊ ideo ethiops: hodie apostole dei renouatur vt aquile iuuentus tua. De hac pelle dicit iob. Nūquid implebit sagenas tuas: ⁊ gurgustiū piscium pelle eius? Hec est pellis capzina, que ponitur in lectulo dauid: vt inimicēs manus persecutoris euadat. Hodie dñe concidisti saccum apostoli: et circūdedisti eum letitia. Aletus adam incidit in latrones: qui spoliauerunt eum tunica innocētie et gloriе: hāc hodie fortiter recuperat miles, ⁊ athleta christi fortissimus. O malicia demonum, o crudelitas hominum, o virtus dei, o constantia martyrum: vbi erat coz apostoli quādo has angustias tolerabat? certe in christo/ in cruce christi/ ⁊ in doloribus eius. Memoriam passionis christi, ipsum ꝓ ꝑte passionis immemorē faciebat. Si quereretur ab eo vtrū pellē suam, vtrum carnē suam diligeret: respōderet diligo: nemo carnē suam odio habuit: sed magis diligo christum q̄ meipsum. Si modo spolior/ christus me superinduet: ponduscq hoc tribulationis mee immēsum gloriе pondus operabitur in me. Scio cui credidi, ⁊ certus sum: nō mentietur q̄ veritas est. Sed pro christo patior, ⁊ conregnabo: ⁊ pro breui et transitoria tribulatiōe coronam immarcessibilem/ et interminabilem iocunditatē/ ⁊ exultationem securus expecto. Quam nobis prestare dignetur per merita beati Bartholomei iesus christus, cui est honoz et gloria in secula seculorum. Amen.

¶Sermo.xlj. *a Bump. b.M.*

Hodie in curia celesti inter principes ⁊ potestates angelicas celeberrima est gratiarum iuctatio ⁊ vox laudis: qz in celum assumit mater dei. Nos autē potius plangere q̃ plaudere decet, qui in hac valle lachrymarū priuamur illius presentia que nobis erat publica occasio gaudiorum. Speret tñ ⁊ expectet per eam peregrinatio nostra solatiū tempestiuū. Assumitur eñ vt trahat nos post se in odore vnguentorū suorum: vadit parare nobis locū: precedit a duocata fidelis ⁊ potens ꝓcurare nostre salutis negociū, vadit ad filiū: amor dabit dona hominibus, tanq̃ mater dei, dña regni, regina celestium potestatū, celi et terre possidēs principatum. Archa federis longam mora fecerat in azoto: sed hodie (reducēte dauid) solenni exultatiōe suscipit in hierusalē: qz maria de valle miserie ⁊ plorationis assumpta, celestē ingredit ciuitatē. Vere benedicta hec inter mulieres: ⁊ dum xp̃m in terris suscipit, ⁊ dū in celis a xpo suscipitur. Vere beata que secure dicere potest Beatam me dicēt omnes generationes. Hec est virgo sapiens que fatuis virginibus remanētibus foris: cum sponso ingreditur ad gaudiū nuptiale. Con querunt fatue virgines q̃ earū lampades extinguūtur. De ista scriptū est. Non extinguet in nocte lucerna eius. Propter hanc lucernā et admirabile lumen quo circūfusa erat beata virgo dum assumeret in celum: mirabant angeli lucis/et dicebant. Que est ista que ꝓcedit sicut aurora cōsurgens pul. vt lu. e. vt sol: O q̃ pulchra est ascensio tua pulcherrima mulierū: o q̃ pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Ea eñ caritate qua voluit minorari paulominus ab angelis/ voluit ⁊ ipe matrē suā glorificari pre angelis. Cum ergo filius hodie matrē suā traheret in odore vnguentorū suorū (ipse est eñ odor vite in vitā) quid putes eam dicere: nisi qd̄ antecessor eius patriarcha, quādoq̃ dicebat. O ego virginū diligenter queso inspice/ ⁊ attēde: et vide vtrū iste sit filius tuus quē olim pāniculis inuoluebas, quē ducebas in egyptū, quē querebas in hierusalē, quē a iudeis ligatum/flagellatū/conspūtū/ ⁊ stipitiv idebas affixum (si tñ maternis oculis filij crucifatū videre poteras) quē nūc gloria ⁊ honore coronatū super omnē angelicā potestatem: ⁊ super omne qd̄ excogitari potest cōspicis exaltatū. O gratia plena vere hodie dñs est tecū, ⁊ tu cum dño: vt tu cū eo habites/ ⁊ quiescas: ⁊ ipse tecum habeat habitationē et requiem. Tu es eñ de qua dicit. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Vere gratia eras plena que peperisti plenū gratie ⁊ veritatis: nūc ab eo recipiens plenitudinem glorie ⁊ honoris. Cōcepto filio cantabas olim Magnificat aīa mea dñm: et exulta. spi. m. in. d. sa. m. nūc potes magnificentius exultare suscepta a filio. Pre oibus filiabus syon que exultauerūt in rege suo: exultat hodie spūs tuus in deo salutari tuo. Factum erat germen dñi in magnificētia ⁊ gloria, ⁊ fructus vēteris tui sublimis: qz iesus xp̃s est in gloria dei patris. Eleuata est post filiū tuum magnificētia tua super celos: vt in terris tuā non deserat carnē, qui terrenā de carne tua traxit originē. Credo siquidem q̃ qui nascēdo integrū custodiuit in matre virginale signaculum: ipe corpus virginis in quo per ipsum plenitudo deitatis habitare dignata est, seruauit ab omni mortalitate ⁊ corruptiōe illesum. Sane que tota vixerat casta, tota immaculata, tota impolluta et integra: quō sentiret aut sentire deberet quid esset humani corporis corruptela? Secure iam potest in celū ascendere que in terris vitam duxit angelicam: relinquēs hoibus pacem firmans in eis fidem/ ⁊ inextirpabilē caritatem. Gaudeāt hodie adā ⁊ eua parentes, aut potius perēptores nostri: qz dum maria celum ingredit/ posteritati eiꝰ referat ingressus. Eua nos duxit in miseriam: ista nos exaltat in gloriam. Hec est mulier illa fortis quā salomon potius ꝓphetando q̃ dubitando querebat cum diceret Mulierē fortem quis inueniet? Hec sceptrum exactoris, et virgā oneris eius superauit sicut in die madian: hec mediante filio fortē armatum fortiter alligauit: hec est que caput antiqui serpentis contriuit. Insidiabat equidem serpēs calcaneo eius: sed non ꝓfecit. Venit eñ princeps mundi huius: ⁊ in ea nō habuit quicq̃. Cum caput ⁊ fortitudo serpētis illius cōsistat in carnis illecebra ⁊ superbia mētis: ipsa vtrāq̃ suggestionem virginitate ⁊ humilitate destruxit. O superbe/o inuide/o malignē: vbi est nūc dolositatis tue prestigiosa malicia? Dñe deus sabaoth q̃ liberasti populū tuum per feminā: nō dico delboram, sed mariā, video qz hic est serpens, hic est draco, quē formasti ad illudēdū ei: ecce apparet humilitatis exitus. Eue superbia nobis abstulit paradisum: marie humilitas nos reuexit ad celū. Sed vbi est hodie humilitas? Ipe qui est rex super omnes filios superbie: sequaces inuenit infinitos. Tam xp̃i/q̃ marie humilitas data est in cōtemptū. Video eos qui humiles ⁊ abiecti fuerunt in seculo, superbiam inuenisse in claustro. Dñs vniuersitatis cui principatus et potestates celi obediunt: matrē elegit humilem ⁊ pauperculam. Nam de illa esayas dicit. Surge paupercula de anator. Attende queso quantus sit humilitatis fructus. Idem hodie matri sue celestes diuitias/et inestimabiles, atq̃ interminabiles delitias impartit. Inuocemus eam, qz et fecit magna q̃ potens est: qui per eam operatus est salutem in medio terre. ea ꝓ nobis supplicante in celis non cessabit ab operibus misericordie. Scio qz non carebit effectu quicquid a filio postulauerit mater quā elegit ⁊ preelegit in terris: quā exaltauit ⁊ superexaltauit in celis, cui semper omnē creaturam contulit eminētiam glorie et honoris. Ipsa est que inter tentationum impetus, inter omnes periculorū angustias, inter omnia que timere potest humana miseria, ꝓposita est nobis in auxilium patrona diligens: et pia mediatrix ad filium, cui sit gloria et honor in secula seculorum. Amen.

¶Sermo.xlij. *Idem.*

Intrauit iesus in quoddam castellū: ⁊ mulier quedam martha noīe exce. illū in domū. Queritur quid ad beatā virginē pertineat hoc euangelium: in quo pars marie sororis lazari optima reputatur. Que eñ cōuentio peccatricis ad virginē virginum, ad sanctarum sanctā: nisi qz solius nominis cōmunione partici pāt? Porro ecclesia euāgelizat hodie vitam duarum sororū: ad honorem beate virginis, que in se exhibuit vtriusq̃ sororis officiū. Intrauit iesus in quoddā castrum: et mu. ex. illum. Quidam dicūt castrū: quidam domū. Castra inexpugnabilia fuerunt corpora martyrum: domus eburnee sunt corpora virginū. Habet eñ in se ebur fortitudinem ⁊ decorē: habent etiam virgines fragrantiā virtutum/ ⁊ celestium odorē aromatum. Sicut scriptū est. Mirrha ⁊ gutta ⁊ cas. a vest. t. a do. e. ex. qui. delec. fi. re. i ho. tuo. Vulgare preceptū est bonum: custodit castrū qui custodit corpus suum. Veruntamen corpus meū quod castrum esse debuerat, redactū est in vile tugurū/in sterquilinū: nec iam michi domus est, sed sepulchrū fetidū/et scatēs spurcitia mortuorū. Mimirū omnia mēbra mea in meam coniurauere pernicie: vt eueniat quod scriptū est. Inimici hominis domestici eiꝰ. Os meū condemnat me et oculus meꝰ depredatur animā meā: pedes mei currunt in malum contra me: manus ⁊ cetera mēbra parant castrū reddere hosti qui me circūquaq̃ obsedit. Hec michi castrū offerūt: qz me peccato seruire compellūt. Nemo castrum suū libere possidet: si in eo dominetur peccati cōcupiscentia. Ideo apostolus dicit Non regnet peccatū in vestro mortali corpore ad obediēdum concupiscētijs eius. Video in castris aliorū q̃ turris est in eis fides: continētia murus: patria antemurale: ratio ceteris preest officijs: prudentia excubias agit. Isti mortificationē carnis i corpore suo circūferunt, nec obsidionem extrinsecā timent: qz in corpore suo portant xp̃m. Sicut apostolus dicit. Glorificate/et portate deū in corpore vestro. Martha tanq̃ porz natu xp̃m in domū suam excepit. Actiua ei contemplatiuā ad salutē qñq̃ precedit: non eñ prius est qd̄ spūale est, sed qd̄ animale: deinde quod spirituale Diligebat iacob rachelē: sed et lya supponitur. Commendat xp̃s mariam: sed a martha suscipit. Maria (inquit) audiebat xp̃m illius: ab vtraq̃ recipitur xp̃s: a martha in corpore: a maria in mēte. Sed quid est q̃ martha conquerit? Dñe (inquit) non est tibi cure q̃ soror mea re. me. so. mi. In domo siquidem in qua xp̃s suscipit nulla murmuratio, nullū iurgium esse debet: plum tamen est ⁊ iocundū q̃ martha de maria, et nō maria de martha iurgādo causetur. Video tñ quosdam qui cum maria sedere videbātur ad pedes iesu exterioza ministeria affectātes: ad hec eos trahit non fraterna cōpassio, sed ambitio: non caritas, sed cupiditas. Bonū quidē est q̃ quis fratribus administrat: sed si administrationem non ambiat, si inuitus recipiat. Verbū xp̃i est. Qui maior est inter vos: sit minister vester. Ipse etiā dicit. Qui michi ministrat: honorificabit eū pater meus. Paulo cedebat ad meritum cōpassio quam habebat ad oēs: et sollicitudo omniū ecclesiarū: his etiā qui bene presunt alijs ministrādo duplex corona ꝓmittit. Placeat vnicuiq̃ versari in ministerio fratrū, vt ingrediatur ⁊ egrediat ad imperiū sentoris: sed gaudio gaudeat si et redire ad rachelis amplexus, ad contēplationis delitias sit ꝓmissum Maria ei optimā partem elegit. Sunt q̃ marie quietem in se exhibent: sed nec diligunt xp̃m, nec audiūt verbum eius: qz nō ambulant in simplicitate. Quidā eñ coram immergunt se meditationibus peregrinis volentes plus inquirere ⁊ sapere q̃ oporteat sapere. Mel aūt nimis comedenti non est bonum: ⁊ scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Sūt alij qui cum debeāt cum maria vacare et videre q̃ suauis est dñs prouidentes eum in conspectu suo: semper rapiuntur ad vanitates et insanias falsas: et occupantur ad secularium sollicitudinē, aut resoluunt accidia ⁊ torpore. In his autē qui martha exercēt officium, exigitur fides in custodia rei familiaris, cōpassio ad fratres, ⁊ impēsior humilitatis affectus. De fide dictū est. Hic queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur ne cū loculis inde cōmunicet. Compassionē habeat: vt cum paulo veraciter dicat. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor? Humilitatem exhibeat vt sit discipulus eius q̃ dicit. Discite a me qz mitis sum/ ⁊ humilis corde. Mater xp̃i in filio suo tā martha q̃ marie impleuit officiū. Ipsa cōmēdet nos vtriusq̃ vite meritis apō xp̃m eo largiente, cui est honor ⁊ glia in scla scloꝝ. A.

¶Sermo.xliij.

Si diligēter attēditis beatissime virginis vitā/ sollicitudinē et prudētiam circa filiū eius exhibitā, manifeste in ea martha inuenire poteritis ⁊ mariā. Martha est, dū abijt in mōtana/vt elizabeth grauidā ⁊ grandeuā salutet: vt vetule iuuēcula trib⁹ mēsibus officiose ministret. Martha est, dū filiū dei ⁊ suū pānis inuolut, vbere pascit, ⁊ in egyptū fugiēs/ ipz a malicia herodis abscōdit. Martha est, dū filiū suū sollicita in hierusalē querit: dū cū eo ad nuptias vadit: dū vsq̃ ad passionem eiꝰ a filio non recedit: dū post maternos dolores ⁊ resurrectionis letitiam filiū ascensurū in celos cū discipulis vndecim ad montē olivetī deducit. Vis videre vbi virgo in officio marie quiescit: salutauerat eam angelus Maria aūt cogitabat qualis esset ista salutatio. Hec maria est in marie officio: dum loquitur angelus ad ioseph, dum festinant pastores ad puerum, dum magi adorant, dum zacharias et symeon prophetizant. Maria audiens cōseruabat omnia verba hec/ cōferēs in corde suo. Exercitatio corporalis que ad multa diuiditur/pertinet ad martha: amor dei qui nil preter deum appetit, pertinet ad mariam. Hanc vnam/ hoc vnum affectabat propheta cum diceret. Vnam petij a domino: hanc requiram. Porro vnum est

necessarium,qui hoc vnũ eligit:optimã partem eligit Caritas eñ nõ potest excidere:vel auferri. Ideo maria optimam partem elegit:que non auferetur ab ea. Paulus inter ea q̃ retro sunt/ ⁊ anteriora distinguẽs: quasi inter laborẽ actiue et contẽplatiue delitias:hoc vnũ elegerat dicens. Vnum aũt quereꝝ,sum oblitus: addanꝝ.m.ex.quasi dicat. Hoc vnum michi retinui, hoc vnũ michi vnice preelegi:nã respectu contemplationis ad modicũ ,pdest exercitatio corporalis. Presens euangeliũ nullã facit de lazaro mentionẽ. Credo tñ q̃ domus in qua xp̃s excipitur:ad eum cõmuniter cũ sororibus suis iure hereditario pertinebat. Verũtamen vbi de glorifica ꝛginis assumptione tractaꝝ lazaro nõ est locus. Jaceat tanq̃ dormiẽs intervulneratos in sepulchris:vt in domo ꝛginali in quo xp̃s recipitur,marie ⁊ marthe obsequiũ acceptetur. Video tamen inter vos vices marie,marthe vices,et etiã lazari exercert:lazarus eñ sororum suarum cõtubernalis est. Quidã contẽplationi vacãt:ecce maria. quidã ea que fratribus necessaria sunt fideliter ⁊ deuote ,pcurant: ecce martha. quidam cogitãtes dies suos in amaritudine aie sue sub lapide pnie gemũt: ecce lazarus.illi delectanꝝ in vno:isti turbanꝝ erga plurima:hi turbantur ad seipsos sicut quidã penitens dicit. Ad meipsum aia mea turbata est. quidã sunt prelati siue ministeriales:istos video cũ noe cũ archa fabricanda ⁊ regẽda sollicitos. Sunt alij contẽplatiui q̃ cum daniele viri desideriorũ sunt.tertij humilitate penitentie beatũ iob imitãtur scientẽ dolorem ⁊ infirmitatẽ. De his scriptũ est. Si inuẽti fuerint in ciuitate noe daniel et iob,ipsi iustitia sua liberabunꝝ:filiũ aũt aut filiam non saluabũt. Hanc vite varietatẽ satis eleganti cõpẽdio sponsa in cãticis notat. Surge amica mea,formosa mea,colũba mea. Amica est,que se a studio spirituali auellens/vt ministret xp̃o et pauperibus eius pro xp̃o animã suam ponit. ⁊ hoc est ministeriũ marthe. Formosa est,que gloriã dñi reuelata facie cõtemplans: in eãdem ymaginem transformaꝝ de claritate in claritatẽ tanq̃ a dñi spiritu:⁊ ecce quies marie. Columba est,que plãgit et gemit in foraminibus petre, in angustijs scz penitentie tanq̃ sepulta:et inter lapides clausa:ecce lazari scropa. Cõtra mariã indignaꝝ phariseus:martha riraꝝ: discipuli murmurant. Maria tacet,⁊ p ea xp̃s loquitur: quiescit maria:laborat martha: lazarꝰ in abysso mortis positus clamare nõ potest:nã a mortuo perit cõfessio. Verũtamen abyssus abyssum inuocat: abyssus pietatis, abyssum iniquitatis. Lazare(inquit dñs)veni foras:in quoverbo turbaꝝ in se,fremit spiritu,lachrymaꝝ ⁊ clamat. Lazare veni foras. Clamet queso lazarus resuscitatus:⁊ dicat. Dñe dum anxiareꝝ super me spiritus meus:eduxisti ab inferno aiam meã: notas michi fecisti vias vite:adimplesti me letitia cũ vultu tuo. Clamemꝰ ⁊ nos in celũ ad eam que hodie ascẽdit ad filiũ. Virginitas eius et humilitas nos redemit:eiꝰ mia nos saluabit. Si eñ consideres longitudinẽ/ latitudinem/sublimitatem/et ,pfundum pietatis in virgine/in celũ ascendit/infernũ penetrat/terram replet: atq̃ in cordibus hominũ mirabiliter et ineffabiliter se exercet. Ipsa p gratiam quã inuenit ad filiũ nobis acquirat filij gratiam:vt qui letamur de gloria virginis,per eam cum eius filio gloriemur: quod ipse prestare dignetur qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Eccli.14.

¶Sermo.xliiij.

Sapientia edificauit sibi domũ: et excidit in ea colũnas.vij. Sapiẽtia hec nõ est sapientia carnis que inimica est deo: nec sapiẽtia mũdi, que stultitia est apud deũ: nã hec(teste Jacobo apl'o) terrena est:aialis est: dyabolica est: cuius ,pfessores sapientes sunt vt faciant mala:bona aũt facere nesciũt. De quibus dñs dicit. Comprehendam sapiẽtes in astutia sua, et perdam sapiẽtiam sapientũ:⁊ prudẽtiam prudentũ reprobabo. Est alia sapiẽtia que desursum est. Sicut iacobus dicit. Primũ quidẽ pudica:deinde vero pacifica. Hec est sapientia de qua loquimur: hec est sapientia que edificauit sibi domũ:hic est xp̃s dei virtus/⁊ dei sapientia. De quo apl's dicit. Qui factus est ,p nobis a deo sapiẽtia ⁊ iustitia:sed ⁊ sctificatio ⁊ redẽptio. Sapientia edificauit sibi domũ: q ⁊ iesus xp̃s in habitationẽ vterum marie elegit. Hec est domꝰ pudici pectoris. De hac domo scribit salomõ. Intrãs in domũ meã conquiescã ibi. acsi diceret. Hanc elegi in habitationẽ,qm̃ elegi eam: hec est domus dei ⁊ porta celi. In hac sapientia excidit colũnas septem,scz septẽ dona spiritus sancti:vel septẽ principales virtutes: quatuor de quibus philosophi diu disputauerũt ⁊ scripserunt, he sunt prudentia/temperãtia/fortitudo/⁊ iustitia. Sũt ⁊ alie tres q̃ cõplent septenariũ,de quibꝰ philosophus nõ gustauit:spes/fides/⁊ caritas. De septẽ colũne:he septem gratie:he septem mulieres que apprehenderunt virũ vnum in die illa: nam ,ppter gratiam septiformẽ deo placuit. Per istas gratias multiplices quasi cõprehensus ⁊ detentus elegit eam in habitationẽ sibi. In hac tanq̃ in domo, tanq̃ in throno, tanq̃ in lectulo, tanq̃ in sacrario requieuit. Huius virginis figura et significatio fuit nominatissimus ille throno salomonis de ebore ⁊ auro purissimo. In auro quidẽ sapientia ⁊ dignitas:in ebore cãdor/decor/planicies/fortitudo. Nam cum speciosa facta sit ⁊ suauis:de fortitudine huius scriptum est. Mulierem fortẽ quis inueniet:Throno merito est ,ppter iudiciariam potestatem:q ⁊ in ea sedere decreuit,cui omne iudiciũ datum est/⁊ qui iudicat fines terre. Propter gratiarũ diuersitates attribuuntur diuersorum nominũ qualitates. Thalamus est,ppter nature cõmunionẽ:de quo xp̃s egressus est tãq̃ spõsus de thalamo suo. Ager,,ppter secũditatem: ager ille scz in quẽ exijt ysaac meditari, cui bñdixit dñs:et de q̃ scriptũ est. Pulchritudo agri mecũ est. Propter fortitudinẽ ciuitas quã fundauit altissimꝰ:,ppter ꝛginitatis integritatẽ horꝰ ⁊ clusus

fons signatꝰ,porta clausa, libanus nõ incisus:,ppter sanctitatẽ templũ dei,porta sanctuarij,archa dei,sacrariũ spũs sancti:,ppter gloriã aula regis,cella aromatũ,fons hortorũ,paradisus delitiarũ. Hec oia in laudibus virginis esayas sub istorũ verborũ paucitate cõcludit. Data est ei gloria libani:decor carmeli et saron. Libanus interpretaꝝ candidatio:in quo tã gloria vite q̃ honor pudicitie designaꝝ. Saron interpretaꝝ principatꝰ:nec ipsa solũmodo facta est mediatrix dei ⁊ hominũ:sed princeps ⁊ regina celorꝝ. Ipsa facta est dña mundi/ reparatrix seculi/ destructrix inferni/ glia martyrũ/honor virginũ/fortitudo iustorꝝ/ lapsorꝝ fiducia/pugnantiũ spes/exultatio angelorũ. Hec est q̃ nesciuit thorũ in delicto, cui ad laudis cumulũ illa progatiua specialis accedit:q̃ ei celestis ꝓcessa est cũ virginitate feciditas. Salomõe teste. Gratia sup gratiã mulier pudorosa ⁊ sctã. O q̃ pulchra ⁊ casta generatio:q̃ casta sit ⁊ generet nulla mulierꝝ vsurpare presumat. Priuilegiũ marie alteri nõ dabiꝝ,nec auferetꝝ ab ea: nec alius partus ꝛginis nisi deus:nec alia mater nisi virgo decuit dici. Hodie ergo nasciꝝ maria:vt xp̃s de maria nascatur. Cesset figura rebecce/rem habemus:figurã nõ querimus. Hec est quã quesiuit nũcius filio dñi sui:gabriel archãgelꝰ filio dei. Bibit ipse de hydria eius:q de cõformitate virginitatis eius et vite mũdissime. Bibãt queso ⁊ iumenta:⁊ si nõ possimus de hydria virginitatis: liceat nobis haurire saltem de hydria humilitatis. Placuit ,ppter humilitatem:atq̃ ,ppter hãc deus elegit/⁊ preelegit eam. Serum quẽ damnauerat dñs sentẽtia maledictionis in eua: hodie replet gratia benedictiõis ⁊ miserationis oleo in maria:hec est lechitus olei: hec est vena aurea superne dulcedinis habẽs manna: hec est concha gedeonis rore plena. Deus toram areã rigaturus ,prius rore vellus infudit: ⁊ ipm mundũ redẽptũrus,in maria mundi precũ contulit vniuersum. Tãta siquidem gratia repleta est que plenũ gratie ⁊ veritatis paritura erat: vt de plenitudine eiꝰ oẽs possemus accipere. Salutata ab angelo in mõtana ascendit: et salutauit elizabeth. Secure assumit salutãtis officiũ:que habet iam in vtero salutẽ/⁊ salutis auctorẽ:eum scz sine quo nõ est salus,qui dat salutẽ regibus/ ⁊ qui mãdat salutes iacob. Aia iohannis liquefacta est vt maria locuta est:⁊ in occursum eius cũ exultatiõe gestiẽs sentiebat gratiã spũs sancti: quã ⁊ ipsa nondũ nata precesserat. Non solũ iohannes,sed ⁊ parẽtes eius de plenitudine eius spiritũ ,pphetie recipiunt: ⁊ tota domus repleta est ex odore celestis vnguẽti. Ab antiquis diebus iuxta verbũ esaye cogitauerat dñs cogitationes pacis:sed cogitatiões illas a mũdo abscõderat, licet eas tanq̃ secretũ suis ,pphetis reuelaret. Vnde cum amos ,ppheta diceret: Non faciet dñs verbum, nisi prius reuelauerit illud seruis suis ,pphetis:esayas tñ q̃ iuxta ꝛbũ sapientie bonũ est zelare mysteriũ regis dicebat secretũ meũ michi:secretũ meũ michi. Idem esayas. Erit (inquit)nobis visio quasi ꝛba libri signati:⁊ ad daniele ab angelo dictũ est. Tu aũt daniel signa liberũ:⁊ claude sermonẽ vsq̃ ad tẽpꝰ statutũ. hoc est tempus qõ prefiniuit dñs vt auferretur velamẽ a facie moysi:vt auferretur paries diuidẽs inter nos et deum. hoc est tẽpus miserationis de quo scriptum est. Quia venit tempus miserendi eius:q̃ venit tempus. Hec est(inquit apostolus) dispẽsatio sacramenti absconditi a seculis in deo:vt innotescat pncipatibus ⁊ potestatibus per ecclam multiformis sapientia dei. Quesita est ergo/⁊ inuẽta est mulier:in qua ⁊ per quã tanti sacramenti gratia impleretur. Quesita est ouis de qua nasceꝝ agnus dei qui peccata mundi tolleret:non eñ peccatum auferebat lex, sed augebat:lex peccatũ nõ tollit,sed aggrauat:nõ minuit,sed augmẽtat. Lex(inquit apostolus)subintrauit: vt abundaret delictum. Et idem. Lex per mandatũ operata est in me omnẽ concupiscẽtiam. Eligiꝝ ergo ⁊ nasciturꝝ hodie benedicta inter mulieres:vt fructũ maledictionis euacuãs/germinet fructũ vite. In die illa prediceret esayas. Erit germen dñi in magnificentia ⁊ gloria:⁊ fructꝰ terre sublimis. Mala arbor fecerat fructꝰ malos: cõcupiscentiam scz carnis/ originale peccatum malorũ seminarium/cõmunis corruptele fermentũ/⁊ generale nostre perditiõis initiũ. Quia ergo malo originali per bonũ originale mederi oportebat, de mala illa arbore damnate perditiõis exẽpta ⁊ sanctificata est caro marie virginis:que licet ab vtero matris sue plenitudinẽ gratie ⁊ sanctitatis acceperit:supueniens tamen spiritus sanctus in cõceptuverbi exuberãtius ⁊ accumulatius ei plenitudinẽ gratie celestis infudit q̃ ex verbis angeli patet. Aue(inquit) maria gratia plena. Ecce plenitudo gratie:spiritus sanctus superueniet in te. Ecce mensura superplena ⁊ supefluens. Q̃ ergo caro marie liberata est a peccato:⁊ ipsa gratiam ad mẽsuram accepit,benedicta dicit:nõ simpliciter,sed inter mulieres. Xp̃s vero q̃ gratiam non ad mensurã habuit, ⁊ omnino liber ⁊ immunis extitit a peccato:simpliciter daꝝ ei benedictio:q benedictꝰ(inquit)fructus vẽtris tui. Caro mariẹ sanctificata fuit: caro xpi non sanctificata, sed sancta,et sanctificans. Ista sanctitatis in carne diuersitas, significata est in duabus decimis veteris testamẽti. Filij siquidẽ israel dabant decimas omniũ bonorꝝ suorum leuitis: leuite vero de melioribus dabãt decimas summo sacerdoti. De massa itaq̃ carnis humane quasi de quadã vniuersitate frugũ in modum decime primitiue,marie caro exẽpta ⁊ sanctificata est:et de illa sanctissima carne adhuc dignior quedã ⁊ sanctior portũcula electa est,quã sibi viuendo assumeret verbũ dei. Hec est decima ephy: que in leuitico in libamen dño iubetur offerri:ephy est decima pars chori. Chorus continet xxx.modios:ephy cõtinet tres modios: ⁊ hec est decima pars chori. Sic decima chori ẽ ephy:⁊ hec est caro marie. Decima ephy est caro xpi:⁊ offert libamen dño:⁊ sacrificiũ in odorẽ suauitatis. Hoc ipsum prefigurauit ruth:que cum collegisset spicas in agro booꝛ

collectas excussit: ⁊ inuenit ephy, idest tres modios. Huius ⁊ginis natiuitatē/ ⁊ xpm ex ea nasciturū prenouerant patriarche et pphete: in cuius rei desiderīū generatiōi studebāt. Propter hoc ozee ducit vxorem gomer meretricē, esayas generat ia sub filium suum, manne sansonē, helchana samuelē, dauid salomonē. Ora pphetarum aperta sunt: visiōes innumere facte sunt. Sicut dicit dñs per ozeā. Ecclesiones multiplicaui: in via pphetarū assimilatus sum. Non solūmodo verbis/aut visiōibus: sed scripturis/signisq; ⁊ miraculis tam xpi q̄ marie natiuitas designatur. Que omnia si quis vellet deducere in medīū: nec lingua/nec tēpus sufficeret: sed nec humane memorie capacitas nec aurium patiētia sustineret. Enormiter nobis nocuerunt virvnus ⁊ mulier vna: sed gratias deo qz per vnam mulierem omnia restaurata sunt nobis nō sine multiplici fenore gratiarū. Non eñ sicut delictum ita ⁊ donū: sed excedit estimationē dāti, beneficiozū magnitudo. Peccatū quidem ex vno in cōdemnationē: donum vero ex multis delictis in iustificationē. Prudentissimus artifex quod in adam factum fuerat nō destruxit, sed refecit: harundinē quassatā non cōtriuit ⁊ lignum fumigans nō extinxit: sed nouum adam formans ex veteri, matrem in filia reformauit. Iam tibi sublata est o adam ois materia querelandi aduersus vxorē. Ne dicas mulier quā dedisti mihi ipsa seduxit me: deditq; michi de fructu prohibito/et comedi. sed dic. Cū essem de luce electus in tenebras, mulier hec quā dedisti non seduxit me: deditq; michi de fructu benedicto. Vere benedicto: in quo/⁊ a quo ois benedictio/ois cōsolatio: ⁊ (vt verbo apli vtar) ois iustificatio/sanctificatio/⁊ redēptio. Ecce domus quā sapiētia edificauit. Ecce ferculū salomonis/thronus regis/tribunal iudicis/reclinatoriū pietatis/ppitiatorium exauditiōis/forma eruditiōis/via cōsilij/terminus exilij/abolitio peccati/deletio cyrographi/ fiducia premij/scala celi/ianua paradisi/figurarū finis/legis impletio/pphetarū declaratio/exhibitio veritatis/exēplar humilitatis/custodia religionis/scola virtutū/cōsummatio sanctitatis. O sancta/o benedicta tu luna in medio firmamēti, tu candelabrū in medio mūdi, tu lignum vite in medio paradisi. Magna est glia tua in salutari tuo. Quis enarrabit laudes tuas: quis loquet potētias tuas: Licet te exaltēt filie syon licet te laudent regine, licet laus tua sit in euāgelio et pphetis/⁊ laudē tuam, pnūciet ois ecclesia sanctorū: oīa tamen preconia/⁊ omniū laudes ad cōparationem tue benedictiōis sunt tanq̄ facula ad solē: tanq̄ gutta ad magnitudinem maris. Tu inter miserias ⁊ angustias nostras ad omne auxiliū ⁊ consiliū oibus prōptior/potētior/efficacior: oib⁹ honorabilior/amabilior/gratior/⁊ dulcior. Dulcis es in ore te laudātiū, in corde te diligētium, in memoria te deprecantium. Magnificata es in oī sexu, in oī etate, in oī conditione, in tribubus, ⁊ populis, ⁊ linguis: tu mirrha electa tu piscina in esebon: tu virgula fumi ex aromatibus: tu fasciculus mirrhe intervbera sponsi: tu terebintus extendēs ramos gratie ⁊ salutis: tu inter omnes ⁊ super oīs es benedicta, et superbenedicta, superelecta, superspeciosa, supergratiosa, supergloriosa mater illius qui dat gratiam ⁊ gloriam, honorē ⁊ eternitatem cui sit honor ⁊ gloria in secula seculorū. Amen.

Sermo. xlv.

Anima mea cōturbata est, ppter quadrigas aminadab. Spōsa in cantico amoris scz ecclesia, redemptori cōqueritur de quadrigis aminadab q̄ non sint in eis reuerentia ⁊ honore quo debuerant. Aminadab interpretat spontaneus. i. xps, qui p nobis spōte morti se obtulit. Oblatus est ei qz ipse voluit. Huius aurige quatuor euangeliste intelligunt quiverbum salutis olim p quatuor partes mūdi publice deferētes fructū fecerūt multiplicē: ⁊ de semine ⁊bi dei multiplices manipulos iustitie retulerūt. Conqueritur ergo ecclesia q̄ hodie alligatū est verbum dñi in ore predicatorū/ plicatus est liber: ⁊ bi quibus cōmissa erat anna dñici verbi frumēta abscondūt in populis: et euenit verbū illius lamētatoris, pphete. Paruuli petierūt panē: ⁊ non erat q̄ frangeret eis. De his quadrigis/⁊ de rotis earū dictū est in ezechiele. Qz erat eax similitudo vna quasi esset rota in medio rote: in quo notat q̄ vnū testamētum alteri testamēto est simile ⁊ cōforme. Nā sicut in veteri testamēto erant precepta iudicia ⁊ pmissa: sic ⁊ in nouo. Sicut vnus ibi legislator ⁊ multi ministri: sicut ibi. xij. pphete ex vna parte/⁊ ex altera quatuor: sic in tēpore gratie sub xpo. lij. discipuli sunt cōstituti, xij. apli, quatuor euāgeliste: quorū testimonio tā quinquagintaduorū q̄. xij. pdicatio firmaret, ⁊ scriptis generaliter publicaretur. Isti quatuor in ezechiele: et in apocalipsi iohānis per quatuor animalia designata sunt. Matheus prefiguratus est p hoiem, qz et intētio in euāgelio est circa xpi humanitatē: vñ et ab eius tēporali generatiōe assumit euāgelice narratiōis initiū. Marcus leoni assimilat: qz circa xpi resurrectionē specialiter versat. Unde in die resurrectionis euāgelium eius in ecclesia recitat. Lucas significat in vitulo: qz circa narrationē passionis specialiter intēdit. Vitula eñ hostia sacerdotalis est: vnde ⁊ a sacrificio incipit. Iohānes designat per aquilā: qz diuinā generationē quasi tuba incōprehensibilis theologie intonat. Ceteris gradiētibus in terra cum xpo: ipse tanq̄ aquila immo plusq̄ aquila oib⁹ celis alti⁹ volat. Et licet singuli speciales ⁊ pprias intētiones habeāt circa xpm, quadripertita tñ est singulorū intentio: dū de xpi natiuitate/passiōe/resurrectiōe/ ⁊ ascēsiōe loquūt. Ideoq; ⁊ hec aialia quatuor facies habere videntur. Erāt (inquit) quatuor facies vni. Vel ideo dicunt habere quatuor facies: qz de illo tractāt/illum predicāt/ qui quatuor illas facies in seipso cōpleuit. Ipse nāq; est homo nascēdo, vitul⁹ patiēdo, leo resurgēdo, aquila ascendēdo. Cōturbata est ergo spōsa, p quadrigis aminadab. Nō est q̄ faciat verbū euangeliste: nō est q̄

annunciet pacē populo, q̄ euangelizet bona, qui verbo et exēplo instituat ad eterna. O q̄ speciosi pedes euangelizantiū pacem/euangelizantiū bona: sed nō omnes obediunt euangelio: imo vel pauci vel nulli. Cum enim euangeliū doceat mundū contēnere, paupertatē diligere, vitam presentē odio habere, celestia et eterna tantū querere, nos euangeliū postponētes ⁊ derelictis quadrigis aminadab que ducunt ad vitā/ currimus in curribus pharaonis ad mortē. Currus pharaonis multiplices sunt: quos in hac regione nostra sepius inuenire possum⁹ ⁊ videre. Est currus malicie, currus luxurie, currus auaricie, currus supbie, currus inuidie. De aliquibus dicamus, vt in eox forma alioz formentur exempla. Currus malicie habet quattuor rotas/seuitiā/impatientiā/audaciā/impudentiā. Veloces sunt rote iste in malū: velox est currus iste ad effundendū sanguinē. Currus luxurie q̄tuor habet rotas, ventris ingluuiē, immūdicie libidinem, vestis mollicie, sopozis et ocij resolutionē. Rote quibus auaricia trahitur: sunt tenacitas et rapacitas, sollicitudo habendi, ⁊ timor pdendi. In omnibus istis curribus temones sunt dei contēpt⁹, ⁊ obliuio mortis. Alios currus de exercitu pharaonis sibi potest formare ad libitum diligētia singulox. Ysaias Multiplices sunt eius equi ⁊ inumerabiles quadrige eius. Verūtamen quia scriptū est. Vi in curribus et hi in equis: nos autē in noie dñi dei nri iuocabim⁹. Omissis curribus pharaonis in quibus est animarū pditio: reuertamur ad quadrigas aminadab in quibus est salus/sicut ppheta dicit. Quis ascēdet super equos tuos: ⁊ quadrige tue saluatio? Sicut habz pharao currus suos: sic suos equos sua q̄ quadrigas habet vester aminadab. Nonne quadrigā faciunt iustitia, prudētia, temperātia, fortitudo? Nōne hic est currus ⁊ quadriga helye? Istam quadrigā trahunt non solū quattuor euāgeliste: sed quattuor status religiosorum, incipientiū, proficientiū, currentiū, pueniētiū. Multis videre quadrigas nri aminadab euntes ad vitā eternaz adeo multiplices sicut sunt quadrige in nundinis. Una quadriga est deuotio, oratio, lectio, meditatio. Alia quadriga est cordis cōtritio, oris cōfessio, peccati satisfactio, delicti euitatio. Est et alia quadriga odium mūdi, contēptus sui, cōpassio christi, amor dei. Sed ⁊ fides incarnationis, passionis, resurrectionis, et ascēsionis vna quadrigā amplissime tibi faciunt. Est alia forte angustior, puritas conscientie, asperitas vite, humilitas obedientie, austeritas disciplinę. Si sacre scripture volumina circa inquisitionē taliū diligēter reuoluantur: pius deficeret lingua q̄ verba. Sed quid est q̄ dicit: quia spiritus vite erat in rotis, nisi quia vita eterna est in euangelistarū scripturis? Ideo animalia ibant ⁊ non reuertebantur: qz spretis tēporalibus ad celestia suspirantes, nequaq̄ iterū ad terrena reuertunt. nā q̄ semel ad aratrū manum misit si retro respiciat/indignū se iudicat regno dei. Ideo eoz que retro sunt oblit⁹ (dicit apls) ad anteriora me extēdo. Hoc hodie nos erudit ⁊ informat exemplo currus et auriga veri israel beat⁹ matheus qui semel vocatus a dño ⁊ de theloneo assumpt⁹: nō iterū ad vectigalia ⁊ ad opa mūdana reuersus est. Et si petrus post cōuersionē ad vsum piscatorie artis redierit: iste tamen ad mundane occupationis angustias, ⁊ ad vomitū priozis vite non rediens nobis cōuersionis exemplū et formā exhibuit in pseuerātia sanctitatis. Ibant inquit animalia: et non reuertebant. Certe partē cum istis aialibus nō habetis/ si post q̄ exiuistis de egypto huius seculi iterū affectatis allia et pepones egypti. Pozro multi sunt qui cū sint mundo mortui: tracti affectione parentū, et si nō pedibus tamen affectibus ad seculū reuertunt. Seductrix illa pessima ⁊ blandissima adulatrix parentū affectio, multos in eterne pditionis foueā trahit. dū amor q̄ in eis mortificat⁹ erat: occasione parentele iterū reuiuiscit. Sic ergo primā fidē irritam facientes amant in alijs qō in se odio habēt: et amorē carnis obumbrate charitatis imagine palliantes, p amicis et domesticis suis ponūt stulte ⁊ crudeliter animas suas. Amicis ⁊ domesticis dico: sed inimici hoīs domestici ei⁹. Vellet eñ amicus ⁊ domesticus ille q̄ ab ipsis sustētationē vsurpares tibi aliquid propriū suo tantū desiderio satisfacere volens: ⁊ eternū tue anime dispendium non attēdens. Unū tibi dico: sed quid propriū habes? iam nō habes aliquid cōmune cum christo. Recozdare qz mortuus es mūdo: ⁊ parētibus tuis et complantatus similitudini mortis christi. Tuā ergo vitā que abscondita est cū christo in deo noli perdere pro eis: quia de tua pditione non curant: dūmodo a te qualitercūq̄ qō volunt obtineāt. Vocauit vos dominus de egypto huius seculi, de mari huius mūdi, de medio praue ac peruerse nationis. Nolite ad eam recurrere: nā recursus iste, recursus ad inferos. Vocauit vos dñs de medio babilonis: de hur chaldeorum, de theloneo matthei. Agnoscite vocationē vestrā et pseuerate in ea: non matthe⁹ ad theloneū: nec vos redeatis fratres vel factor vel desiderio i egyptū. Scio quia de partib⁹ illis frequēter venīū: cynipbes et rane ⁊ musca egypti grauissima. Non ista q̄so, non ille eius carnīū vos subuertāt: sitis mēores vocatiōis vestre. Veni (inquit dñs) vocare peccatores ad penitentiā. Matthe⁹ huic dicto aut edicto potius causam dedit. Oēs siquidē peccauimus: ⁊ egemus gratia dei. Si eñ dixerimus q̄ peccatū in nobis non est: nosmetipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est: ⁊ quis confidat se habere mundū cor? Cum oīa benefecerimus dicere debemus: quia serui inutiles sum⁹. Nā (iuxta prophetā) omnes iusticie nostre quasi pannus mēstruate. Quid autē dicam de nobis secularibus, q̄ sanctoz conuersionē audimus ⁊ videmus assidue: ⁊ in nullo conterimur aut mouemur? Hodie (dicit dñs) si vocē meā audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nos vero more aspidis surde ⁊ obturātis aures suas ad vocē xpi obsurdescim⁹: et obturamus

aures nostras ne audiamus bonum. Non possumus causari q̃ dei gratia nobis deest: ꝗ ipse causari potest q̃ eius gratie nos desumus: et quotiẽs vocat nos ad salutẽ claudimus cordis oculos: et ei vertim⁹ humerũ recedentes. Desidero tũ frequẽter oĩa reliquisse, p̃ christo oĩa fecisse vellem: ⁊ affecto frenũ obedientie ⁊ iugũ voluntarie paupertatis. In voto habeo q̃ ex toto conuertar: sed hinc socia pusillanimitas, hinc amica carnis affectio, hinc dñia ambitio me distrahunt. et a ꝓposito cõuersionis ⁊ sancte cõuersationis auertendo puerũt. Sciẽter itaq̃ desipio, ⁊ prudẽter prout vani hoies faciũt differo salutẽ propositũ: ⁊ penitẽtiã prolongo vsq̃ in extreme vite articulũ/et mortis eterne periculum. Scio quia terribilis est dñs in iudicijs sup filios hominũ: ⁊ tũ eius iudicia districta ⁊ subita vel non timeo: vel timere dissimulo. Nonne dissimulat qui vulneratus ad mortẽ, salutarẽ respuit medicinã? Medicina pcõr penitẽtia est. De hoc Salomon dicit. Medicina creauit altissimus: et stulti despiciunt eam. Nonne cogniti ⁊ amici nostri singulis fere diebus subito casu rapiunt ad mortẽ? Tendit in eos dñs arcũ suum: ⁊ in eo parauit vasa mortis, dãs nobis significationẽ vt fugiamus a facie arcus. Nos autẽ nichilominus sequẽtes vanitates ⁊ insanias falsas, litigamus, edificamus, congregamus, nõ attendentes vocẽ illam tonitrui terribilis/ ⁊ tube iudicialis. Stulte hac nocte reperẽt animã tuã a te: que preparasti cuius erunt? O fons misericordie. o misericordia. o bonitas. o benignitas de⁹: ne derelinquas me/ trahe me post te: pedẽ mouere non possum: quia infixus sum in limo profundi: o neratus etiã sum, q̃z iniq̃tates mee supgresse sunt caput meũ. confido tũ quia si me traxeris: currã in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Si ad nuptias que parate sunt ãtrare aut nolo, aut nequeo: tu me benignissime iesu compelle intrare: quia si p te nõ intrauero/intrare nõ possum. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. xlvj.

Benigne fac dñe in bona voluntate tua syõ: vt edificẽtur muri hierusalẽ. Si referamus tẽpora nabuchodonosor, tpa seua cherub ryti quoq̃z et vespasiani: nõ dubitamus q̃z terrena syon multotiens capta ⁊ destructa ⁊ reedificata est. Et ne ad veteres hystorias nos ire oporteat/in pr̃ãpru est destructio illius ciuitatis facta tẽpore pape vrbani scõi, regnante rege francoꝝ philippo. Sed nunc culpis nostris exigẽtibus hec nouissima captio et destructio facta est sub vrbano papa tertio: et sub alio philippo rege francoꝝ. Sed est alia hierusalẽ superna ⁊ celestis illa que ⁊ mater nostra cuius muri in ruina ⁊ lapsu luciferi, atq̃z complicũ eius ex parte nõ modica corruerunt. Erat consiliũ altissimi vt hec ciuitas reedificareẽ ex hoibus tanq̃z ex rationabilibus ⁊ viuis lapidibus. ⁊ licet consiliũ illud absconditũ fuisset a seculis: erat tamẽ prophetis in spiritũ reuelatũ. Vnde daniel ⁊ amos dicebãt. Nõ faciet dñs quicq̃z: nisi prius reuelauerit illud seruis suis prophetis. Dauid ergo propheta secreti huius conscius ⁊ intelligẽs q̃ de viris contẽplatiuis q̃ significãtur p syon reedificanda esset hierusalẽ, supplici ⁊ deuota oratione benignitatẽ summi iudicis interpellat. Tu (inquit) dñe q̃ bene facere decreuisti his quoꝝ oculi interiores ad te sunt: sicut oculi seruoꝝ in manibus dñi sui: tu bene fac dñe in bona voluntate tua syon/his qui contẽplationis ⁊ desiderij oculos ad te habẽt: ⁊ exprimens beneficij modũ subiungit vt edificẽtur muri hierusalẽ. Referamus fratres gras altissimo: quia beneplacitũ est dño super timẽtes eum: ⁊ in eis ⁊c. Placet ei qõ de nobis qui inimiculi sumus reparetur ruina angelorũ: vt in locum vnde superbus cecidit humiliter eleuetur: q̃z de angelis qui preuaricati sunt non possunt restaurari ruine hierusalẽ. nã et ipsi restaurari nõ possunt: qm̃ iniquitas eoꝝ inuenta est ad odiũ. Ibi enim ceciderunt qui operãtur iniquitatẽ: expulsi sunt nec potuerũt stare. Suscitet queso dñs de inimiculis angelos, suscitet de terra inopẽ, de puluere erigens pauperẽ, vt collocet eum cum principibus: et solũ gloriẽ teneat. Aduenias dñe regnũ tuum, impleant nuptie discumbentiũ, impleatur numerus fratrũ nostroꝝ, fratres angelos voco/ domesticos scilicet ⁊ conciues nostros. Eleua dñe solũ tuum in gloria: ⁊ de his qui sub te sunt tẽpli tui ruinas implere digneris. Sic em̃ dñe locutus es p os sanctoꝝ qui a seculo sunt, pphetarũ: inter quos ysaias non solũ dixit aut scripsit. sed vidit solũ excelsum et eleuatũ: excelsum in angelis q̃ steterunt: eleuatũ in hoibus, qui p scalam diuine miserationis ascendunt. Cumq̃z idẽ propheta de maiestate dñi que totam terrã impleuerat loquereẽ adiũxit: et ea que sub ipso erant replebant templũ. Terra siquidẽ corporis nñi q̃ modo data est in man⁹ impij: quãdoq̃z liberabit a seruitute peccati ⁊ a debito mortis: cum dñs populũ humilem saluũ faciet: et oculos superboꝝ humiliabit: cum excusserit iugum oneris: ⁊ virgã exactoris illius quem interficiet dñs virga oris sui: cum ille delebitur ⁊ exsufflabit sicut puluis quem proiicit ventus a facie terre: tunc renouabit dñs faciem terre nostre: quia mortale hoc induet immortalitatẽ: ⁊ reformabit dñs corpus humilitatis nñe cõfiguratũ corpori claritatis sue: ⁊ sic terra nostra diuina replebitur maiestate: ⁊ tunc (sicut scriptũ est) ea q̃ sub ipso erant replebunt templum. Nã illi qui deo in humilitate subiecti sunt assumẽtur in locũ angeloꝝ: atq̃z ruinã tẽpli celestis implebunt. Noluit ille pditissimus sub deo esse: sed volens diuine potẽtie similitudinem vsurpare, sibi cathedrã pestilentie in lateribus aquilonis erexit ⁊ cecidit: nec adijciet vt resurgat. Coangustatũ em̃ est stratũ: ita vt alter decidat. Casus autẽ vnius, factus est ruina multoꝝ. nam ⁊ multos in eadẽ malicia secum traxit. Ciderunt alij furẽ et cucurrerunt cum eo: ⁊ portionẽ suam cum adultero posuerunt. Nõe fur erat qui dolose qõ non suum erat: sed alterius rapiebat? Vbi autem in superbiã se erexit:

oblitus legem vite ⁊ disciplinę adulteratus est. Sicut apostolus dicit. Si sine disciplina estis: ergo adulteri estis. Infelix si dño subiectus fuisset/nunc esset inter domesticos dei, inter potestates ⁊ thronos, inter principes paradisi. Nondũ laborauerat, vt quid ergo sedere parabat? Proculdubio illi sedebunt, qui p̃ christo laborauerunt. Sedebitis (inquit) sup sedes duodecim ⁊c. et tunc miser iudicandus astabit. Dedignabatur infelix ei ministrare, cui seruire regnare est. Sane illi qui in veritate steterunt gloriãtur in eius ministerio: cuius faciem semp̃ vident. nam et (teste apl̃o) qui tanq̃z supernoꝝ spirituũ familiaris illi supercelesti curie meruit interesse: omnes sunt administratorij spiritus missi in ministeriũ propter eos qui hereditatẽ capiunt salutis. Milia miliũ assistebãt ei: ⁊ decies centena milia ministrabant ei. Ille qui creauit angelos et q̃ tãto differentius nomẽ pre illis hereditauit: q̃z tanto maior est angelo dei creatura: creator non solum dignatus est minorari paulominus ab angelis: sed etiã inter homines peccatores ⁊ pauperes sponte assumpsit officiũ ministrãtis. Ille autẽ filius supbie qui cathedrã pestilẽtie in supbia ⁊ abusione appetiit degradatus est: vt episcopatũ eius accipiat alter: ⁊ ad diuitias gloriẽ quas p diuitiã sententiã perdidit/assumat mendicus ⁊ pauper. Nonne deo subiecta erit anima mea: si forte humilitatẽ ancille sue respiciat deus: humiliabo oculos meos in oculis dñi, ponam in puluere os meũ si forte sit spes. Scio quia nouit de⁹ figmẽtum nostrũ: nõ possumus iniquitates nñas ab eo abscondere, qui exploratorie hierusalẽ in lucernis, qui scrutatur corda ⁊ renes, qui in ipsis angelis suis reperit prauitatẽ. O q̃z beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: ⁊ quorũ tecta sunt peccata. Isti sunt dñe quos elegisti et assumpsisti: isti habitabunt in atrijs tuis. Auferet peccatoꝝ ne videat gloriã dei: isti autẽ habitabunt in multitudine pacis. O infelicissime lucifer iam nõ lucifer sed noctifer: vide quomodo in tuam ignominiã creat dñs hodie de his q̃ sunt terra, cinis, et vermiũ cibus nõ solũ angelos sed seraphin: vt honoris incrementũ in humili, tibi superbo cedat in cumulũ confusionis ⁊ doloris augmentũ. Nonne sunt seraphin q̃ cũ sint terra ⁊ cinis terrene cõuersationis obliti diuini amoris ardore medullitus incẽduntur? Ignẽ (inq̃t dñs) veni mittere in terrã: et quid volo nisi vt ardeat? Vult dñs vt ardeamus igne charitatis: ⁊ simus ardẽdo seraphin. Seraphin em̃ interpretat ardẽtia: ille lucifer lucere tantũ voluit, non ardere. Si lucendo arsisset non fuisset frigidus: nec in regione frigida sibi cathedrã erexisset. Adhuc plerq̃z sunt qui aliq̃d de malicia angeli depositi contraxerũt: appetentes lucere potius q̃z ardere. Lucet siquidẽ ⁊ non ardet, qui obtẽtu simulate religionis aura fame popularis attollit. Iste in modũ lune cum feruorẽ nõ habeat: lumẽ suuz aliunde mendicat. Ideoq̃z testimonio sapiẽtis. Stultus vt luna mutat: sapiens autẽ permanet vt sol. Vita siquidẽ prãtens ardoris est nõ fulgoris: hinc accendi et foueri debet ignis (sicut in leuitico legitur) in altario cordis. Ibi vero fulgebũt iusti sicut sol in cõspectu patris sui. Melius est hic ardere q̃z lucere. lucebat lucifer ⁊ cecidit, ardebat seraphin ⁊ stetit: q̃z charitas nunq̃z excidit. Scitis fratres q̃ angeli multa familiaritate deo cõiuncti sunt: et tamen p gram illius quia nos ⁊ illos fecit, facti sunt consortes ⁊ conciues nostri. Verũtamen cum sint de schola illius qui pacẽ et veritatẽ diligunt: cum sint angeli pacis: cũ sint filij pacis: cum sint ciues ⁊ principes illius hierusalẽ cui⁹ participatio eius in idipsum: pacẽ ⁊ concordiã in nobis exigunt sup omnia, et mutuã charitatẽ. Pacem angelice societatis sibi petrus apl̃s desiderans et in nobis suadens: Ante oĩa (inquit) mutuã charitatẽ cõtinuã habẽtes ⁊c. Et item. Diligite inuicẽ in ꝗbo: nec lingua, sed ope ⁊ veritate. Expedit nobis fratres vt sicut inter angelos est mutuus amor: ⁊ prõpta ad deũ reuerẽtia: sic erga nos sit mutuo cor vnũ ⁊ aĩa vna: ⁊ erga pastorẽ deuota obedientia, ⁊ humilis obsequela Tunica dñi incõsutilis: ⁊ indiuisa est. Ea induti sunt angeli: ⁊ induendi sunt angeli viri. Moueritis autẽ q̃ tunicam dñi scindit quisquis se signo, aut verbo, aut ope a fraterne charitatis vnione disiungit. Idipsum apl̃s dicit. Sentiatis ⁊ nõ sint in vobis scissmata. Cũ in sacrificio abrahe per aues designati sunt spirituales viri: ⁊ per animalia seculares: abraham precipiẽte dño vaccã ⁊ capram ⁊ arietẽ diuisit/ ⁊ partes diuisas altrinsecus ponẽs: columbã ⁊ turturẽ non diuisit. De supbia non loquor. Rogo autẽ immo q̃z tum michi licet excõmunico ⁊ detestor: ne supbia vel etiã nominetur in vobis. Superbie malicia inuẽta est ad odium sempiternum. Ciuitas illa celestis semel turbata est hac peste: ⁊ ex parte destructa est. Ciues illius abhominabiliter abhorrent superbiam: nec societatẽ sortitur angelicã qui nõ humiliauerit se sicut paruulus. Sed nec dñs requiescit nisi sup humilẽ ⁊ mansuetũ ⁊ trementẽ ad verba sua. Sane angelus nichil opatus est: sed tantũ cogitauit supbiam, ⁊ in momẽto in ictu oculi deiectus est. Supbia angelum in diabolũ commutauit: principẽ lucis in principẽ tenebrarum. Noli ergo supbire homo cũ sis terra ⁊ cinis ⁊ puluis vilissimus, flatu modico in nichilũ dispergẽdus. Si volumus fieri socij angeloꝝ: humiliemur sub potenti dei manu: q̃z to erimus humiliores, tãto erimus angelis gratiores, humilitas eis cognata est. nam alijs in superbia sua cadentibus: isti in humilitate sua steterũt. Angeli q̃dẽ sicut de reedificatiõe ciuitatis sue sunt solliciti: ita circa nostre salutis studiũ sunt attenti: nam reedificatio illa salus nostra. Placẽt ergo eis lachrymę nñe, cõpunctiones ignite, anxij gemitus, archane iubilationes, orationes deuote, custodia castitatis, obseruãtia obedientie, contẽptus temporaliũ, ⁊ pseuerantia voluntarie paupertatis. hec sunt sacrificia: hec sunt incensa que pro nobis dño offerunt. Quia em̃ ad eminentiã diuine maiestatis sicut angeli familiarẽ non habemus accessum: ipsi fideliter oriones

nostras domino repræsentãt. Vnde cum scriptura dicisset. Data sunt ei incensa multa: subtunxit. Et ascẽdit fumus aromatũ de manu angeli in cõspectu dñi. Angelos dñi fratres charissimi tanq̃ amicos et domesticos dei modis oibus honoremus: vt ⁊ ipsi nos honorẽt, vt nos recipiãt in eterna tabernacula, in restaurationẽ superne hierusalẽ, in repletionẽ templi celestis, i edificationẽ corporis christi. Nõ nobis p merita angelorꝫ prestare dignet dñs angelorꝫ: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xlvij.

Data sunt ei incensa multa: ⁊ ascẽdit fumus aromatũ in conspectu dei de manu angeli. Johannes in apocalipsi loquit de ministerio angelorꝫ, q̃ de nostra salute solliciti sunt propter triplicẽ causam, ppter nos, ppter deũ, propter seipsos. Propter nos/quia naturã suam in animabus nr̃is que sunt rationales spũs recognoscunt: noscq̃ sibi cõiunctos conformitate nature: et (vt ita loquar) quadã cognatione intelligunt: quia sunt participes ⁊ capaces beatitudinis gloriecq̃ eterne. Propter deum: cuius misericordie viscera vident effusa circa nos. Nemo enim maiorẽ charitatẽ habet: q̃ vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Sciunt quia dilexit nos: non quia dilexerimus eum sicut dicit Johannes: sed qꝫ prior ipse dilexit nos: ⁊ dedit animã suã p nobis. Vulgare est Qui me diligit et canem meum. Vtinã et canes essemus ⁊ lingeremus vlcera nostra: vel saltem catuli vt possemus edere de micis que cadunt de mẽsa dñorꝫ nostrorꝫ. Ipsi enim sunt dñi nr̃i: immo dñationes ⁊ principatꝰ celi q̃ sedẽt in mẽsa altissimi, vbi satiant̃ ab vbertate domꝰ dei: ⁊ potant̃ torrẽte voluptatis eterne. Letant̃ ⁊ exultãt in bonis q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascenderunt. Satiantur ex adipe frumẽti: nos autẽ quodã furfure ⁊ quodã cortice sacramẽti. Diligũt nos ppter se: quia de nobis scilicet tanq̃ de lapidibus rationabilibus ⁊ viuis restaurandũ est sue ciuitatis exciditũ: atq̃ celestiũ ruina murorũ. Hic est triplex funiculus quo ab angelis trahimur: vt simus edificatio dei/et crescamus in templum sanctũ dñi. Veneremur eos fratres: quia plurimũ sunt nobis necessarij. Sunt enim domestici ⁊ familiares dei: celorꝫ ciues, ⁊ principes paradisi. Isti dñi ⁊ ministri nostri sunt: ministri ad obsequium, dñi ad tutelam. Hi sunt qui ministrãt deo p nobis. Paulus etiam apostolus ad tertiũ celum raptus vidit ministeriũ eorꝫ: dũ illi celesti curie iterfuit. Et qui vidit testimoniũ phibuit dicẽs: qꝫ omnes ad ministratorij sunt spiritus missi in ministeriũ propter eos qui hereditatẽ capiunt salutis: ipsi sunt qui p̃ces et oratiões nostras, suspiria occulta, gemitꝰ anxios, ignitas cõpunctiones, iubilationes, archana ⁊ cetera deuotionis desideria q̃bus anima penitẽtis quasi aquã in conspectu dñi se effundit/ad deũ deferunt: ⁊ nobis beneficia misericordie sue referunt. Hec sunt incensa que de manu angeli emittunt fumũ aromatum in conspectu dei. Quid est fumus aromatũ: nisi deuotio orationũ? Ascẽdit (inquit) oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Non miteris si ministrat angeli: vbi ministrat dñs angelorꝫ. Ipse enim est qui dicit. Veni ministrare nõ ministrari: ⁊ animã meã ponere, p multis. vt ministraret nobis minorauit se paulominus ab angelis. Minor equidẽ factus est p humilitatẽ dispẽsationis: remanens maior p gloriã manifestatis. Sic ascendunt ⁊ descẽdunt angeli sup filium hois: sic iuxta canticum sponse venit spõsus saliens in mõtibus ⁊ transiliens colles. Ministrant itaq̃ ciues celi, nobis ministrat et dñs celi. Ille vero lucifer qui mane oriebatur, ministrare nolebat. ideoq̃ cecidit. Eius operimentũ erat omis lapis preciosus (teste ezechiele) quia oibus alijs angelis preeminebat. Et sicut idem ezechiel dicit. Signaculũ similitudinis plenus scientia: ⁊ pfecti decoris in delitijs paradisi dei. Testimonio vero beati Iob. Erat principiũ viarum dei: sed depositus est ⁊ deiectus: eo q̃ in supbia et inabusione sua cogitauit ascendere in montẽ testamẽti: ⁊ sedẽ ponere in lateribus aquilonis. Altij ministrabant ⁊ stabant (sicut scriptũ est) cherubin super ea stabant: millia millũ ministrabant ei: ⁊ decies milia centena assistebant ei. Ille autẽ impudens ⁊ impudens sedere nolebat. Huius imitatores sunt qui fugiũt labores ⁊ affectant honores, in laboze hominũ nõ sunt: et cum hoibus non flagellabunt̃. Laborẽ enim ⁊ dolorem: ⁊ flagella eterna cum demonibus prestolantur. Quare non attendis homo cinis, puluis, quare non consideras q̃tum discriminis habeat ambitus potestatis? Vidi (inquit) sathanã sicut fulgur de celo cadentẽ. O superbe ⁊ maligne spiritus: quia noluisti stare et ministrare coram dño: adhuc homines sup hoies duodecim sedere videbis: ⁊ ibi coram eis iudicandus astabis. An nescitis (dicit apl's) qꝫ ⁊ angelos iudicabimus? Fratres omnẽ reuerentiã, omnẽ obsequij cliẽtelã tenemur angelis exhibere tanq̃ familiaribus et secretarijs dei: auxiliatoribus ⁊ defensoribus nostris. Isti nos recõciliant deo, nostros hostes propulsant, deuotiones nostras excitant, gratiam nobis impetrant, ⁊ excessus nostre infirmitatis excusant. Porro sicut gaudiũ est eis sup peccatore penitentiã agente: ita abhorrent et fugiunt eos quos vident in peccatis suis ꝓtinaciter, tẽpusq̃ penitẽtie prolongare. Que enim conuẽtio lucis ad tenebras, peccatoris ad angelum, carnalis ⁊ venundati sub peccato ad spiritũ? Nunquid angelis placere possunt qui sedent in stercoribus suis, ⁊ bibunt vinam peccatorꝫ suorꝫ: quorũ cogitationes ⁊ opera fetẽt in naribus angelorꝫ? Scãdalizãtur angeli ⁊ recedunt/vt possit dicere qui relinquitur: amici mei ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerunt ⁊ steterunt: et qui iuxta me erãt de longe steterunt. Et ideo vim faciebant q̃ querebant animã meam. Elongasti dñe a me amicũ et proximũ: et notos meos a miseria. Vt hominẽ per quẽ scandalũ venit. Si periculosum est scandalizare vnum ex his

pusillis: q̃to periculosior est scandalizare vnum aut multos ex illis? Vt hominẽ illi per quẽ scandalũ venit. Nemo excipitur, siue angelũ, siue pusillũ, siue alĩ quem proximum scandalizet. Sed dicis angelus tenetur me diligere, ppter deũ: propter nos: et ppter se sicut prelibatũ est. Nunquid poterit angelus hominẽ diligere, ppter deum: quẽ deo videt esse contrarium ⁊ rebellem? Sed neq̃ hominẽ diligent in quo videt spiritum degenerantẽ a conformitate angelice potestatis: nec etiã propter se: aut propter reedificationẽ sue ciuitatis diligent eos qui debuerant esse lapides viui: ⁊ facti sunt sicut puluis quẽ proiicit ventus a facie terre: non habẽtes id in quo cõiungendi ⁊ coedificandi erãt angelis/charitatis glutinũ ⁊ vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vt hominẽ per quẽ scandalũ venit. Est interius scandalũ quo pusillus offenditur, molestatur adultus, angelus exturbatur. Est et scandalum q̃d interius patimur, sentientes legẽ contrariã in mẽbris nostris: et est hoc scandalũ oculi, manus, pedis. Scandalizat nos oculus interior: dũ se nostra intentio subiicit alicui extraordinarie volũtati. Sed habes cõsilium vt hunc eruas oculũ ⁊ proiicias abs te: id est abiciat voluntas ne veniat in cõtentum. Quadoq̃ circa opus bonũ sollicitos nos affectus noticis praue sollicitat. Hoc est scandalũ manus: eamq̃ abscidis si vsq̃ ad effectũ operis non consentis. Si pficiebas in melius: si ascẽdebas de gradu in gradũ per scalã Iacob: si stabat in directo pes tuus: vide ne pes supbie te moueat. nam si moti aut effusi fuerint gressus tui, vt accidia ⁊ quodã tedio lentescẽre incipias in via dñi, scias quia pes tuus interior scandalizat te. Per te ergo cõsilio saluatoris abscinde pedẽ tuũ: vt expeditius curras in via celestium mandatorꝫ. Noli varijs voluntatibus vel actiõibus occupari: q̃ vbiq̃ est nusq̃ est, qui multis est afficit: in paucis proficit. Porro vnũ est necessariũ. Melius est cum vno pede aut vno oculo intrare in regnũ celorꝫ: q̃ duos oculos vel duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis. Fili ne in multis sint actus tui: dicit sapiens. In vno cubitu cõsummata est archa. Vt hoi gradiẽti duabus vijs. Qui enim ambulat simpliciter: ambulat confidenter. Simplicitas patenter euacuat scandalũ pedis. Sed ⁊ si simpliciter agas: et voluntates malicios abscidas, scãdalum oculi ⁊ manus euacuas. Si oculus tuus simplex fuerit/id est intẽtio operandi: totũ corpus operum ⁊ cogitationũ lucidũ erit: ⁊ lucebunt opera tua cum hominibus, vt glorificent patrẽ tuum qui in celis est: tuq̃ coram deo ⁊ angelis eiꝰ gratiam ⁊ gloriam consequeris. Nõ nobis oibus p ministeriũ angelorꝫ prestare dignetur: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xlviij.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Totꝰ hic versiculus: imo totus hic psalmus est gratiarũ actio et vox laudis. Sãcti enim quorꝫ solẽnitas hodie agitur olim similes nobis passibiles habitauerũt domos luteas: ⁊ in corpore mortis huius tentationũ laqueos ⁊ inimici malicias grauiter sunt experti. Hũc aũt quia eduxit dñs eorũ animas de periculis huius vite: loquitur prophete in psona eorũ ⁊ dicit. Anima nostra sicut passer ⁊c. Huic verbo concinit et concordat q̃d Iohannes in apocalipsi ait/sub altare dei audiui voces occisorꝫ dicentiũ. Vindica dñe sanguinẽ seruorũ tuorꝫ qui effusus est: nec est vox ista expectantium vltionẽ: sed desiderantiũ sui corporis glorificationẽ, nã sub altari dei constitute sunt anime que de corporib⁹ exierunt: et in trãquilla quiete stolam secundã/id est glorificationem corporis gaudẽtes expectãt. Altare dei sancti patres intelligũt corpus christi glorificatũ: in cuius visione sunt ad tẽpus delitie animarꝫ: donec impleatur numerus fratrum suorũ. Ve sunt aquile que congregantur ad corpus. Sicut scriptũ est. Vbicunq̃ fuerit corpus: ibi cõgregabuntur ⁊ aquile. Delectantur ergo in aspectu glorificate carnis in christo qui eis stolam anime nunc tribuit: ⁊ tandem glorificationẽ corporis tribuet: atq̃ in hac requie gloriã pfecte glorificationis expectant. Hinc est vox que dicit. Ve expectãt iusti, donec retribuas mihi. Sane illi qui glorificationẽ corporis expectabant: diuinũ acceperunt respõsum q̃d eis in apocalipsi dictũ est. Sustinete modicũ tẽpus donec ipleat numerꝰ fratrũ vr̃orꝫ: nam de patriarchis ⁊ prophetis scriptũ est. deo melius aliquid prouidente pro nobis ne sine nobis consũmentur. Anima siq̃dẽ hois eo tẽporis articulo quo anima de carcere corporis huius egredit: et est quasi in porta qua exitur ab hac vita iuxta operũ suorꝫ exigentiã trãsit ad gaudia vel dolores. Iuxta illud Opera eorꝫ sequuntur illos. Iustus autẽ non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. De illo enim dicetur. Date ei de fructu manuũ suarum: ⁊ laudent eum in portis opera eius. Nam ⁊ si fuerunt in laboribus: sed ãmodo dicet eis spiritus vt requiescant a laboribus suis. Olim siquidẽ omnes ad inferos descendebant. Vnde ⁊ beatus Iob dicit. Quis michi tribuat vt in inferno protegas me: et abscõdas me donec pꝛ transeat furor tuus: ⁊ constituas michi tẽpus in quo recorderis mei? Erat tamẽ magnũ chaos firmatũ inter iustos ⁊ impios. nam iusti erant in sinu abrahe sedentes/id est quiescẽtes in tenebris expectãtes beatam spem ⁊ aduentum glorie magni dei. Impij vero erant in doloribus ⁊ tormẽtis: q̃d ex euãgelica hystoria in diuite ⁊ lazaro patet. Christus autẽ peccatorũ purgationẽ faciens abolito cyrographo nostre dãnationis in sanguine suo: descẽdit ad inferos et cõtriuit portas ereas: ac vectes ferreos cõfregit/educens vinctos de domo carceris sedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis. Posuit ergo eos sub altare dei abscondens eos in tabernaculo suo in die malorꝫ: ⁊ protegẽs eos in abscondito tabernaculi sui. Ibi requiescũt ⁊ delectãtur in aspectu corporis xpi glorificati: expectãtes

m. linbon

donec impleatur numerus fratrum suoꝝ donec superueniat eos Christus reformans corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Ergo nõ sunt in sinu abrahe sed sub altare. iam non in iferno: sed in celo, nisi q̃ z paradisum celi, vocare abrahe sinum ecclesia consueuit. Porro licet stola anime in hac vita sitienter desideretur a iustis affectaꝫ: tñ amplius stola carnis. Unde z quidã dicebat. Sitiuit in te anima mea ḡ̃ multipliciter tibi caro mea. Ex istis triplex itelligitur sancte anime status. In militia, in requie, in gloria, Primus in tabernaculis. Scõs in atrijs. Tertius in domo dñi. Primũ audis cum dicitur. Q̃ dilecta tabernacula tua dñe virtutum. Finis eiusdẽ versiculi: sequentẽ exprimit statũ qui cõcupiscibilior est. Cõcupiscit z defecit anima mea in atria domini. Sed quia nondũ inuenisti beatitudinẽ proce de vlterius vsq̃ ad domũ dei. Beati eñ qui habitãt in domo tua dñe. Hunc pcessum nouerat q̃ dicebat. Hec recordat⁹ sum z effudi in me animã meam: qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsq̃ ad domũ dei. Et qz forsitã times q̃ veniaꝫ ad domũ, z non in domũ. audi vocẽ letiçie et exultationis. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domũ dñi ibim⁹. Illi siquidẽ qui de mundo triumphauerũt educti de carcere corporis iam in atrijs dñi stant et expectant qm̃ recipiãt corpora sua. Letãtur/qz impleto numero fratrũ suoꝝ itraturi sunt in domũ dñi. nec eñ intraturi sunt in domũ domini siue plati, siue alij sine plebe. A dño factum est istud: z est mirabile in oculis nr̃is. Q̃ cum anima imago sit altissimi: corpus vero sit fetor z morticinũ: anima tamen in effabili desiderio corpus expectat in participiũ glorie sue: vt cum eo plene capiat voluptates eternas cum quo cõmunicauit miserias tẽporales. Tunc intrabũt hierusalẽ que vere est visio pacis. Ibi eñ est pax dei que exuperat omnẽ sensum quã scilicet nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, quã preparauit de⁹ diligẽtibus se. Ibi autẽ non erit nisi gratiarũ actio et vox laudis. Tunc dñe offeremus vitulos labioꝝ nostrorũ: tunc imponemus sup altare tuũ vitulos. Qui eñ modo sunt sub altari: tunc erunt sup altare/qui iã delectabunt non solum in aspectu glorificate carnis in christo: sed fruentes diuine maiestatis aspectu videbunt z cognoscẽt verum dñi patrẽ: z quẽ misit iesuꝫ christũ, q̃ est vita eterna. Videbunt autẽ non in speculo vel in enigmate: sed facie ad faciem: z transiens ministrabit illis inestimabiles diuitias glorie sue: vt videant z cognoscant patrẽ z filium z spiritũ sanctũ, in gloria equali, in maiestate nõ disparí, vbi videbũt christũ quasi vnigenitũ a patre. Proculdubio ibi eũ videbitis, sicut dixit vobis. O q̃ magna multitudo dulcedinis tue dñe. Anima enim que q̃ corpore exuta est: et in exuta consummate beatitudinis requiescit/quasi abscõdita est interim: sed erit qñ resumpto corpore sedebit sup thronos tanq̃ iudex filioꝝ hominum. Sicut scriptũ est. Perfecisti eis qui sperãt in te domine in cõspectu filioꝝ hominũ. Nec equidẽ bene fecit: sed tunc pficiet. nec iustus anime sue dicet. Cõuertere in ea: quia benefecit tibi deus. Interim nãq̃ quoniã prioza trãsierunt iam non est inter spem z metum sicut prius fuerat: sed singulariter in spe z expectatione glorie vt fiducialiter dicat. In pace in idipm dormiam z requiescã. Quoniã tu dñe singulariter in spe, constituisti me. In hoc equidem statu leua spõsi est sub ea parte sponse: z tunc trãsibit ad dextere delectationẽ interminabilẽ. Nã delectatiões in dextera eius vsq̃ in finem. Sicut autẽ anima christi et caro iam glorificata est: ita in ipso perfectã plenã z cõsummatã gloriam tam anime q̃ corporis consequemur. Noli queso dubitare: sed audi discipulum quem diligebat iesus: z quẽ dormientẽ in sinu suo celestis scientie torrente potauit. Nunc (inquit) filij dei sumus: sed nondũ apparet quid erimus. Scimus autẽ q̃ cũ apparuerit, similes ei erimus. Notandũ autẽ q̃ sicut triplex est natura anime: vt sit rationalis, concupiscibilis, irascibilis. ita erit glorificatio eius triplex. Circa rationẽ duo cõtraria sunt, scientia z ignorãtia. Ignorantia euacuabit. Scientia vero perficietur. Concupiscibilitati duo similiter adiacent contraria: desiderium, z contẽpt⁹. Contẽptus cessabit: desiderũ vero pfecte implebit. Pari modo circa irascibilitatẽ letiçia z tristiçia quadã contrarietate versantur. Auferetur autẽ tristiçia/z erit eterna iocunditas, z letiçia cõsummata. Erit itaq̃ beatitudo anime sapiẽtia vera desiderũ eoꝝ que desideranda sunt: z plena z nunq̃ interpolata letiçia. Corpus autẽ infirmũ est: z pluribus indiget. Ideoq̃ in quattuor eius beatitudo consistit. Quia semel mortuũ est ne metuat iterum mori resurgens a mortuis iam non mouitur: mors illi vltra non dominabit. Quia vero posset eternaliter viuere z eternaliter pateretur: datur ei gloria impassibilitatis: et hec secũda glorificatio corporis. Corpus nostrum hodie moles terrea et onerosa cui supaddetur agilitas: vt tanta sit subtilitas leuitas z agilitas corporũ: q̃ta est hodie nostrarũ cogitationũ. Porro vt inhabiter gloria in terra nostra: vt repleaꝫ maiestate dñi omnis terra que assumenda est in reedificatione superne hierusalẽ: et in plenitudinẽ corporis christi: seq̃tur claritas in qua reformabit nos dñs configuratos et conglorificatos z cõclarificatos claritati corporis sui. Fulgebunt eñ iusti in conspectu dñi: habẽtes tã in anima q̃ in corpore inter angelos z archangelos, agilitatẽ, immortalitatẽ, impassibilitatẽ, et claritatẽ corporis: eternã vero sapientiã z interminabilẽ delectationẽ anime: atq̃ desiderium in gaudio, z gaudiũ in desiderio sine fine. Amen.

Sermo. xlix.

Videns turbas iesus ascendit in montẽ ꝛc. Quecũq̃ scripta sunt (dicit apl's) ad nr̃am doctrinã scripta sunt: vt q̃ consolationẽ scripturarũ spem habeamus. Unde et ascensus christi in montẽ nos erigẽs in spem vite: nos ma-

nifestius docet vt relictis turbationibus huius mundi ascendamus in montẽ dñi: in eminentiã virtutũ. Nã et christus qui in oibus operibus suis nobis, p̃positus est in exemplum: vt sequamur vestigia eius. Ipse iuxta hoc q̃d olim de eodẽ propheta predixerat super montẽ excelsum tu ascẽde qui euãgelizas syõ: qui euangelizas hierusalẽ. Facturus verbũ predicationis prius ascẽdit in montẽ operis (sicut lucas euãgelista dicit) cepit iesus facere z post docere. In quo nos docet prius ascendere in eminentiã bonoꝝ operum: antq̃ assumamus docentis officiũ. Et qui nomen z honorẽ magisterij appetit: prius faciat docenda q̃ docest facienda. Olim ascenderat moyses in montẽ vt legẽ acciperet/populo inferius remanente. Hodie daturus benedictionẽ legislator: ascendit in montẽ remanẽtibus turbis. Ascẽdunt et discipuli cũ eo: vt z illos montes eternos faciat ad illuminationẽ plebis sue israel/sicut scriptũ est. Illuminãs tu mirabiliter a mõtibus eternis. Quia p̃ humilitatẽ valles fuerant/quasi montes crescant in magnitudinem dignitatis. Ascendunt ergo vt suscipiant montes pacẽ populo: z colles iusticiã. Et aperiens os suũ ꝛc. Qui olim oza ꝓphetaꝝ aperuerat, qui tunc frequẽter aperiebat oza mutoꝝ, os suũ aperuit, os illud de quo frequenter prophete predixerãt: quia os dñi locutũ est. Beati (inquit) pauperes spiritu. Iam secure possunt dicere discipuli iohannis ad eum redire z dicere: quia pauperes euãgelizantur. Manifestissime impleꝫ in christo sicut ipse testatur, ille sermo ꝓphetic⁹ ysaie. Spiritus dñi sup me eo q̃ vnxerit me: ad euangelizandũ pauperibus misit me. Pauperes euangelizat, et euãgelij sui legẽ inchoat a beatitudine paupertatis, qui diuitias spinis cõparat, qui diuites damnat. Ve (inquit) vobis diuites qui hic habetis consolationẽ vestram. Beati pauperes spũ. Audiant pauperes z letẽtur que sit pars z hereditas eoꝝ: quoniã ipsoꝝ est regnũ celorum. Suum est nõ solum ad habendũ, sed ad cõmunicãdum alijs quibus amici facti sunt. Sicut scriptũ est. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Ecce hic iterum bonoꝝ pauperũ. Pauperes qui hic recepti sunt a diuitib⁹/in regno suo diuites recipiũt. Quia eñ super pauca fideles fuerunt: sup multa constituti sunt. et ideo benefactoribus suis felici cõmercio plenius z multiplicius poterũt respõdere ad meritum. Tolerabilius z melius fuisset illi diuiti euãgelico: si lazarũ respexisset/ vt sic lingue ardẽtis refrigerium meruisset: sed consolationẽ non recepit a lazaro: qui lazaro nullam fecerat consolationẽ. Iustus dominus z iusticias dilexit/equitatẽ vidit vult⁹ eius. Quia ille lucifer aut potius noctifer in illis diuitijs honoris z glorie impatienter se habuit: iustum dei iudiciũ est, vt ille qui cum patiẽtia paupertatẽ sustinet: regnũ a quo ignominiose delectus est impatiens z supbus gloriose possideat. Beati (inquit) pauperes spiritu, nõ omnes: sed tm̃ illi qui ducũt voluntariã non coactã: non necessariã: sed spontaneã paupertatẽ. nã illud solum deo acceptũ est q̃d ex voluntate procedit. Volũtarie (inquit propheta) sacrificabo tibi. Porro socrates thebanus z multi alij ꝑhi fuerunt contẽptores diuitiarum z amatores paupertatis: sed euanuerunt in cogitationibus suis: z dati sunt in reprobum sensum. A regno celoꝝ elongati sunt: quia paupes spiritu nõ fuerunt. Nescio fratres si plene intelligitis q̃d sit pauperẽ esse spiritu. Apud multos hoc verbũ quandoq̃ scrupulum dubitationis induxit. Quidam abundãt et in sensu et in spiritu. sicut filij huius seculi qui prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Istos siquidẽ nec pauperes nec diuites spiritu cẽsere presumo. Quis ergo erit pauper spiritu: Nunquid ille qui turbatur z concutiꝫ a pusillanimitate spiritus z tẽpestate: Certe nec istum pauperẽ spiritu dignũ est profiteri. Curramus ad apostolũ. Vir eñ circũspectus et multoꝝ expertus est. Nõ accepimus (dicit apl's) spiritum huius mundi: sed spiritũ qui ex deo est. Est autẽ spiritus huius mũdi, spũs qui inflat, spũs supbie de quo idẽ apostolus dicit. Ambulastis (inquit) ꝛm̃ principem potestatis aeris huius: spiritũ qui nũc operaꝫ in filijs diffidẽtie. Credo si quis deficeret ab hoc spiritu, pauper esset spiritu. Sed non sufficeret hoc: nisi spũs dei redderet testimoniũ spiritui eius. Proceda mus ergo vlterius si forte possimus intelligere quid sit esse pauperẽ spiritu. Credo quia paup spiritu est qui deficiens a seipso z se totũ p̃ christo abnegãs: nichil habet in cogitatione aut memoria: nichil in delectatione aut desiderio nisi christũ. Iste potest dicere. Memor fui dei z delectat⁹ sum: z defecit spũs me⁹. Hanc sui abdicationẽ: hanc paupertatẽ z hunc defectum spũs videbatur habere qui dicebat. Velociter exaudi me dñe: quia defecit spũs meus. Et illud In deficiendo ex me spiritũ meum: z tu cognouisti semitas meas. Qui ergo mundo renũcians et seipm̃ abdicans sub potenti manu dei/z sub obseruãtia ordinis se humiliat: hic est pauper et humilis spiritu. De talibus dictũ est. Iuxta est dñs his q̃ tribulato sunt corde: z humiles spiritu saluabit. Isti spiritu dei agũtur non alta sapiẽtes: sed humilibus consentientes. Beati (inquit) pauperes spiritu. Nonne iam ex parte beatificati sunt qui in sua paupertate q̃ suam miseriam reputant diuitias, delectãtur in sua paupertate: q̃ suam miseriã reputant diuitias tẽporales. Et hoc est forte q̃d salomõ de ecclesia spiritualiũ pauperum dicit. Multe filie cõgregauerũt diuitias: ista supgressa est vniuersas. Multi congregant diuitias: z fructũ diuitiarũ in eis nõ inueniunt. Nõne fructus diuitiarum debet esse sufficiẽtia: Et inuenio scriptũ. Diuites egerunt z esurierũt: inquirẽtes autẽ dñm̃ non minuẽtur omni bono. Mirabiliter elusa est sapiẽtia huius mundi: filij huius mundi qui sapiẽtes sunt in oculis suis, experiũt quotidie q̃ possidere diuitias cedit eis ad sollicitudinẽ z tormẽtũ. Filij vero lucis q̃ spiritualem exquirunt prudentiam compererunt q̃ diuitias

relinquere facit liberum ⁊ beatum. Confiteor tibi pater celi ⁊ terre, qñ abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Vide q̄ iustus est dñs pauper spiritu, contēnit diuitias, pecunias detestatur, ⁊ nichil ei deficit/ quia sufficit ei deus: et in super suum oīno est regnū celoꝝ. Diues autem sectator auaricie, cultor mãmone, seruus pecunie, ꝑ nummo apostata, in nūmo idolatra, q̄ nummū constituit deū suum, in eo magis deliquit: maiorē timorē et maiorē sollicitudinē, maiorēq̄ ꝑ omnē modum habēs in eo amaritudinē: in quo maiorē sibi cōstituerat voluptatem. Vos autē pauperes spiritu cum sitis nichil habentes: estis tamen omnia possidētes. nã christ⁹ portio vestra est. Vox cuiusdã pauperis est, deus cordis mei ⁊ pars mea de⁹ in eternū. Nonne possidetis oīa si habetis eum qui omnia habet? Cui deus adest: nichil abest: et cui christus sufficit nichil deficit. Timētibus (inquit) deum nichil deest. Diuites onerati sarcinis huius mundi/ inutilibus quidē sed grauib⁹: duce diabolo properant ad infernū. nã (teste veritate) facilius esset camelū intrare per foramē acus: q̄ diuitē intrare in regnū celoꝝ. Nonne tam deliberant celestis regni primitias quoꝝ conuersatio est in celis/ qui cōtemptis possessionibus terrenis nichil desiderãt nisi christū apud quē suum collocauere depositū? Ideo voto ⁊ desiderio sunt ī celis. nã vbi est thesaur⁹ tuus/ ibi est ⁊ cor tuum. Nōne quasi paradisus delitiarũq̄ ortus sunt in anima iusti, virtutū species, bone opationis fragrantia, conscētie securitas, naturalitas q̄dã boni, delectationis quedã delitie spũales, in christo celestiū desideria, dilatatio charitatis ad omnes gauduū ⁊ pax in spiritu sancto? Hec ⁊ si non faciant illam beatitudinē quã nec oculus vidit, nec auris audiuit: pertinēt tamē ad illud centuplum q̄ promittitur contēptoribus terrenoꝝ ꝑ christo. Isti quia sciũt cui crediderũt ⁊ certi sunt: iam quasdã primitias exultatiōis eterne decerpunt/ iuxta sapiētis verbū, expectatio iustoꝝ letitia. Huius thesauri cōscius erat qui dicebat. In via testimoniorꝝ tuorum delectatus sum: sicut in oībus diuitijs. Hec est prelibatio quedã future dulcedinis, cibus anime in ꝑsenti: cuius erat oblitus qui dicebat/ oblitus sum comedere panem meū. O q̄ preciosus/ o q̄ gloriosus est apud filiū dei titulus paupratis. Quippe, nã cum ipse esset diues omniū, factus est omniū pauper: vt pauperes trasferret in diuitias glorie sue. Et q̄s ei auderet dicere: miserere mei dñe adiuua me dñe quia diues sum: potius esset hoc iracundiam prouocare, q̄ miserecordiã impetrare. Ideo dauid sciēs q̄ deus esset amator pauperũ: licet dominaret in solio regali: erat tamen pauper spiritu. Vnde ⁊ secure dicebat. Inclina dñe aurē tuã et exaudi me: qñ inops ⁊ pauper sum ego. Et alibi. Paup sum ego: ⁊ in laboribus a iuuēture mea. Ego (inquit) mēdicus ⁊ pauper sum: do. solli. est. m. Quare hoc dicebat? Sciebat eñ quia parcet dñs pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperũ saluas faciet. Quid autem de diuitibus ⁊ potētibus scriptū est. Potētes potenter tormenta patiuntur: ⁊ illud/ deducunt in bonis dies suos: ⁊ in momento ad inferna descēdunt. Gaudeant ergo pauperes: qñ ipsoꝝ est regnum celorum. Alijs sanctis fit ꝓmissio de futuro. Beati mites: qñ ipsi possidebunt terrã. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. Beati mundo corde: qñ ipsi deũ videbunt. Omniũ remuneratio prolongata est in futurũ. Soli pauperes spiritu ⁊ hi qui persecutionē patiũtur propter iusticiã/ id est martyres fructũ eterne retributiōis ad manũ hũt. Sic paupes ⁊ martyres ad paria iudicãtur. nã ex paritate premioꝝ coniectura ī (sicut michi visum est) paritas meritoꝝ. Quare nō eēt par premiũ pauperũ et martyrũ: cum pauptas sit martyriũ/ et esse pauperē sit esse martyrē: nã martyriũ aliud est in carne/ aliud est in spiritu. Quid est inter illa nisi quia pauperũ afflictio tractim et productione spacio protrahit: martyrum vero passio quodã mortis ⁊ doloris cōpendio ꝓsummatur? Ob iste sustinet cum dilatione: ille cum acceleratione. Ob iste paulatim, ille summatim, ⁊ in hoc pares sunt: quia angustiã passionis quã iste in trãsitu tolerat: ille longē cruciat⁹ tedio recōpensat/ tam huic q̄ illi fit promissio de presenti. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsoꝝ est regnũ celorum. In quo notandũ q̄ cum oēs alij mites scilicet ⁊ pacifici ⁊ misericordes: ⁊ ceteri qui enumerãtur in hoc cathalogo beatoꝝ, aliq̄d de puluere humane cõuersationis contraxerint: sepe deferunt secum ligna, fenũ, stipulã. Isti autē duo qui purgati sunt/ alter ī sanguine suo/ alter in camino pauptatis ⁊ frixorio spiritus cõtribulati: nichil deferũt secũ q̄ oporteat trãsire per ignē. Ideoq̄ statim ad locũ beatitudinis euolant: alij vero adipiscuntur beatitudinē sic quasi per ignem. De martyribus dei: quia lauerũt stolas suas in sanguine agni. De pauperibus: q̄ se iudicauerunt qui in cordis contritione et ardore deuotionis omnē in se peccati rubiginē excoxerunt dicitur. Et purgabit filios leui in spiritu iudicij, ⁊ spiritu ardoris. Fratres manũ vestram misistis ad fortia: regnum celorũ apprehendistis. Regnũ dei intra vos est: ad manum est merces laborum vestroꝝ. Quia breues dies hoīs sunt/ prope est dies mortis, diuitibus huⁿ seculi terribilis, pauperibus vero desiderabilis, quibus datura est eadem iudicij dies diuitias honoris ⁊ glorie regnum celoꝝ: atq̄ beatitudinē et gloriã sine fine. Quã nobis prestare dignetur iesus christus: cui est honor et gloria in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. l.

Beati pauperes spiritu ⁊c. Euangelizantur hodie pauperes. Audiant ergo pauperes et letentur: celoꝝ enim rex ⁊ dñs, regnũ celorum hodie eis donat. Diligit enim pauperes dñs: pro quibus semꝑ pauperē fecit: ⁊ se quodãmodo de regno suo ⁊ de regia maiestate deposuit: vt pauperes faceret sui regni dños ⁊ heredes. Diuitias quidē cõparat spiuis, ⁊ diuites dãnat. Ve vobis

(inquit) diuites qui habetis hic consolationē vestrã. Vnde et rogatus noluit intrare in domũ reguli, ne videretur diuitias honorasse. Damnat itaq̄ diuitē, et parcet pauperi et inopi deus. Hunc humiliat, et hunc exaltat: simul in vnũ diues et pauper. Diuitem humiliat, cui cedit honor in opprobriũ: exaltatio in delectionē: diuitie in miseriam: delitie in tormētum. Hunc exaltat suscitans de puluere egenũ, et de stercore erigens pauperē: vt sedeat cum principibus, et solium glorie teneat. Celebris et gloriosus est apud deum titulus paupertatis. Vnde ⁊ perfectionē vite in paupertate constituens: si vis (inquit) perfectus esse, vade, et vende omnia que habes, et da pauperibus. Cum petrus premisisset, domine ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Responsum est ei. In regeneratione cum sederit filius hoīs in sede maiestatis sue, sedebitis ⁊ vos iudicantes duodecim tribus israel. Qui ergo viles et contēptibiles iudicantur, tunc diuites iudicabũr. Diues iudicabitur: paup gloriabitur. Quod in lazaro et diuite manifestissime declaratur. In huius rei significationē nabuzardan in excidio hierusalem dimisit in pace pauperes, et diuites captiuauit. Ecce nos reliquimus omnia (dicit Petrus) et ei datum est mundi iudiciũ. Reliquit ioseph palliũ suum egyptie: et dominus egypti factus est. Reliquit samaritana hydria et saluata est. Reliquit iohannes sindonē suũ, et beate virginis datus est custos, ⁊ a tributo mortis liberat⁹ est. Ve re beati paupes spũ. Propter miseriã inopũ et gemitũ pauperũ nunc exurgã dicit dñs. Aias pauperum saluas faciet, ⁊ honorabile nomen eoꝝ coram ipso. Estimãda est aũt hec pauptas ex animi humilitate ⁊ mãsuetudine, non ex patrimonij ꝓtitate. Nõ est eñ meritoria pauptas si sit sine mansuetudine, si sit exasperans, et impatiens disciplinę. Ideoq̄ subiungit: Beati mites, qñ ipsi possidebũt terrã? Nõne ĩmites ⁊ tyrãni hodie possidebũt terrã? Sed beati sunt mites q̄ possidebũt terrã: q̄ beatiores sunt impij tyrãni q̄ iam possidẽt terrã. Scio autē q̄ de illis scriptũ est: perdet dñs de terra memoriã eoꝝ. Fructũ eoꝝ de terra pdes, ⁊ semē eoꝝ a filijs hominũ. Mãsueti aũt hereditabũt terrã, ⁊ gloriabunt in multitudine pacis. Immites ⁊ crudeles q̄ terrena sapiũt ꝓsumentur a terra: nec eñ aliud sunt q̄ terra. Terra de terra facti, redituri iterum in terrã. Verbũ prophete est. Audi terra terra terra. Quicq̄ terrigene et filij hominũ, q̄ terrã cupitis, terrã lingitis: ꝑ terra litigatis: scitote q̄ non est vobis neq̄ erit sors in terra quã dñs mitibus repromisit. Et que est terra hec que a dño ꝓmittitur? ꝓculdubio terra ꝓmissionis. Est ne terra illa q̄ protendit a dan vsq̄ bersabee: ⁊ a magno fluuiue euphrate vsq̄ ad flumẽ egypti q̄ est rhinicorus: a mari vsq̄ ad mare: ⁊ a flumine vsq̄ ad terminos orbis terrarũ? Hec est terra chanaã, terra scilꝫ cordis nri. Hec est terra q̄ abrahe ꝓmissa est et semini eius, cui dũ habitaret inter chaldeos dictum est a dño. Egredere de terra tua, et veni in terrã quã mõstrauero tibi. Data est ergo ei terra chanaã in funiculo distributiōis. erectiq̄ sunt chananei: ī quo signãter erudimur a dño, vt exeamus a domo iniq̄tatũ. Pugnemus cõtra chanaã, ꝓtra vicia, et spũales nequitias. Vita eñ nra militia est sup terrã, vt possideam⁹ terrã cordis nri. Subdice tibi dñe aiam meã, vt subdiciã tibi terrã corporis mei. Nõne deo subdẽcta erit aia mea vt in pace possideã corpus meũ, nõ recalcitrãs, nõ lasciuiens, sed rationi obedientes, ⁊ subiectum? Dñe si nõ possum oīno exterminare mot⁹ illicitos, hoc saltē gr̃e michi addas, vt eos subdiciã seruituti. nã et israel iebusem delere non potuit, sed eũ tributariũ sibi fecit. Hunc sibi subdiciebat in seruũ q̄ dicebat, castigo corpus meũ, et in seruitutē redigo. Extraordinarios siquidē motus carnis mãsuetudo pacificat, vt eueniat q̄ ꝓpha precat, fiat pax in virtute tua, id est in mansuetudine. Mã cũ oēs virtutes xpi sint ⁊ a xpo: hec spãliter dicit xpi esse. Ipe eñ dicit: Discite a me q̄ mitis sum ⁊ humilis corde. Et iuper quē requiescet spũs me⁹, nisi sup humilē, ⁊ mãsuetũ, et trementē a ꝛba mea? Erit qñ exterminabit to ti semē chanaã de terra nra: qñ ipa creatura liberabit a seruitute corruptiōis in libertatē glie filioꝝ dei. Tunc mãsueti hereditabunt terrã, ⁊ delectabunt in multitudine pacis, ꝓpter mãsuetudinē ⁊ iusticiã (dicit ꝓpha) deducet te mirabiliter dexta tua. Arguet aũt dũs ꝑ mãsuetis terre. Audiãt mãsueti ⁊ letẽtur. Exaltabit eñ mãsuetos dñs in salutem/ q̄ mãsuetē hereditabũt terrã. et iõ beati mites, qñ ipsi possidebũt terrã. terrã corporis nri, quã in sua glorificatiõe videre summa gloria est, summũq̄ bonũ. Sane antē quus ille pr̃ hoīm, aut poti⁹ criminũ posteritati sue virus antiq̄ preuaricatiōis ifudit. Eñ adhuc sentio legẽ cõtrariã in mẽbris meis repugnantē legi mẽtis mee. Video q̄ pdidi dies meos, quasi aquã bibẽs, iniquitatē sez faciẽs ab adolescẽtia mea. Ideo sagitte dñi in me sunt, quarũ indignatio ebibit spũ meũ. Video ifra me, supra me, iuxta me, ꝓtra me infinita mortis pericula, ⁊ dolores iferni, vt plangã cũ propheta, et dicã. In me dñe trãsierũt ire tue: ⁊ terrores tui ꝓturbauerũt me. Circũdederũt me dolores mortis, et picula iferni inuenerũt me. Lugebo ergo, ⁊ humiliabor sub potẽti manu dei: ponam in puluere os meũ, si forte sit spes. Lugebo q̄ dies antiquos pdidi: lugebo, vt dies eterne consolationis acquiram. Scio enim quis dixerit: Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabunt.

¶ Sermo. lj.

Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabũtur. Melius est equidem ire ad domum luctus q̄ ad domum conuiuij. Est luctus penitẽtie, de quo propheta. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nõ custodierunt legem tuam domine. Et lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Est luctus affectiōis, quem exhibuit dauid super absalon: et iacob super Joseph.

Talē luctū non multū approbat de⁹. Vñ et samuēli dictū est. Vsq̃quo lugebis saul? Et luct⁹ auaricie, iuxta illud: lugeē lachrymis amissa pecunia veris. et hūc dñs detestat. Est luct⁹ desperatiōis, luctus scilꝭ Esau: luctus cayn: et hūc abhoiat dñs. Est luct⁹ deuotionis, ⁊ afflictiōis: ⁊ hunc dñs amplexat. De isto scriptū est. Posuisti lachrymas in ꝓspectu tuo, sicut et in ꝓmissione tua. Exaudi oꝗnē meā dñe: aurib⁹ pcipe lachrymas meas in cōspectu tuo. Hic est luct⁹ qui btōs efficit. Beati enī q̃ lugent: qm̃ cōsolabunt. De hoc luctu siue meroe dicit p ꝓphetā. Meroꝛ viri humiliabit eū: ⁊ sermone bono letificabit. Et ali⁹ ꝓphā. Euntes ibāt, ⁊ flebāt mittētes semia sua. Venientes autē venient cū exultatione: portātes manipulos suos. Amen amē dico vobis: qꝛ plorabitis, ⁊ flebitis vos: mūdus autē gaudebit. Quid est meroꝛ viri hūiliabit eū: plorabitis, ⁊ flebitis vos: mūdus aūt gaudebit. Quid est ꝓmone bono letificabit? tristicia vra vertet in gaudiū. Et venientes venient cū exultatiōe. Infelix ego homo, q̃s dabit capiti meo aquā? Quis aperiet michi catharactas misserrimi capitis mei, vt lugeā bona q̃ amisi? ⁊ mala que cōmisi. vt lugeā necessitates publicas: vt doleam ⁊ deploꝛē familiares angustias? Tota enī vita hoīs tētatio est super terrā. Sumus tētationibus misserrimis interius plenī, foris circundati. Nō video: qō audio: qō volo: qō nolo: qō placet: qō displicet: qō meditoꝛ: qō loquoꝛ: qō taceo: qō laboꝛo: qō quiesco. denicq̃ totū qō viuo tētatio est ⁊ afflictio spūs. Deducāt oculi mei lachrymas, et dent diluuiū aquarū multarū, vt possim diluere sordes quas ab adolescētia mea cōtraxi. Sensus enī mei ꝓni fuerūt ab adolescētia in malū: feci pactū cū inferno: et cū morte pepigi fedus. Et ecce defecerūt i vanitate dies mei: ⁊ amici mei cū festinatione. Infixus sum in limo ꝓfundi, et nō est substantia. Et nunc que est expectatio mea: nōne tu dñe? nā substātia mea apud te est. Da michi dñe lachrymas petri: lachrymas chananee: lachrymas peccatricis. Da michi iferius irriguū: qm̃ aia mea sicut terra sine aq̃ tibi. Da michi o fons mie fontē aquaꝝ q̃b⁹ abluā sordes cordis mei, vt dimittā aduersum me eloquiū meū. Lugēs, ⁊ plāgens, accusans, ⁊ dānans ꝑditissimā vitā meā. Sane est irriguū superius qō nondū postulare ꝓsumo. Riuulus quidē aquaꝝ celestiū qui de caloꝛe amoꝛis ⁊ deuotionis ꝓcedit. Aia siquidē pia deuotiōe ⁊ desiderio in amoꝛē xpi resoluta in lachrymas defluit, et liquescit. Ideo illa q̃ languebat amore, dicebat. Aia mea liq̃facta est vt dilect⁹ locut⁹ est. Hę sunt aque calide quas iuenit ala filius sebeon. Hec aqua tā nō est aq̃, mutata est in vinū vt letificet coꝛ hoīs. Sicut scriptū est. Date vinū merētibus, et sicerā his q̃ amaro sunt animo. Hoc vinū nobis necessariū est ꝓpter frequētes infirmitates nras. Hoc est vinū de vinea sꝛeth, appetit⁹ scilꝭ sanctitatis, et desideriū iustificationū dei. Has iustificatiōes nōdū desiderabat, sed cupiebat desiderare q̃ dicebat. Cōcupiui desiderare iustificatiōes tuas in omi tpe.

Sane ex ipa iustificatione crescit iusticie desideriū, ⁊ deuotiōis feruoꝛ amoꝛis excitat incētiuū. Sic q̃ iusticie cibus dū plus reficit/plus dulcescit: dū amplius recipit, ampli⁹ esurit. Vehemēs enī desideriū esuries est. Ideo ille q̃ est summa iusticia dicit, Qui edūt me adhuc esurient: ⁊ q̃ bibunt me adhuc sitiēt. Nō sic illi q̃ edebant panē moysi in deserto, aut bibebāt de hydria samaritane. sed esuries ꝑfitis vite satietas est future. Tūc erit satietas, ⁊ nulla anxietas: desideriū, et nullū fastidiū: iugis affect⁹, nulluq̃ defect⁹. Erit ibi desideriū in satietate, ⁊ in desiderio satietas. Vt edatis (inquit) et bibatis sup mensam in domo ꝓris mei. Tunc enī ab vbertate dom⁹ dei/⁊ toꝛrēte voluptatis vasa mie replebunt. Hūc q̃ est esuries iusticie quā subsequet satietas interminabilis glorie, hāc inuebat q̃dā cū diceret. Ego aūt in iusticia apparebo in cōspectu tuo: satiabor cū apparuerit glia tua. Esuries ⁊ sitis iusticie, causa est brītudinis. Beati enī q̃ esuriunt ⁊ sitiunt iusticiā, quoniā ipsi saturabuntur.

¶Sermo.liij.

Beati q̃ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā, qm̃ ipsi saturabunt. Munq̃d esurio iusticiā si desidero esse iustus? Et q̃s est q̃ hoc nō desideret? Balaāriolus nō solū vitā iustoꝝ, sꝫ ⁊ eoꝝ nouissima appetebat. Moꝛiatur (inquit) anima mea morte iustoꝝ: et fiāt nouissima mea hoꝝ similia. Volo esse iustus, ⁊ nolo: quia iusticiām appetens iniquitati consentio. Que autem participatio iusticie cum iniq̃tate? aut quis consensus dei cum idolis? Nemo potest duobus dñis seruire: nemo pōt iniq̃tati ⁊ iusticie cōsentire. Si motū pcti sentis, ⁊ ꝓsentis, nō esuris iusticiā: imo insultus es ⁊ iniquus: si sentis, et ꝓdicēdo dissentis: pes tuus īvia recta est, et credo q̃ iusticiā esuris, vt secure possis dicere cū ꝓphā. Vtinā dirigant vie mee ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Pugna q̃dē magna est īter sensum ⁊ cōsensuꝫ: inter carnē ⁊ spiritū. Iō apl's sentiēs, ⁊ non consentiēs, dicit se facere malū, ⁊ nō opari illud. Nō nolo (inq̃t) malū facio. i. p cōcupiscentiā facio: ⁊ iam nō ego operoꝛ illud: sꝫ qō habitat in me peccatū. Apl's hac inextricabili ꝓplexitate ligat⁹ clamare cōpellit: Infelix ego homo, q̃s me liberabit de coꝛpoꝛe mortis huius? Idē nos ꝓsolat, ⁊ dicit. Si xp̄s vos liberauerit, vere liberi eritis. O dñe libera aiam meā misericoꝛs dñs ⁊ iust⁹. Tu es iusticia, redēptio, ⁊ salus nra. Dic aie mee sal⁹ tua ego sum. Sana aiam meā dñe qꝛ peccaui tibi. Si iniq̃tates obseruaueris dñe, dñe q̃s sustinebit? Oēs enī iusticie nre sicut pānus menstruate. Iō turbat⁹ est a furoꝛe oculus me⁹. Aia mea turbata est valde. vsq̃ et vba mea doloꝛe plena sunt valde. Quare tristis es aia mea, ⁊ quare ꝓturbas me. Munq̃d resina nō est in galaad, aut medicus non est ibi? Et tu homo miserere tui, miserere anime tue placens deo. Si vis misereri tui, omnes miserias eua sisti. Misereatoꝛ etiam et misericoꝛs dominus talem se tibi exhibebit, qualem te tibi et proximo tuo exhibere volueris. Miserere aie tue, vt non dicat de te, Sterilē pauit, ⁊ vidue

bene nō fecit. Dis siquidē iniq̃ agēs, crudelis ⁊ iptus est anime sue. nā q̃ diligit iniq̃tatē odit animā suā. exerce misericoꝛdiā ⁊ beatitudinē apud deū. Beati enī misericoꝛdes, qm̃ ipsi misericoꝛdiā cōsequentur.

¶Sermo.liij.

Beati misericoꝛdes qm̃ ipsi misericoꝛdiā cōsequētur. Verbū Jacobi est. Iudiciū sine misericoꝛdia illi erit q̃ nō fecit misericoꝛdiā. Sane mia dei superexaltat iudiciū. Verbū sponse est. Melioꝛa sunt vbera tua vino. Misericoꝛdiā (inquit) volo, ⁊ nō sacrificiū. Dimittite, et dimittet vobis. Si nō remiseritis ex coꝛde pr̄ vester celestis nō dimittet vobis. Verbū salomonis ē. Homo hoi seruat iram: ⁊ in hoīe simili sibi nō seruat miam. Serue nequā (dicit dñs) omne debitū dimisi tibi qꝛ rogasti me: Nōne oporuit te misereꝛi conseruo tuo, sicut ⁊ ego tui miser⁹ sum? Paul⁹ ad ephesios Dis amaritudo ⁊ indignatio tollat a vobis, vt sitis misericoꝛdes, donātes cōmissa inuicē. Recole miam ioseph in frēs suos: miam moysi i populū cōtentiosum, īcredulū, ⁊ rebellē: Misericoꝛdiā dauid in saulē, ⁊ absalon, ⁊ semel, ⁊ alioꝛ q̃ fuerūt mie vti: ⁊ nullū q̃ miam fecerit iuenies peristisse. Est aūt mia ītercessionis/vt i samuele ꝓ saule: in daniele, in moyse, ꝓ ꝓpło israel. Dixit enī vt dispderet eos si nō moyses stetisset i cōfractione in conspectu eius: vt auerteret irā suā ne dispderet eos. Est mia ꝓsolationis, sicut dicit Job. Erā (inquit) merentiū cōsolatoꝛ: oculus fui ceco: pes claudo. pr̄ erā pauperū, qꝛ ab ifantia mea creuit miseratio mecū: ⁊ de vtero matris mee mecū egressa ē. Est etiā ⁊ mia correctiōis, sicut ad Galathas scribit dicēs. Si ꝓccupat⁹ fuerit hō in aliquo delicto, vos qui spūales estis instruite hmōi in spū lenitatis: cōsiderās temetipm ne ⁊ tu tēpteris. Misericoꝛdia vsq̃ ad inimicū se porrigit, sicut scriptū est. Diligite inimicos vros: bēfacite his q̃ oderūt vos. Paulus ad romanos. Bēdicite ꝓsequētib⁹ vos, et nolite maledicere, nulli maledicū ꝓ maledicto reddētes. Et idē. Si esurierit inimic⁹ tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi: nā ⁊ xp̄s ꝓ crucifixoꝛib⁹ suis oꝛauit. Cū duo sint filij rachelis. i. duo opa charitatis: sex sunt filij lye. i. sex opa mie, q̃ dñs enumerat in euāgelio: Esuriui, ⁊ dedisti michi māducare: sitiui, et dedisti michi bibere. Ista sex opa mie elemosyna ꝓprehēdit. Elemosyna enī est quicq̃d homo ꝓ cōpassionis affectū necessitatib⁹ alienis impedit. Ecclesiasticus dicit. Abscōde elemosyna in sinu paupis, ⁊ ipa oꝛabit ꝓ te, et liberabit ab oī malo. Aq̃ extinguit ignē: elemosyna culpā. In Luca scriptū est: Qui habꝫ duas tunicas det nō habēti: ⁊ q̃ hꝫ escas siliꝫ. Martinus superogauit, q̃ suū pauperi clamidē dimidiauit. Ipse etiā totā tunicā ⁊ vnicā pauperi dedit, cui archidiacon⁹ suus aliā pro q̃nq̃ denarijs emit. Quicq̃d paupi dat, dño comodat: ipse enī est pauperū fideiussoꝛ. Beatus autē hō qui miseret ⁊ cōmodat. Si dispgis bona tua, ⁊ effundis in paupes, iusticiā tibi i eternū ꝓstituis, ⁊ iusticie fructū. Scriptū est enī. Dispsit pauplbus, iusticia eⁿ mar et in seculū scli. Heremita spoliar⁹ a ꝑdonibus, ⁊ in semiūcijs ambulās seminudus, iterroꝛat⁹ q̃s cū spoliasset, rīdit, codex iste celestis docēs oīa esse dāda pauperibus. cui cū diceret q̃ adhuc aliq̃d haberet: ipa semiūcia pauperi dedit. Paulin⁹ nolan⁹ eps nō tm̄ sua dedit: sed ⁊ seipm in seruituē, p filio vidue pauperis ꝓcessit, ⁊ tradidit. Et ego (inquit apl's) sup impēdar, p aiabus vrīs. Si nō ponis animā tuā pro aia: pone saltē bona tua tpalia, p teipo. Fac tibi amicos de māmona iniq̃tatis. Honoꝛa dñm de tua substātia. Si petēti te tribue. Nō expectes vt pro te moꝛ tuo fiāt elemosyne, quas viuus fecisse debueras. Elemosyna viuētis lumē est ante facie incedentis. Elemosyna vo post obitu, qm̃ lucerna post tergū. Elemosyna lumen est aīe, si in cū hylaritate animi fiat. hylarē enī datoꝛē diligit deus. Vñ apl's ad coꝛi[illegible]los, vnus q̃q̃ ꝓut decreuit in coꝛde suo, non ex tristicia, aut necessitate, sꝫ ex voluntate. Voluntarie (inq̃t) sacrificabo tibi. Voluntarie, nō co[illegible]ēnā q̃ ex co[illegible]ctione officij, siue fame, vel rei tpalis obtentu elemosynā facit, nō est co[illegible]soꝛs, neq̃ ꝓ pars in elemosyne fructu. Fortitā equalis est coꝛuo q̃ pascebat helyā/⁊ vidue. Verbū pauli est, non q̃ro datū, sed rēqro fructū. Vis aucire elemosyne fructū? Beat⁹ q̃ intellig̃it sup egenū ⁊ ꝓ auperē, in die mala liberabit eū dñs. Dñs cōseruet eū, et vtuficet eū, ⁊ beatū faciat eū in terra, et nō tradat eū in animā inimicoꝝ eius. Liberat ⁊ ꝓseruat, vtuificat ⁊ beatificat: Iuxta xbū israel i syrach: elemosyna vīri q̃si sacculus cū ipso: ⁊ et gram cōseruabit. Elemosyna siquidē oculos coꝛdis ꝓurificat ⁊ emundat. Date (inq̃t lucas) elemosynā, ⁊ oīa mūda sunt vobis. Sane mūdicia coꝛdis ipsa est testimonia sine qua nemo videbit deū. Elemosyna vo mūdat oculos coꝛdis, ⁊ aperit ad videndū. Beati autē mūdo coꝛde, qm̃ ipsi deū videbunt.

¶Sermo.liij.

Beati mundo coꝛde, qm̃ ipsi deū videbunt. Sex sunt opa mie (sicut dixim⁹) q̃ hominē ꝓurificat ⁊ emūdant. Nonne hec opa sunt sex hydrie in galilea posite ad purificationē iudeoꝝ? Aq̃ mūdat: elemosyna mūdat. fides mundat: fide (inquit) mūdans corda eoꝝ. Beati aūt mūdo coꝛde, qm̃ ipsi deū videbūt. Nōne vita eterna est videre te deū, ⁊ quē misisti iesum xp̄m? Bū dñe q̃ te videūt ⁊ in te credidēūt, spe, nō re. Nā ⁊ mūdi coꝛde bo[illegible]de te videt, nec tm̄ bti sunt. vidēt, sed p speculū, et in enigmate, ⁊ q̃si sub nube. Erit tp̄s qm̃ videbūt te facie ad faciē in splēdoꝛib⁹ sctōꝝ glia ⁊ bonoꝝ coronātū, nō in diademate mtis tue: sꝫ q̃si vnigenitū a pre, plenū gꝛe ⁊ maiestatis. Tūc exultabim⁹ ⁊ gaudebit coꝛ nr̄m. tunc erit sabbatū de sabbato. tūc erit in oꝛ hoīm canticū nouū, et vox q̃si letātiū oīm. Ibi sicut xp̄s splēdoꝛ ⁊ figura est substātie dei, sic appebit in figura dei ⁊ gloria maiestatis. O custos hominū, ⁊ redēptoꝛ nr̄ ad te leuaui oculos meos, oculos scilicet coꝛdis mei. Sicut enī oculi seruoꝝ i manibus dñoꝝ

heremita

paulin

suoꝝ:ita oculi nostri ad te dñe donec miserearis nri. Ceruntũ turbat⁹ est a furore oculus me⁹:dereliquit me virtus mea: ⁊ lumẽ oculoꝝ meoꝝ,et ipm non est mecũ. Nõ possum videre facie tuã nisi oculo mundi cordis. In imunditiis cõcepit me mr̃ mea:Et qs potest facere mundũ de imundo ꝓceptũ semine? Nõne tu q̃ solus es? Cor mundũ crea in me de⁹: deus cordis mei,et pars mea de⁹ in eternum. Tibi dixit cor meũ:exq̃siuit te facies mea: faciẽ tuam dñe requirã. Quid em̃ michi est in celo:⁊ a te q̃d volui sup terrã? Dñs illumiatio mea,et salus mea quẽ timebo. Illumina ocꝭos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: neq̃ dicat inimic⁹ meus ꝑualui aduersus eũ. Tu es funiculus hereditatis mee:portio mea in terra viuentiũ. In terra q̃ ꝑmittitur mitib⁹:in terra ꝓsolationis que lugẽtibus offert:in regno celoꝝ qõ patiẽtibus ⁊ pauperib⁹ dat:in hereditate sanctoꝝ,⁊ pace filioꝝ dei:in pace dei q̃ exuperat omnẽ sensum,q̃ filios dei cõsortes beatitudinis facit. Beati em̃ pacifici,qm̃ filij dei vocabuntur.

¶Sermo.lv.

Beati pacifici qm̃ filij dei vocabunt. Nõ est deus defensionis, sed pacis,q̃ pacificauit in sanguine vnigenit filij sui que in celis,⁊ q̃ in terra. Qui em̃ motus interiores pacificant in seruitutẽ ⁊ in obsequiũ xpi: qui cũ ꝓximo pacẽ habẽt:q̃ fratres ad pacẽ reconciliant,sup istos pax dñi requiescit:⁊ requies dei vocãdi sunt. Pacifici em̃ filij dei vocabunt. Inquire ergo pacẽ ⁊ psequere eã: sunt reliq̃e homini pacifico. Vis videre reliq̃as huius pacis? Hanc pacẽ sequit pax eterna:⁊ vtrãq̃ pacẽ dat dñs. Sicut scriptuꝫ est: pacẽ sup pacem dabit dñs. Vtrãq̃ pacẽ euidẽter insinuat vbi dicit. Pacẽ relinquo vobis:pacẽ meã do vobis: fremat mũdus: premat corpus:ꝑpugnat diabolus. Si pacẽ habeas cum ꝓximo ad deũ:⁊ cũ deo ad ꝓximũ:si facias q̃ apls ad hebreos monet dicẽs: pacẽ semiaui cũ oib⁹ hoibus,scias qꝫ dñs posuit fines tuos pacẽ. In pace fact⁹ est locus tuus: ⁊ potes dicere cõfidenter. In pace in idipm,dormiã,et requiescã. Pax em̃ multa dñe diligẽtib⁹ nomẽ tuũ,⁊ nõ est illis scandalũ. Duo debemus deo ⁊ ꝓximo. gloriã deo:pacẽ ꝓximo. Io angelus inter deũ ⁊ hominẽ sapientissime distinguebat dicẽs. Gloria in excelsis deo:⁊ in terra pax hoib⁹ bone voluntatis. Sũma siquidẽ sapiẽtia est nichil oino diligere preter deũ,aut ꝓpter deũ. Hec est sapia dei pudica,sicut Iacob⁹ dicit. Sapiẽtia dei primũ q̃dẽ pudica est:deinde pacifica. Pudica est in virtutib⁹ se exercens,vt se imaculatũ ab ꝗ̃ seculo custodiat,⁊ sic fructũ eterne pacis ⁊ bnitudinis acq̃rẽs. Dñs em̃ virtutẽ populo suo dabit:⁊ sic dñs bñdicet populo suo in pace. Testionio nãq̃ iacobi. Fruct⁹ iusticie seminat̃ in pace:ideoq̃ iusticia ⁊ pax osculate sunt. Iusticiã ⁊ pacẽ cõiungit q̃si in vno osculo paulus. Iustificati(inquit)ex fide pacẽ habeam⁹ ad deũ. Dat dñs iusticiã vt virtutẽ:pacẽ vero vt premiũ, et bñdictionẽ, iuxta illud:Dñs virtutẽ populo suo dabit:dñs bñdicet populo suo in pace. Est tñ pax q̃ nec est meritũ, nec ꝑmiũ:pax quã dñs odit:pax scꝫ terrene voluptatis:de q̃ dñs dicit,non veni pacẽ mittere in terrã,sed gladiũ. Pax em̃ q̃ in delitiis carnis exercet pessima est, Teste ꝓpha qui dicit. Zelaui sup iniquos pacẽ peccatoꝝ videns. Pax pax ⁊ no est pax. Hãc em̃ pacẽ momẽtanea sequit amaritudo eterna. Ecce(inquit) in pace mea amaritudo amarissima. Hã cũ dixerint pax ⁊ securitas ⁊c. repentinus supueniet iteritus, et dolor sicut in vtero habẽs,⁊ nõ effugiet. Est pax ꝑdit tocia de qua scriptũ est:Homo pacis mee ĩ quo sperui,q̃ edebat panes meos magnificauit sup me supplãtationẽ. Hãc exercuit ioab in abner ⁊ amasiam, ideo nõ est script⁹ in cathalogo fortiũ. Est pax seductoria,de qua hieremias,O sedechia viri tui pacifici seduxerũt te. Pacẽ tuã dñe relinque nobis:pacẽ tuã da nobis. Da pacẽ dñe in dieb⁹ nr̃is: qꝫ nõ est alius q̃ pugnet ꝓ nobis. Impugnat nos mũdus: ipugnat nos caro:impugnat nos malign⁹ spũs.expugna dñe impugnates nos. Loq̃re pacẽ in plebẽ tuã. Da dñe pacẽ sustinẽtib⁹ te. sustinuim⁹ ⁊ expectauim⁹ pacẽ,⁊ ecce turbatio. Circũdederũt me dolores mortis: ⁊ pericula iferni inuenerũt me, Tribulationẽ ⁊ dolorẽ inuenit. Quicq̃d em̃ sub sole ẽ tribulatio est, et afflictio spũs. Eliator ⁊ hospes sum i hac terra peregrinationis nr̃e. Tria vero me de domo eijciũt:fumus:stillicidiũ:⁊ litigiosa mulier. Amor scꝫ mũdi:⁊ cõcupiscẽtia oculoꝝ:⁊ caroꝝ pessima. Vere filius dei essem si hec patiẽter ⁊ pacifice sustinerẽ:⁊ possem dicere cũ ꝓpha. Cũ his q̃ oderũt pacẽ erã pacific⁹. Cerũ in miseriis nõ subsistet. Que em̃ fortitudo mea vt sustineã? Si dederis michi dñe gr̃am sustinendi ifirmitates meas,sufficit michi gr̃a tua. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum. Infirm⁹ ⁊ debilis sum, ⁊ irruerũt in me fortes iniq̃. Circũdederũt me inimici mei dicẽtes,deus dereliquit eũ.ꝑseq̃mini,et cõprehẽdite eũ, qꝫ nõ est qui eripiat. Dñe vim patior respõde ꝓ me. Quid em̃ rñdebo cũ ipse fecerim? Re vera ego tecũ sum:feci. Hã ⁊ ꝓpheta dicit:vie tue,et iniq̃tates tue fecerũt hec tibi:⁊ q̃s iniquior michi q̃ ego? Quis ita ingeniosus est in mortẽ meã? Quis ita(vt ego)querit animã meã in iteritũ? Quis ita cogitat ꝓspere preclarã hereditatẽ meã michi,⁊ repellere preciũ meũ? Patior,et vtinã ꝓ iusticia:⁊ nõ ꝓ iniq̃tatib⁹ meis:q̃ si ꝓ iniq̃tatibus meis penã sustineo:ꝓ me patior,nõ ꝓ xpo. Priceps apl̃oꝝ dicit. Nemo vr̃m patiat̃ vt fur, aut homicida, aut alienoꝝ appetitor: sed si bñfaciẽtes ⁊ patiẽtes sustinetis:beati. Beati em̃ qui psecutionẽ patiũtur ꝓpter iusticiam,quoniã ipsoꝝ est regnum celorum.

¶Sermo.lvj.

Beati qui persecutionẽ patiũtur ꝓpter iusticiam, quoniã ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Omnes virtutes quas in cõstructione scale celestis annumerauimus,per patientiam confirmãtur. Nam vidua est virtus quã non patiẽtia firmat. Patiẽtia siquidẽ octaua ponit in scala Iacob: ⁊ octaua

redit ad caput:ꝓpterea prima ⁊ vltima, id est voluntaria paupras: ⁊ patiẽtia inter psecutiões regnũ celorũ nõ in ꝑmissione,sicut alie virtutes, sed in possessione et ꝓprietate recipiũt. Diites possidebunt terrã: lugẽtes cõsolabunt: esurientes saturabũtur: misericordes miserecordiã cõsequent. Mũdi corde, et pacifici deũ videbunt,et dei filij vocabunt. Beati autẽ paupes spũ, et q̃ psecutionẽ patiũtur ꝓpter iusticiã, qm̃ ipsoꝝ est regnũ celorũ. Alij imittunt in expectationẽ: isti statim mittũtur in possessionẽ hereditatis eterne. Pulchre ⁊ elegãter sibi cõueniũt in merito et premio,patiẽtia,⁊ paupras. Vera em̃ ꝓ christo paupertas:⁊ vera patiẽtia xpi pauperũ. In hoc tñ differt spũalis paup a martyre: qꝫ tormẽta et cruciat⁹ quos pauper diutissime sustinet in camino ⁊ frixorio pauperiis, recõpẽsant̃ in martyre cõpendio momẽtanee passionis. Et rob̃q̃ tamẽ patiẽtia martyrẽ facit. Ad martyres dicit̃. In patiẽtia vr̃a possidebitis aias vestras. De pauperibus scriptũ est. Patiẽtia pauperũ nõ peribit in finẽ. Hoc est semen bonũ qõ cecidit in terrã bonã,et fructũ affert in patientia. Apls in scõa ad corinthios monet nos vt exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros ĩ multa patiẽtia. Magna est virtus patiẽtie. Melior est homo patiẽs(teste Salomone)viro forti. Inestimabiliter em̃ melior est q̃ tor quẽntẽ patiẽter sustinet: q̃ q̃ patientẽ crudeliter torquet. Heremita quidã pcussus ab arreptitio:ei aliaꝫ maxillã patiẽter ꝓbuit:et exijt demon clamans, sola patiẽtia me vicit:sola patiẽtia me elecit. Vbi est fratres patiẽtia nr̃a? Pro verbo leui ira scimur ⁊ vindictã irascẽdo expetim⁹:⁊ inter molestias satis despicabiles sustinentiã pdimus. Ve autẽ his q̃ perdiderũt sustinentiã. Ego ipse michi testis sum:quia nullã prorsus molestiã ferre possuꝫ. Si tñ saperẽ,ego ꝑaliter me punirẽ delicat⁹,et voluptatib⁹ assuetus, infirmus ⁊ impatiẽs taliũ. Q̃ si me punire, et corripere aut volo, aut nequeo, aut horreo: tu me dñe argue: tu me corripe.beat⁹ em̃ homo q̃ corripit a dño. Verba tua sunt: ego quos amo arguo et castigo. Utinã corripiat me iustus in misericordia,non in ira,nõ in furore. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. Ira est in purgatorio:furor in inferno. Sic me corripas, ne corrũpas:sic emẽdes,ne destruas:⁊ ne de me dicat̃, destruxisti eum ab emũdatione. Destructorius potius q̃ purgatorius michi erit ille ignis terribilis si expectauero eum: qm̃ purgabit dñs filios leui. Sedebit em̃ quasi ignis conflans, et emũdans argentũ. Tunc oĩs violenta ꝑdatio cũ tumultu,et vestimentũ mixtum sanguine erit in cõbustionẽ ⁊ cibus ignis. Ipse est q̃ per Iohelẽ dicit. Mũ dabo sanguinẽ eorũ qui non mundauerũt. Et q̃s ex nobis poterit habitare cũ igne deuorante? Aut quis stabit cũ ardoribus sempiternis? Melius est hic ardere amore dei, q̃ ibi torqueri ardore terribili. Hic potes mitigare incendiũ gehennale penitẽtialib⁹ lachrymis,sicut pueris tribus fact⁹ est fornax babylonis vẽtus rosis. Igne dilectõis ardebat illa de qua dictũ est. Dimissa sunt ei pctã multa:qm̃ dilexit multũ. Hoc igne vehemẽter arserunt patriarche,et prophete,apl̃i,martyres,cõfessores,et virgines,et ceteri q̃ in stadio huius vite currẽtes obtinuerũt brauiũ, et pro tẽporali afflictiõe adepti sunt requiẽ sine fine. Et q̃d facimus fratres: q̃re non acceleram⁹ vt ingrediamur in illã requiẽ? Paulo teste,vocati sumus vt bñdictiones hereditate possideamus. Nos autẽ de longe videmus patriã nr̃am: ⁊ de lõge salutam⁹ eã: ĩmo q̃tum possumus fugimus ⁊ elongamur ab ea: et ꝓ nichilo habuimus terrã desiderabilẽ. Dñe Iesu christe scim⁹ qꝫ in domo patris tui multe mansiones sunt,vbi parasti sanctis tuis lucidissimas mãsiones, habebit enim vnusquisq̃ in eterna gloria locũ,iuxta suoꝝ exigentiã meritoꝝ. Et nos ifelices vbi erimus? Sane si iniq̃tates obseruaueris dñe,si ꝓm malicias nr̃as feceris nobis, scio qꝫ non est nobis pars, neq̃ sors in hereditate sanctoꝝ. Erimus ne cũ ꝗginib⁹ q̃ cõputruimus in ster corib⁹ nr̃is bibẽtes ruinã peccatorũ nostroꝝ? Et que cõuentio lucis ad tenebras:castitatis ad illecebras:mũdicie ad immũdiciam? Nõ habebit ille cũ virginibus locũ:qui maculauit infinitis luxurie sordib⁹,aut in corpe,aut i desiderio cõcupiscẽtie corpus suũ. Que vero põt nobis esse cõio cũ cõfessorib⁹,⁊ martyrib⁹,⁊ apl̃is.nos em̃ nec ꝑbauit martyrij pena:nec exercuit pnie rigor:nec insignivit vite scrũmonia: q̃re vir nemo videbit deũ. Nõ opꝫ nos cũ angelis aliq̃ expectare consortiũ: abhominãtur em̃ nos:nã tota cõuersatio nr̃a fetet in naribus angeloꝝ. Restat g̃ vt simus cũ eo cui seruiuim⁹:vt eam⁹ cũ maledictiõe in ignẽ eternũ q̃ parat⁹ est diabolo ⁊ ministris et⁹. Exultabunt scti in gl̃ia:nos torq̃bimur in gehẽna. Iustũ em̃ iudiciũ dei ẽ(teste apl̃o ad Romanos)vt quos benignitas dei ⁊ patiẽtia ad pniam nõ adduxit,ꝓm duriciã suã, ⁊ ꝑpenitẽs cor trã refuẽt sibi in die tremẽdi iudicij dei. Mittent g̃ ipij in tenebras exteriores, vbi vmbra mortis et nullus ordo. Dñs i ira sua ꝓturbabit eos, et deuorabit eos ignis. Ponet eos vt clibanũ ignis in tpe vult⁹ sui.i.in tpe sue idignatiõis ⁊ ire. Ignis eoꝝ nõ extinguet̃, ⁊ vermis eoꝝ nõ morie. Succẽsus est ignis ĩ furore suo:⁊ ardebit vsq̃ ad inferni nouissima. Ignis,sulphur,et spũs ꝓcellarũ:ibi mors depascet eos. ibi erit fletꝰ,⁊ stridor dẽtiũ. ibi erit stridor cathenaꝝ ardẽtiũ, ꝓmentiũ,vrgentiũ,⁊ nõ ꝓsumentiũ: Ibi(sicut dicit sophonias)erit vox clamoris a ꝓma porta: ⁊ vox vlulat⁹ a scõa. Sicut em̃ scti duplicẽ stolã glorificationis accipiẽt in aia ⁊ corpore:ita diploide.i.duplici cõfusione aie scilꝫ ⁊ corpis dãnabunt̃. Agam⁹ pniam frẽs dũ licet:tp̃s em̃ breue est:finis dubi⁹. Iudex terribilis:pena ĩcogitabilis: ĩterminabilis:⁊ ĩtolerabilis. A quanos liberare dignet̃ ꝓ merita sctõꝝ oim q̃ i scitis suis

Gloriosus est Iesus xp̃s. Amẽ.

¶Sermo.lvij.

Dyies legit̃ fecisse mare eneũ vt ingrediẽtes tabernaculũ lauarent̃.fecit autẽ illud de spec

heremita

culis mulierum que ad ostium tabernaculi excubabant. credo q̃ he sunt p̃udẽtes virgines/que accẽsis lãpadib⁹ bonorũ operũ aduentũ sp̃ũsi letãter expectant. Scriptũ est em̃ q̃ expectatio iustor leticia. De speculis istarũ fit alijs lauachrũ, dũ ab illarũ cõuersatione trahitur mũdicie, et sanctificationis exẽplũ. Mulieres que in seculo de carne sua fructũ posteritatis expectãt deseruiunt carni sue: q̃ dũ curã carnis in desideriis agunt, vitã perdunt eternã, p̃ momẽtanea voluptate. Claustralib⁹ que bellũ indixerũt carni sue, iestimabilis corona debet. Contẽdunt em̃ nõ esse q̃d sunt, et recuperãt fortiter q̃d in p̃ima origine perdiderũt. Quis em̃ potest facere mundũ de imundo conceptũ semine? Iste autẽ dũ imperãt sue carni non solũ mundant, sed cõformãtur angelice puritati. Virginitas tamẽ iuxta estimationem multor fortior est in certitate angelica: cũ ẋgo virtute mũda sit, et angelus solũ ex natura. Plusq̃ angeli cũ est hec vasa corũptibilia seruare in iustitia, ⁊ sctificatione: experiri in carne gloriã celestis hierlm, vbi neq̃ nubent, neq̃ nubent. Quidã em̃ celestis eminentie fructus est pudicitie vsus in terris. De virgineo siquidẽ flore imarcessibilis corona contexit: ⁊ acq̃ritur sponsus imortalis in celo/dũ terrena sp̃ũsalia contemnũtur. Iste em̃ sunt q̃bus a p̃s loquit dicẽs. Despondi vos vni viro virginẽ castam/exhibere christo. Vide quãtus fuerit ẋginitatis effect⁹. Virginitas vltra nubes: vltra celos: vltra ⁊ supra angelos penetras verbũ in quo oia facta sunt q̃liuit/⁊ inuenit in sinu p̃ris: inde p̃ virginitatẽ descẽdit ad nos actor ille salutis. Adhuc ambularemus in tenebris nisi lumẽ vite nobis de lãpade beate ẋginis illuxisset. Virginitas est balsamũ quo condiunt̃ cadauera ne putrescãt. Sensus em̃/⁊ art⁹ hois a corũptione custodit: cetera q̃si iumẽta in suo stercore cõputrescunt: Sole ẋgines/et cõtinentes vasa corũptiõis huius in icorũptiõe custodiũt. sed ⁊ est q̃d sapientia in p̃sona virginũ dicat. Ego quasi libanus nõ incisus: et q̃si balsamũ nõ mixtum odor meus: q̃si terebintus extendẽs ramos gr̃e et salutis. Omniũ eminentiã virtutũ castitas trãscẑdit, si cũ sctã habet charitate: na sine charitate castitas, est sine oleo lampas. Lampas sine olei bñficio non lucet: castitas etiã deo sine charitate nõ placet. Ideo sapiẽtia dicit. O q̃ pulchra est casta generatio cũ charitate. Illud autẽ detestabile est (q̃d absit a nobis) si aliqua superbie macula admixta est castitati. nã longe melior est deuota/⁊ vilis humilitas, q̃ superba ẋginitas. Castitas sip se censeat elegãtior est q̃ humilitas: humilitas tũ p oia melior. Illa res est cõsilij: ista p̃cepti. Nã ap̃s dicit. De ẋginitate q̃dem preceptũ nõ habeo, consiliũ autẽ do. Et dñs de ẋginitate in euãgelio loquẽs. Qui potest (inquit) capere capiat. De humilitate vo: Discite (inquit) a me quia mitis sum/⁊ humilis corde. Et nisi efficamini sicut paruulus iste nõ intrabitis in regnũ celor: Cũ spũs sanct⁹ nõ reqescat, nisi sup humilẽ ⁊ mãsuetũ, vides q̃ acceptior est apud deũ virginitate humilitas: cũ sine hac nemo saluari possit: sine altera vero multi. Verbũ beate ẋginis est, Respexit humilitatẽ ancille sue: humilitatẽ (inquit) nõ ẋginitatẽ: innuẽs q̃ nec sua ẋginitas sine humilitate deo placuisset. Si q̃ virgo supbiat, inter fatuas cõputanda est. Quid est em̃ supbia in virginitate nisi venenũ in lacte? Nichil est q̃d abhoriabilius detur, q̃d et dño magis displicet liliũ castitatis q̃ supbia. Cõtra supbiã virginũ inuehit ysaias. Eleuate sunt (inquit) filie syon/⁊ ambulauerũt collo extẽto, ⁊ nutib⁹ oculor ibãt. Et sequitur in eodẽ capl'o: Declinabit dñs verticẽ filiarũ syõ: earũq̃ crinẽ nudabit. Et dñs in eodẽ. Dabo eis p̃ crispãti crine caluiciũ. Et vñ supbis miserima caro, cũ sis ⁊ cinis ⁊ puluis? Supbis de tua nobili parẽtela: Scias quia mundanã nobilitatẽ nõ natura fecit, sed ambitio finxit. Verbũ sapiẽtie est: Nemo ex regib⁹ habuit aliud q̃ paup natiuitatis initiũ. Vn⁹ est hominũ introit⁹ ad vitã: ⁊ exitus vn⁹. Nunq̃d sordidius generat paup q̃ diues? Dauid plangit se in p̃ris cõceptũ: sed ⁊ ipse cũ esset rex suos genuit filios in peccatis. Si virutẽ regeneratiõis ispicias: oẽs tam diuites q̃ pauperes magnificat natiuitas, oẽsq̃ pacificat adoptiua nobilitas. Gloriosus titul⁹ nobilitatis est cũ generositate ẋginitas. Sicut sapia dicit: Generositatẽ glorificat cõtuberniũ habẽs dei: q̃ dñs oim dilexit eã. Iuxta verbũ ap̃li: p̃udẽs ẋgo cogitat q̃ dñi sunt, vt sit sctã corpore et spũ. Corpore, vt sit casta. Spũ, vt humiliter sentiat: nec extollat̃ de pudicitie laude. Scriptũ est em̃/q̃ gloriat̃ in dño glorieť: nõ ei qui seip̃m cõmendat ille, p̃bat⁹ est: s; q̃ dẽ cõmendat. Miserimũ est sue ẋginitatis, aut ptinẽtie meritũ, p̃ vana gloria venale exponere. Aduenẽte siq̃dẽ sp̃so in die iudicij fatuis ẋginib⁹ oleũ pctõris (id est adulatio aliena) nõ pderit. Fatue ẋgines tunc dicẽt, Lãpades nr̃e extinguunt. p̃udẽs ẋgo inextinguibile lumẽ feret. Sicut sapia de ea dicit: non extinguet̃ de nocte lucerna et⁹. Gloriaris de pulchritudie tua: fallax gloria/⁊ vana est pulchritudo. De pulchritudine supba dic̃ Job. Deuoret pulchritudinẽ et⁹ p̃mogenita mors. i. supbia/q̃ est p̃mũ mortale pctm̃. Quid est vana pulchritudo nisi pulchra putredo? Putredini dixi, Pr̃ me⁹, mr̃ mea, ⁊ soror mea vermib⁹. Et q̃d ẽ fallax gr̃a, nisi grata fallacia: dũ specie falsa decipimur: dũ sub tenui cute latẽt occulta dedecoris, que si ispici possent horrẽda eẽnt a spectu: ⁊ nũc idigna sunt cogitatu. Dis caro fenũ: ⁊ ois gloria et⁹ sicut flos feni. Sicut fenũ cito arescit: sic pulchra facies febre superueniẽte deficit: morte vo irruẽte putrescẑdo sordescit. Porro vtus q̃ est pulchritudo aẽ florebit in eternũ sicut liliũ ante dñm: sicut palma, sicut cedrus libani i domo dñi. Ideo ille q̃ est speciosus forma p̃ filijs hoim: flos cãpi, ⁊ liliũ qualliũ/de iusto loquẽs: sup ip̃m (inq̃t) efflorebit scrificatio mea. Nõ exterior facies, sed iterior ꝯscientia pulchrã te faciet. Omnis gloria filie regis abintus in fimbrijs aureis. Hec est

castitas

em̃ gloria nostra testimoniũ conscientie nr̃e: hanc speciem, hunc decorẽ sponsus concupiscit in sponsa. O virgo cõcupiuit rex decorẽ tuũ: ideoq̃ si vis auferri a te omnẽ animi feditatẽ, et in humilitate christũ diligere/speciosa facta es/⁊ suauis: teq̃ sibi dñs exhibebit nõ habentẽ maculã/neq̃ rugã. Auditura es vocẽ leticie/⁊ exultationis: Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te. Veni electa mea ponã in te thronũ meũ: vt requiescat in te dñs, et tu requiescas in eo: vt gaudeat sp̃sus sup sponsam, ⁊ gaudeat super te de⁹ tuus. Propone ante tue mẽtis oculos in exemplũ monialẽ illã que cum pre nimia vilitate/et abiectiõe sui corporis putaret̃ a sororib⁹ suis fatua/et imunda, p̃ reuelationẽ sp̃ũs sctã ab ep̃o prouincie tota pgregatiõe sanctior, ⁊ ep̃o acceptior est inuẽta. Sane si supbis, si scl'm appetis, si carni tue p̃sentis, si murmuras, si iuides sororibus tuis, si detrahis, si detractas obediẽtie iugũ, iã non es filia syon, sed filia babylonis: exclusa es a cetu virginũ: que cũ dño accẽsis lampadib⁹ ingrediun̄t ad gaudiũ nuptiale. Poteris iutiliter plangere cũ filia iepte virginitatẽ tuam: nec em̃ dñs te acceptat in sacrificium sibi. Videbis publicanos, et meretrices q̃ precedẽt te in regnũ dei: tuam em̃ virginitatẽ que elegantissimũ donum dei erat in cõtumeliã/⁊ iniuriã cõuertisti. Vide quo te precipitauit supbia: de celo in cenũ: de paradiso/in ifernũ: de angelica puritate/in eterni honoris/et ardoris abyssum. Quid ergo faciendũ est tibi? Reuertere ad cor tuũ: recogita dies tuos i amaritudine anime tue: Arripe fortiter penitẽtie arma: nec differas penitẽtie fructũ. Nescis enim q̃d ventura pariat dies: Qui non est hodie cras minus aptus erit. Qui nõ facit q̃ñ põt/non poterit agere penitentiã q̃ñ volet. Horrendũ est aũt incidere in manus dei viuẽtis. Horrendũ est ventre in locũ tormẽtor, vbi nec ignis extinguit̃, nec vermis morit̃ur: nec fetori, nec ardori, nec doloꝛ finis, aut mẽsura imponitur. A quibus nos liberare dignetur sponsus sanctarũ virginũ christus Jesus, cui sit honor/et gloria in secula seculor. Amen.

¶ Sermo. lviij.

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurẽ tuã: ⁊ obliuiscere populũ tuũ, ⁊ domũ p̃ris tui: karissime sorores vos estis q̃b⁹ ap̃s paulus loquit̃ dicẽs. Despõdi vos vni viro ẋginẽ castã exhibere christo. Testimonio siquidẽ ẋitatis beati sunt q̃ se castrauerũt, p̃pter regnũ celor. Ap̃s dic̃, in carne militãtes non f̃m carnẽ militam⁹: ⁊ q̃ matrimonio iungit ẋginẽ suã bene facit: ⁊ q̃ nõ iungit melius facit. Et de ẋginitate, p̃pria loquẽs. Volo (inq̃t) vos oẽs eẽ sicut meip̃m. Et vtinã pmaneat vnusq̃sq̃ f̃m consiliũ meũ. De virginibus em̃ preceptũ nõ habeo: consiliũ autẽ do. Magna est p̃rogatiua ẋginũ. Solis ẋginib⁹ a deo datũ est cantare canticũ nouũ q̃d nemo alius cãtat: ⁊ seq̃ agnũ quocũq̃ ierit. Scriptũ est, gr̃a sup gr̃am mulier pudorata, et sctã. Deus nasciturus in mũdo vt mundũ redimeret, virginẽ sibi elegit i matrẽ: nec em̃ alia mater decebat deũ/nisi virgo: nec alius filius decebat ẋginẽ nisi deus. Sunt aliq̃ inter vos apud quas vel bono coniugali, vel lubrico, ⁊ facilitate cõsilij violata est integritas ẋginalis, Iste sequunt̃ agnũ, sed claudicãt vno pede. Pedẽ humilitatis habẽt, sed non ẋginitatis. Ideoq̃ nõ sequũtur agnũ quocũq̃ ierit. Virgines em̃ non sunt aliquẽ: ⁊ si virginitatẽ pdiderint, p̃ humilitatẽ tũ dño placere intẽdunt. Fregerũt ẋginitatis sigillũ: sed studẽt reformare q̃d fractũ est. Nã sicut exhibuerũt mẽbra sua seruire imundicie ad imundiciã: iniq̃tati ad iniquitatẽ: ita exhibent mẽbra sua seruire iusticie in sanctificationẽ. Illa q̃ fuerat ancilla carnis ad delitias seculi in cõtumeliã christi, facta est ancilla sp̃ũs in cõtemptũ/⁊ odiũ mũdi: in amorẽ ⁊ gloriã dei. Filia edõ, filia babylonis inebriata sp̃ũ sancto, facta est filia, ⁊ sp̃ũsa, soror, et amica regis altissimi. Et h̃ est forte q̃d hieremias dicit. Saude ⁊ letare filia edom: ad te quoq̃ veniet calix inebrians. hic est calix amoris, poculũ amatoriũ, quo ebria erat illa que intrauerat cellã vinariã, ⁊ dicebat: Nunciate dilecto meo: q̃ amore lãgueo. Sic mediãte charitate recõpensat iacturã virginitatis, et reformat p̃ penitẽtiã dispendiũ corũpte carnis. Nec cũ rachele idola patris sui sub fimo: ⁊ cũ Jacob fragmẽta idolor laban sub terebinto abscõdit, dũ per humilitatẽ penitẽtie, et dñice passiõis memoriã suas iniq̃tates a facie summi exactoris auertit. Tam vidue, q̃ virgines habẽt fiduciã repromissionis in xp̃o: nõ em̃ est acceptor p̃sonar de⁹. Virgo humilis angelor socia est: Si vo mulier ebria passa est, aut cũ maria sedet ad pedes Jesu: aut cum martha p̃is operib⁹ se exercet. Tam virginẽ q̃ corũptã monet ad p̃seuerantiã sanctitatis, p̃pheta, cũ dicit. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina ⁊c. Existis de h̃ seculo nequã: exiuistis de egypto, ⁊ venistis in hãc solitudinẽ sacrificare dño deo vr̃o. Nolite reuerti ad allia, et pepones egypti, ad sanguineas dapes: sufficiat vobis mãna celeste, ⁊ panis angelor. Ador em̃ est in olla egypti: reliq̃stis hydriã mũdane cupiditatis cũ samaritana: vr̃amq̃ sp̃ualẽ hierico destruxistis: Josue maledictionẽ incurrit q̃ reedificat hierico. Seio q̃ egypti musca vobis frequẽter insibilat: ⁊ occulta inimici tẽtatio redire ad seculũ vos inuitat. Reuocate ad populũ tuũ quẽ reliq̃sti: ⁊ ad domũ patris tui amorei. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurẽ tuã: ⁊ obliuiscere populũ tuũ, ⁊ domũ patris tui. Quid em̃ tibi ⁊ parẽtele tue? Nõne mortua es/⁊ parẽtib⁹ tuis: ⁊ conplãtata similitudini mortis xp̃i? Sed dicis. Vn⁹ de itimis parẽtibus meis ifirmat̃, aut morit̃, ad eũ me exire optet. Audi filia, ⁊ vide, ne exeas: sine mortuos sepelire mortuos suos. Vide ne tu sepelias in iferno, p̃ eis. Frequẽter legim⁹ in libro experiẽtie: q̃ multos traxit in infernũ affectio parẽtele. Quotiẽs egredere claustrũ, p̃ponis/animã tuã ponis q̃si sub iactu alee: maiusq̃ est oi thesauro q̃d certo expõis piculo. Sẽtias ergo cũ p̃pheta/⁊ dicas. Ala mea in mani

bus meis semp. Noli queso cũ secularibus aliqd habere cõmercium: qui eñ tangit picem inquinabitur ab ea: bon oscq mores corrumpunt colloquia praua. Ignis in sinu: serpens in gremio: mus in pera male suos remunerãt hospites. Noli esse de numero illoꝝ de quibus scriptum est: cõmixti sunt inter gentes/et didicerunt opera illorũ. Noli filia exire in publicũ: mũdus eñ plenus est laqueis/plenus periculis/plenus mortibus. Despon sata es christo: si caro ⁊ sanguis, si amor parentũ, et aliud reuelauerit/aut suggerit tibi, intẽde ad christũ: et dic. Non recedas a iustorũ consilio, a congregatione sanctoꝝ. Docet te, ꝓpheta/⁊ dicit. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo in consilio iustorum/et congregatione. Si aliquis de parẽtela tua te vocauerit, aut pro te miserit, sathane ẽtatio est. Noli retro aspicere cum vxore loth: vaccefete que deferebant archã domini in bethsames colla sua nõ reflectebant ad vitulos: nec tu collum/aut pedes reflectas ad cõsanguineos tuos. Dedisti obedientie manũ, et imposuisti iugum eius. Audi eius sapientiã que dicit: Inclice(inquit) pedem tuũ in cõpedes illius: ⁊ ne accidaris a vinculis eius. Si claustrum egrederis: transgrederis. Dina filia iacob egressa est vt videret ludos alienigenarũ, et oppressa est a sichem filio emor. Nõ est enim pudicitia vbi est seculũ. et ideo nõ est pudicitia extra claustrũ. Sara filia raguel vxor minoris Tobie dicebat: tu scis dñe quoniã nunq̃ cum ludentibus me miscui: neq̃ cum mulieribus que in leuitate ambulãt. Hieremias etiã dicit. Non sedi in cõsilio ludentiũ: sedebam solus, quoniã amaritudine repleuit me. Sit sarra tibi in exemplo: sit et iacob qui domi habitãs benedictionẽ hereditauit. Esau vero foris vagans primogenita sua cũ paterna benedictõe amisit. Prope est vt retribuat dominus vnicuiq̃ ꝓm opera sua: precedet regina virginũ: proxime eius afferentur, et cum ea adducẽtur in templum regis. Tunc erit hierusalẽ celestis quasi sponsa ornata viro suo. Gaudebit tunc spõsus super sponsam, ⁊ dicet. Veni electa mea/⁊ ponã in te thronũ meũ, vt in te sedeã/⁊ quiescã: vt sis sedes mea in seculũ seculi: et apparebũt ea die gloriosa que dicta sunt de te: quãdo erit sicut letantium omniũ habitatio in te. Quando intrabit in delitias claritatis/et voluptatis eterne Beata virgo cum virginitate sua: sarra cũ nuptijs: Anna cũ viduis. Magdalena cum penitẽtibus suis: et euenet qd per ysaiam promiserat deus. Ecce ego creo hierusalẽ exultationẽ, et populũ eius gaudiũ, et exultabo in hierusalẽ, et gaudebo cum populo meo, ⁊ non audiet in ea vltra vox clamoris et fletus: erit q̃ mensis ex mense, et sabbatũ ex sabbato: tibi satiabimur in bonis domus dñi, et potabimur a torrẽte voluptatis illius: ibi videbimus filiũ in patre, et patrẽ in filio, ⁊ spm̃ sanctũ in vtroq̃: qd est vita eterna, ⁊ gloria ꝓsummata. Quã nobis prestare dignet qui cũ pre ⁊ spũ sanctoviuit/⁊ regnat. Per oia secula seculoꝝ.

¶ Sermones ad sacerdotes.

Ignis semper ardebit in altari: quẽ sacerdos nutriet per singulos dies, subiciẽs ligna. Inter vniuersa seruitutis obsequia que deo potest impẽdere humana deuotio, nichil est qd deo acceptius esse possit, q̃ vt diligatur a nobis ipse qui est veritas, et in veritate nos diligit. bene, et ꝓm misericordiã, et mansuetudinẽ suam magnã in veritate vult diligi, q̃ et in suis dilectionibus, et benedictionib⁹ nos preuenit, sicut iohannes euangelista cõmemorat. Non qꝛ (inquit) dileximus eum: sed qꝛ prior dilexit nos. hoc est qd inter primitias legalis obseruantie primum ⁊ summũ mãdatum dilectionis instituit: diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo, et ex totis viribus tuis. hanc dilectionẽ tenuit, monuit, exhibuit, qui pro nobis animã suam posuit. Maiorem hac (inquit) dilectionem nemo habet, vt animã suam ponat quis ꝓ amicis suis. hanc dilectionẽ conseruauit, et finaliter obseruauit: cum enim dilexisset suos, vsq̃ in finẽ dilexit eos. Vidit dñs quia ignis huius dilectionis q̃ accensus fuerat in parentibus antiquis, ⁊ nobis extinctus fuerat: nec remanserant nisi carbones desolatorij: venit vt ignem hunc accẽderet in altario cordis nostri. Carbones itaq̃ succẽsi sunt ab eo qui dicit: Ignem veni mittere in terram: et quid volo, nisi vt ardeat? In altario cordis immolatur spiritus cõtritus, iuxta illud, Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum ⁊ humiliatũ deus non despicit. hic est ignis qui in altari cordis nutriendus est a sacerdote iugiter: hic est ignis de quo propheta dicit/ignis eius in syon: et caminus in hierusalem. Et hieremias, de celo misit dominus ignem in ossibus meis, et erudiuit me: hunc ignem effodit neemias, quẽ hieremias infoderat. Legitur in libro regum q̃ cum populus israel in captiuitatẽ babylonicã transmigrasset, et remansissent pauce reliquie sub godolia, remãsit ⁊ hieremias q̃ in valle iosaphat in puteo ignem abscondit: quem post longa temporum curricula neemias inquisiuit et effodit: sed nõ inuenit nisi stipites combustos, sicut legitur: et aquam crassam: Aquam illam super altare effudit: et succensus est ignis. hec est aqua dilectiõis, que ignem suscitat de carbonibus desolatorijs: et ideo crassa, vt sacerdotis sacrificiũ pingue fiat. et vocatus est dies nephar, id est purificatio. hunc ignem ad purificationẽ animarum tenentur sacerdotes accendere et nutrire: veruntamen ad nutrimentum huius tria necessaria sunt ligna que cum aqua crassa dilectiõis, de puteo bone conscientie producũtur. Sunt itaq̃ tria ligna exemplum sancte conuersationis: verbum sollicite predicationis: officium deuote administrationis. Oportet siquidem q̃ sacerdos sit in conuersatione sanctus: in predicatiõe sollicitus: in administratiõe deuotus. Sãctus, scriptum est enim: Sancti estote qꝛ

ego sanctus sum. Quomõ eñ nisi esset sanctus aliorum immũdicias emundaret? Necesse est dicit apls vt mũda sit manus que diluere sordes curat. Videmus hodie sacerdotes cũ filijs hely tenẽtes fuscinulas carnium, ⁊ cum mulieribus in atrio tabernaculi excubantes: et facti sunt equi emissarij (sicut dicit ꝓpheta) vnusquisq̃ ad vxorem proximi hynniebat. Videmus hodie sacerdotes sedẽtes cum Balthasar in cõuiuijs cum vxoribus ⁊ concubinis abutẽtes vasis dño deo cõsecratis: sed certe ꝓpe est manus illa vltima et scriptura terribilis mane, techel, phares. numeratũ, appẽsum, diuisum: numerat eñ dies sacerdotis, sed ⁊ omnia eius facta in vnũ sunt, et quasi in sacculo consignata: appendit gratiã quam cõtulit, ⁊ spem, atq̃ fiduciam quã habet, in vitam ꝓlixiorem dissipat, ⁊ cõfundit. Cum eñ dixit pax et securitas, tũc repentinus superueniet interitus: ⁊ dolor sicut in vtero habentis, ⁊ non effugient: qꝛ iuxta Salomonẽ Prosperitas stultorꝝ perdet eos. Qui ignẽ Jeremie debuerunt subijcere cuꝛ filijs aaron, ignem alienum subijciunt: ignẽ illum de quo psalmista dicit. Super cecidit ignis, ⁊ nõ viderunt solem iustitie: oculos habent ad munera: pupilllo ⁊ vidue nõ intendũt: nõ attendunt sentẽtiam maledictionis illius: ve qui iustificatis impiũ ꝓ muneribus: et iustitiam iusti auferitis ab eo. Mulierculas eñ, ⁊ alias miserabiles psonas sine causa in causam trahũt: easq̃ fame integre sunt diffamantes: iudicantes purgatas: absoluentes impias: innoxias cõdemnantes: penetrãtes (inquit) viduarũ domos: captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis. Certe isti solẽ iustitie non vident. Solum eñ oculum sinistrum habẽt, per quẽ solẽ iustitie videre non possunt. Duo sane sunt oculi hominis, sinister, ⁊ dexter: sinister tẽporalibus impendit: dexter eternis. Sinister est sensualitas: dexter est cõsideratio eternoꝝ. Sinistro oculo acutissime videmus, prudentes, ⁊ astuti in acquisitõe temporaliũ, nõ habentes prudentiã eternorum. Sapientes autem (inquit) sunt vt faciant malum: bona autem facere nesciunt. Isti sunt quibus Naas ammonites dexterũ oculum eruebat: sicut legitur in libro regũ. Naas interpretat serpẽs inimicus scꝛ humani generis: qui sic sacerdotum aias excecat: ⁊ vt ceci sint duces cecoꝝ. Sinistro oculo auaricia nñ vident. Nam de auaricia dicit ꝓpheta: Hic est oculus eorũ in vniuersa terra. In capitulis vestris vbi corrupti muneribus iustitiam iusti subuertitis: absolutis (sicut diximus) impios, innoxios diffamatis, nõ videntes solẽ iustitie. Conuenientibus vobis sic in vnũ, iam non est dominicam cenã mãducare. Ad sacratissimũ eñ corpus christi nimis accedit periculose, q̃ in iudicio solem iustitie non attendit: qui ꝓimũ suum aut iniuste iudicat, aut diffamat inique. Quotiẽs ergo fratres cõuenitis in cõuẽticulis vestris vt alios iudicetis, recogitate qꝛ dicit, iudiciũ vos expectat. Attendite qꝛ vita hec transitoria est ⁊ breuis: villicatio vestra vobis onerosa ⁊ gra-

uis: administratio eꝰ difficilis: exitus horribilis: pena infinitibilis. Nõ dicimus hec fratres carissimi propter vos. Nã inter vos multi sunt q̃ sanctitatis merito et honesta cõuersatione precellunt: sed tamen inter vos (sicut apls dicit) sunt multi imbecilles, ⁊ dormiũt multi. Mondũ eñ ventilata est area dñi: adhuc est liliũ inter spinas: zizania inter spicas. Hec de primo ligno qd sacerdos ignẽ subijcit in fomẽtũ. Lignũ secundũ est verbum sacre predicationis, qd maxime pertinet ad officiũ sacerdotis: vt sit potens in doctrina sana (dicit apls ad Titum) et malis possit cõtradicere: peruersos arguere: ⁊ errãtibus non cõsentire. Satis autẽ bene verna hic cõsensus: apls certissimã huius rei assignat philosophiã: ꝓpereaꝝ non arguitis, qꝛ eadem sepius agitis. Cum labia sacerdotũ sint euangelio cõsecrata, vacant tota die sermõibus ociosis, ⁊ fidelibus christi esurientibus subtrahũt panẽ vite. Nunq̃ pigritandũ: nunq̃ cessandũ est ab exhortatione salutari. Ideo ⁊ merito per singulos dies id est assidue, incessanter. Dies in sacro eloquio sunt virtutes. per singulos dies (dicit ꝓpheta) bendicã tibi, ⁊ in Job. Ab omnipotẽte nõ sunt abscõdita tempora: qui autẽ nouerũt eũ ignorant dies eius. Sicut per contrariũ peccata sunt noctes, vt in psalmo: Lauabo per singulas noctes, id est per singula peccata confitendo illa, lauabo lectũ: id est conscientiã meã. Sacerdos itaq̃ per singulos dies ignẽ ligna subijcit qui exẽplo sancte cõuersationis, ⁊ verbo sacre predicationis subiectos, ad singulas virtutes exhortatur: sicq̃ in cordibus fidelũ caritatis ignẽ accendit. Sequitur lignum tertiũ, deuote scꝛ administratiõis officiũ. Administratio siquidem sacerdotũ licet exercetur in multis: in cõfessionibus, baptismatibus, in vnctiõibus, in exorcismis: specialiter tñ cõsistit in duobus: in psalmodia, ⁊ celebratiõe missarũ. In his autem semper exigit humilis ⁊ prõpta deuotio. Quid ꝓdest psalmus nisi deuotione comitet. psallere sine deuotione, est quasi es sonans, et cymbalũ tinniẽs. Exultent ⁊ letẽtur omnes qui querunt te, et diligunt salutare tuũ: sed ipi nõ diligũt salutare tuũ cũ in cordi nate fiũt tales apocope, ⁊ syncope: nec deo accepte sunt huiusmodi sinalimphe. Hieronymus de psalmodia monet vt ad verbum fiat oratio. Ideoq̃ duo necessaria sunt in psalmodia, intellect⁹, ⁊ cordis immaculati deuotio: ⁊ tũc nõ solum angeli, sed dñs angelorũ venit, ac se libẽtissime interponit: et euenit qd dicitur per ꝓphetã: Psallam, et intelligã in via immaculata: qñ venies ad me. volo dicit apls quinq̃ verba loqui sensu meo, q̃ decem milia verborꝝ in lingua, in sacrificijs altaris. Ibi magnus ignis deuotionis ⁊ dilectionis exigitur: qꝛ ibi est tota nostra salus. Certe indeuotissimus est sacerdos, qui ibi non conterit, vbi filius altissimi ante patris oculos immolat. Sane sacerdos deuotus et prudẽs dũ mense diuine assistit/nichil cogitat nisi christũ Jesum ⁊ hũc crucifixũ: ponit ante oculos cordis sui christi humi-

litatē: ⁊ patientiā christi: angustias et dolores: christi opprobria, sputa, flagella, lanceā, crucē, mortē deute ⁊ sollicite recolit: ⁊ se in ipa memoria passiōis dñice crucifigit. si ergo et ⁊ p eo specialiter immolat, qui se p nobis corporaliter immolauit. O q̄ graue/q̄ periculosum est fratres mei administratiōis officiū: qui non solū de vestris, sed de aiabus vobis cōmissis in die tremendi iudicij respondere tenemini. Ma quō custodiet cōscientiā alienā, qui suā custodire nō potest: Conscientia siquide abissus inscrutabilis est: nox obscurissima: ⁊ tū miserō sacerdoti qui hanc noctem suscepit, ⁊ in cura reclamat: custos quid de die custos quid de nocte. Quid facturꝰ est sacerdos miserrimus q̄ sentit se peccatis oneratū, curis implicitum: carnalīū desideriorꝫ fece infectū, cecū, curuum, infirmū, mille difficultatibus coartatū, mille necessitatibus anxiū, mille turbatiōibus erumnosum, pclitē ad vicia, inualidū ad virtutes. Quid faciet filius doloris, filius plorationis eterne, qui nec in se/nec in alijs ignem caritatis accēdit? certe paratus est in cibum, ⁊ cōsumptionē ignis. Ignis succēsus est in furore dñi, ⁊ ardebit vsq̄ ad inferni nouissima: deputatus est et locus cū ardoribus sempiternis: paratus est vermis qui nō morietur, fumus, vapor, ⁊ spiritus pcellarꝫ, horror, ⁊ caligo tenebrosa, onera cathenarum penitentiū, stringentiū, ventiū, et non cōsumentium. A quibus nos liberet ignis ille nō consumēs, sed cōsummans: nō deuorans, sed illuminans omnē hominē vementē in hunc mundū: ipse nos illuminet ad dandam scientiam salutis plebi eius: quod nobis prestare dignetur qui cū patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Idem in synodo.



In leuitico scriptū est, omnis oblatio que offerit dño, absq̄ fermēto erit: nec quicq̄ fermēti, aut mellis adolebit in sacrificio dñi: quicquid aūt sacrificij obtuleris sale cōdies: in omni oblatiōe offeres sal. Nūt mel de sacrificio vobis loquimur: qz sacrificiorū de quibus loquimur, vobis cura a deo cōmissa est q̄ sacra datis, ⁊ sacrificia offertis: ideo nomē et officium sacerdotū obtinetis. Verū tamen qz mūdicia eusāgelica hodie sordes carnificij legalis amouit, spūalia nm hodie sacrificia offerunt: q̄ se ⁊ sua simul toto corde christo impēdūt, pacifica offerūt: q̄ solliciti sunt, vt pacem cū deo habeāt, vt christū criminali aliquo nō offendant. Bouē offert, qui opera pfectionis aggredit. ouem, qui in sua simplicitate deo placere intendūt. capram, qui viā penitētie arripit. Aues vero qui viā caritatis, aut speculam cōtemplatiōis ascendit. Ab his oibus, et alijs sacrificijs que multa sunt, longe fiūt, ⁊ damnabiliter relegant fermentū ⁊ mel. Sal aūt vbiq̄ fauorabiliter admittit: fermētū cuius admixtiōe tota massa corrūpit auaricia est, et incōtinēntia ecclesiasticorū: que subditos puersa imitatiōe corrūpit. Quid ei faciet laicus simplex: nisi q̄ patrē suū spiritualē viderit facientem? In multis notabilis est auaricia sacerdotū: presertim dū p questu temporali faciūt se ordinari: dum in spe vilissime oblatiōis sacramenta cōficiunt: de cadaueribus litigāt: sepulturā, ⁊ baptismū vendūt, nichil gratis impendētes, sed in vniuersis suā sequētes auariciā: sicut dicit per Malachiā. Quis est in vobis q̄ claudet hostia mea: ⁊ ponat incēsum super altare meū gratuito. Non est michi voluntas in vobis: et munus nō recipiam de manu vestra ait dñs: ⁊ hec est (iuxta Zacharīā) amphora egrediēs, ipsa est oculus eorū in vniuersa terra. Hieremias etiā de illis dicit. Ipsi pastores declinauerunt vnusquisq̄ ad auariciā suā. Et alibi in eodē. A minori vsq̄ ad maiorē omnes auaricie studēt, ⁊ a ꝓpheta vsq̄ ad sacerdotē cuncti faciunt dolum. De lana igit̄ oulum/ ⁊ non de salute sollicitī: qō infirmū est, nō cōsolidant: qō egrotū, nō sanāt: qō fractū nō alligant: qō pertjt, non querūt: qō abiectū est, non reducūt: sed sue auaricie cōsulentes/ peccata populi comedūt: ⁊ eos praue cōuersationis exēplo ad deterioza inuitāt. Sicut Osee dicit peccata populi comedunt: ⁊ ad iniquitatē subleuant vias eorū. Isti (iuxta verbū Job) terre fructus, atq̄ pecunias comedūt: qz percipiētes tēporalia/ spiritualia impendūt. Hi q̄ nichil nisi celeste sapere debuerūt, terrena tm sapiunt: querētes non que sursum sunt, sed que super terram. Qui cū essent a deo cōstituti (testimonio apl̄i loquentis ad Philippenses) sicut luminaria in mūdo, verbum vite cōtēnentes obstricti sunt terre domibꝰ iniquitatū. quorū spūales oculi terrenorū fece turbati, ⁊ obtenebrati sunt: sicut per visionē Ezechielis dicit Terra (inquit) vsq̄ ad fenestras: et fenestre clause. Hieremias in persona istorū deplorans hoiem interiorē terrenorū concupiscētia dissolutū. Effusa sunt (inquit) in terrā viscera mea: sed quantum sacerdotibus obest auaricia? De auaricia clericorum loquēs apl̄s ad Hebreos, ait: Sint mores vestri sine auaricia contenti presentibus. Clericorꝫ auaricie qō quotidie ascribitur fere capitula / siue cōsilia sua tenent: querentes nō morū correctionē/ sed nummorū extorsionem. Nō fit aia mea in iudicijs quorūdam: apud quos dissipatur equitas, ⁊ iustitia, ⁊ iudiciū non conuertit: sicut abacuch dicit Lacerata est lex: ⁊ nō peruenit vsq̄ ad finē iudicium: sed si de exhibitiōe iustitie, aut pacis reformatiōe loquantur: nō erit sine nouitate negociū, ab vtraq̄ parte exigitur aliquid: et ve parti que aliquid nō dederit. De ralibꝰ dicit Michea. Mordēt dentibus, ⁊ predicāt pacē: et si quis non dederit in ore ipsorū quid piā suscitāt super eum preliū: primū aliquid recipit archidyaconus, ⁊ deinde officialis aliquid. Sz et decanus, ⁊ ceteri causam in aliquo sibi faciūt lucratiuā: vt possimus dicere qz residuū eruce comedit locusta: residuū locuste comedit bruchus: residuū bruci comedit rubigo. Isti manifestissime edificāt excelsa Thophet, viāq̄ sibi preparāt ad gehēnam. Maz testimonio Job ignis corpora

eorū comburet q̄ munera libēter accipiūt: ⁊ maxime vbi iustitia venalis exponit̄/ que gratis debet̄ vniuersis, et singulis. Vle platis ecclesie, si ista nō corrigūt. vnde Amos: Vle qui opulēti estis optimates samarie: capita populorꝫ qui debuerant esse rectitudinis, ⁊ humilitatis exēplū: in superbia ⁊ abusione iudicāt imperātes cū austeritate, dominātes in clero, nō forma facti gregis ī populo. Hec de auaricia clericorꝫ.

¶ Sequitur de altera parte fermēti qō a sacramēto phibet̄: id est incontinentia: hec inter omnes pestes viciorū primipilaria est, que fortiꝰ nos impugnat cōtra hanc precingere lumbos nostros, ⁊ spūalibus armis indui nos oportet: vt vnusq̄sq̄ castiget, ⁊ in seruitutē redigat corpus suū: sicut apl̄s ad Corinthios scribit. Arma militie nostre nō carnalia, sed potestina deo ad discretionē munitionū in captiuitatē, redigentes omnē intellectū in obsequiū christi mundi sacerdotes, quicquid alijs faciāt sibi sacramēta non faciūt, sed seipsos exececant: nō se sanctificāt, sed maledictiōi se subjciūt. Videamus opa nostra ⁊ iniquitates q̄bus misericordiā dñi frequenter offendimus: vt cū Hieremia dicere possimus, Misericordie dñi multe, qz nō sumus cōsumpti: ⁊ qz nō defecerūt miserationes eius. Quida locarias habēt: quida alienis vxoribꝰ abutūtur: sicut trahit sua quenq̄ voluptas. Si illud pessimū est, qō suam malitiam nō occultāt: immo incōtinentiā suam publicis potatiōibus ⁊ comessationibus predicāt, ostēdant: cum scriptū sit Ne ascēdatis in galgala/ ⁊ in bethauam ne ingrediamini: id est peccati vestri turpitudinē nō reueletis. Corpus christi est precū anime: thesaurus indeficiēs, inestimabilis, impollutꝰ, incōsumptus, incorruptus. Hoc thesauro emūtur celestes diuitie, possessio glorie, regnum infinibile, pax interminabilis, incōcussa securitas, et eternitas vite: hic est panis viuus q̄ de celo descēdit, et dat vitam mūdo. De hoc non habēt edendi potestatē qui tabernaculo deseruūt (sicut dicit apl̄s ad Hebreos) id est q̄ deseruūt corpori, ⁊ curam carnis in desideriis agunt. Vel igit̄ illis quibus corporis christi dispēsatio credita est, si non est precī suus vmbilicus eorū, si nō dijudicant corpus christi: si nō honorāt testamēti noui mediatorē Jesum, et sanguinis aspersionē, melius loquētē q̄ abba. Judex vivorū ⁊ mortuorꝫ christus Jesus patiēter sustinebit q̄ tam irreuerēter ⁊ ignominioſe tractat̄. Sed qz pater vnicū filiū inestimabili ⁊ ineffabili charitate diligit: vnigeniti sui cōtumeliā, ⁊ iniuriā, indignatiōe, ⁊ zelo terribili vindicabit. Ecce duo fermēta: fermētū auaricie, ⁊ luxurie: alterū quo malicioſe agitur cōtra pximū: alterū qō nequiter agit̄ contra dñm: ⁊ hoc est fermentū malicie, ⁊ nequicie. Sequit̄ de melle qō in sacrificio reprobat̄: est aūt mel in sacrificio prelatorꝫ nimis blāda ⁊ dissoluta remissio. Est aūt remissio cauta ⁊ circūspecta: ⁊ est remissio stulta ⁊ dissoluta. Remissio cauta ⁊ fructuosa est, qua prudēter deferit̄ potestatibus huiꝰ mūdi: et maxime regi tanq̄ pcellēti. Nam omis potestas a dño deo est. Hec pacē ecclesie fouet: hec regnū ⁊ sacerdotiū vnū facit: hec sua benignitate ⁊ lenitate obtinet: qō nec per minas, nec p sententias extorqueret. Hec est remissio siue lenitas: qua nec deus/ nec homo offendit̄: et in qua fides debita deo ⁊ homini exhibet̄. De hac fide, et de hac lenitate scriptū est, Sanctū fecit illū. In hac remissiōe aut potius in hoc melle fel correctiōis absconditum est: nam hec remissio in sua lenitate zelū, ⁊ in blandicijs suis aculeū habet. Et tēpore oportuno ex aduerso ascendit, ⁊ opponit se murū p domo israel: et vbi verius diligit, ibi seuerius corrigit eos q̄ errāt. Sed remissio stulta ⁊ dissoluta illos seuerius corrigit/ qui ignorāter errāt. Hec est que dicit regi apostata: vocat duces impios: et nō accipit pſonas principū: nec cognoscit tyrannū cū disceptauerit contra pauperē. Vos itaq̄ fratres (quorū officium est placabiles hostias offerre altissimo) lōge faciatis a vobis fermētū malicie ⁊ neq̄cie: abijcito mel adulatiōis, aut dissolute remissiōis, vel mūdane dilectiōis receptorꝫ voluptatis. Custodiat vnusquisq̄ vas suū in sanctificatiōe ⁊ honore, vt nō vituperet̄ ministerū nostrum: et verbo et exēplo reddatis cōmissum vobis populum acceptabilem dño: sectatorē bonorꝫ operum. De animabus eīn populi redditurī estis rationes in die tremendi iudicij: p perditione illorū confusiōis/ et mortis eterne sentēniam subituri: p salute vero illorū coronam, et immarcessibilem gloriam adepturi. Quā nobis prestare dignetur, qui viuit ⁊ regnat p omnia secula seculorum. Amen.

¶ Idem in synodo.



Dilectꝰ deo et hominibus dñs. M. cuius memoria in benedictione est: si fructū dicte dilectiōis attēdimus/ fructus eterne salutis est: et lignum vite appreheēdentibus eam. Hec eīn caritas dicitur, de cuius radice bona vniuersa, pcedunt: inter cuiꝰ fructus computat̄ gaudiū, et pax in spū sancto. Vberrimus est hic ardor: vnde si aliquid et impēdit̄ ad culturam idipsum multiplicato fenore fructū recompēsat: et tam si dñm diligimus, plus ab eo diligimur: mensuram eīn bonam ⁊ confertam, ⁊ coagitatam, et super effluentē dabit in sinū vestrū. Dilectio siquidē vestra quasi sint̄ lilula ad cōparationē illiꝰ effuse ⁊ abūdantissime caritatis diuine. Si ad dilectionē christi puenire volumꝰ/ ipse anticipat vias desiderioꝝ nostrorꝫ ⁊ dilectiōis sue gratia nos pcurrit. Nam ab eo est si ipm diligimus: ⁊ vt eū diligamus/ sua nos dilectiōe pueniūt: nō qz primo dilexerimus eū (dicit Johānes) sed qz prior dilexit nos. Ipse diligit nos, q̄ in benedictionibus suis vbiq̄ nos pueniūt. Sed si dicte diuine dilectiōis irrefragabile querimus argumētū, deus dei filius aiam suam p nobis posuit: cū maiorē dilectionē nemo habeat, vt aiam suā ponat quis p amicis suis: hec dilectio fortior fuit q̄ vita, qz vitā abstulit: fortior fuit q̄ mors, quia eā destruxit qui mortis

habebat imperiũ: ⁊ mortẽ omnino absorbuit ⁊ deleuit. Preter hanc generalem et cõmunẽ dilectionẽ in qua ⁊ per quã vult dñs omnes saluos fieri, ⁊ ad agnitionẽ sui nominis venire: est alia dilectio, infusio scẹ gratie, ⁊ infuse conseruatio. Hec est que hominẽ dilectum deo facit. Certissime autẽ cõstat eum a deo diligi qui dñm diligit: ⁊ qui filium suum reuelat in nobis. De hac reuelatiõe dicit Paulus: Qui me segregauit ab vtero matris mee, ⁊ vocauit per gratiã suã vt reuelaret filiũ suum in me. De hac ipsa reuelatiõe loquẽs ad Petrũ dñs ait: Beatus es symon bariona: qꝛ caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi: sed pater meꝰ qui est in celis. Dat testimoniũ pater cũ Jesu baptizato, ⁊ ascendẽte de aqua aperti sunt celi, ⁊ vox de celis audita est, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cõplacuit. De hac voce Petrus in canonica sua dicit voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria: Hic est filiꝰ meus dilectꝰ in quo michi cõplacui ipsum audite: ⁊ hanc vocem ipsi nos audiuimus de celo allatam, cum essemus cum ipso in mõte sancto. In euãgelio Johãnis de patris testimonio christiꝰ dicit: Qui me misit pater ipse testimoniũ perhibebit de me. Et Johãnes in canonica epistola dicit: Si testimoniũ (inqꝛt) hominũ accepimus: testimoniũ dei maius est. Et hoc est testimoniũ dei qõ maius est: qm̃ testificatus est de filio suo. Perhibet filius testimoniũ, dũ sanguine et operibus quis esset ostẽdit: vt cũ diceret Ego sum lux mũdi, dicẽtibus phariseis tu de te testimoniũ perhibes, testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respõdit, ⁊ dixit: Et si ego testimoniũ perhibeo de me ipso, testimoniũ meũ verum est: qꝛ scio vnde veni, ⁊ quo vado. Et item in lege vestra scriptum est, qꝛ duoꝝ testimoniũ verum est: ego sum q̃ testimoniũ perhibeo de me ipso: ⁊ testimoniũ phibet de me qui me misit pater. Itẽ est pater meꝰ q̃ glorificat me quẽ vos dicitis, qꝛ deꝰ vester est: et non cognouistis eũ. Cũ aũt dicit Si ego testimoniũ phibeo de me, testimoniũ meũ nõ est verũ, subintellige sine testimonio patris: vnde statim subiũgit: et alius est q̃ testimoniũ perhibet de me. Testimoniũ dat filius in mõte veritatẽ non negando: vnde Paulus in prima epistola ad tymotheũ: Precipio tibi coꝝã deo q̃ viuificat oia, ⁊ christo q̃ testimoniũ reddidit sub põtio pilato bonam cõfessionẽ vt serues mandatũ sine macula irreprehẽsibile. Dat testimoniũ filiꝰ resurgendo: ⁊ post resurrectionẽ se multis argumẽtis manifestando: perhibuit testimoniũ ascendẽdo in cõspectu eoꝝ cũ quibus erat cõuersatus: sicut scriptũ est, vidẽtibus illis eleuatꝰ est. Reddidit testimoniũ suũ spiritus sanctus a diebꝰ antiquis, qũ ferebaꝫ sup aquas: eas tunc sanctificãs, vt nos postea sanctificaret. In eis testimoniũ reddebat ꝓphetas inspirans, futura prenũcians, viamq̃ sanctoꝝũ que nondũ fuerat ꝓpalata demõstrans: sed ⁊ tẽpore visitatiõis nostre dedit testimoniũ: cum beatã virginẽ superueniẽs visitat, ⁊ fecũdat: dum linguas igneas dispertit: dũ in vnitate fidei, ⁊ in vnius dei preconiũ linguas vnit. Dãt ergo testimoniũ pater, ꝓbũ, ⁊ spũs sanctus: ⁊ hi tres vnũ sunt: vnũ vnitate essentie, natura vniuscuiusq̃ constatiõis cõcordia. Tres aũt sunt qui testimoniũ dãt in terra: spũs, aqua, ⁊ sanguis. Iuxta opinionẽ acutius videntiũ omnis q̃ spiritualiter viuit spiritus appellaꝫ: sicut Paulus in pãa epistola ad Corinthios inquit: Qui adheret deo vnus spiritus est cũ illo. Et Johãnes in epistola sua: Moli omni spiritui credere sed ꝓbate spiritus si ex deo sint: qm̃ multi pseudo ꝓphete perierũt in mundũ: in hoc autẽ agnoscãt spiritus dei. Omnis qui confiteꝫ Jesum venisse in carnẽ, ex deo est: ⁊ oñis spiritus q̃ soluit Jesum, ex deo nõ est. Ille autẽ soluit Jesum, qui verbis confiteꝫ, ⁊ operibus negat christũ. Aqua perhibet testimoniũ cum quis post baptismũ spiritualiter viues, seruat innocẽtiam quã in regeneratiõe suscepit: vel post baptismũ lapsus, aqua penitẽtiali se abluit. Iste testaꝫ ⁊ sanctificaꝫ qm̃ christus est veritas. Sed et christũ sanguis martyrũ publice confiteꝫ. Sic ergo spiritus iustoꝝ, aqua penitẽtiũ, sanguis martyrũ testimoniũ dãt Jesum christũ esse veritatẽ vna voce, ⁊ vna cõfessiõe clamãtes. Ipi etiã demões volunt nolunt testimoniũ reddũt christo: clamant eñ in Mattheo, ⁊ dicũt: Quid nobis et tibi Jesu fili dei? venisti ante tẽpus torquere nos. Et in Marco clamat immũdus spiritus: q̃d nobis et tibi Jesu nazarene, venisti ꝑdere nos? Scio qꝛ sis sanctꝰ dei: ⁊ vehemẽter cõminabaꝫ eis ne manifestarent eũ. Et itẽ in eodẽ aliꝰ demon: quid michi ⁊ tibi fili dei summi: adiuro te p dñm summũ ne me torqueas. Et i Luca: Exibãt demonia a multis clamantia, ⁊ dicẽtia, qꝛ tu es filius dei: et increpans nõ sinebat ea loqui, qꝛ sciebant ipsum esse christum. In actibus etiã apostoloꝝ cum quidam iudei tentando nomen Jesu super demoniacos inuocarẽt, et dicerẽt singuli: Adiuro vos per Jesum quẽ Paulus predicat: immũdus spiritus dixit eis Jesuꝫ noui, ⁊ Paulum scio: vos autẽ qui estis? Ecce demones reddentes testimoniũ christo non solum Paulum, sed christum se scire, ꝓfitentur. Nos autẽ christiani nominis ꝓfessores fidem quam profitemur verbis/ operibus diffitemur. Qui p fidẽ mundũ vincere debebamus, per infidelitatem a mũdo vincimur: ⁊ quid putas facturus est iudex ille terribilis in die tremẽdi iudicij, cum viderit nos qui p baptismũ ex deo nati sumus degenerantes a patre nostro? Nonne dicturus est, Vos ex patre diabolo estis? Nõne dicturus est, Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo ⁊ filijs eius? Caueamus ergo fratres ab hac auditione mala. Vincamus mundũ: ne vincamur ab eo. Redeamus ad christum per penitentiam in fide et veritate: vt quos sibi adoptauit in filios, faciat participes et heredes vite eterne Jesus christus, cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

Sequitur alius sermo in synodo.

Audite hec sacerdotes: attẽdite domus iuda: domꝰ regis auscultate: q̃ iudiciũ vobis est. Facti eñ estis laqueꝰ speculatiõi: ⁊ quasi rhete qõ extẽdit in mõte tabor: ⁊ declinastis vias victimas in ꝓfundum. Verba sunt (dilectissimi fratres) Osee ꝓphete: q̃ sacerdotalis ordinis dignitatẽ mirabiliter magnificat ⁊ extollit. Audite hec sacerdotes: domus iuda: domus regis: ac si diceret: Audite gẽs sctã: põpulus acq̃sitionis: genꝰ electũ: regale sacerdotiũ. Sꝫ qꝛ quãto dignior est eminẽtia sacerdotũ, tãto grauior est lapsus, ⁊ periculosior ruina ipsoꝝ. Subiũgit idẽ ꝓpheta: Quia vobis iudiciũ est: vos q̃ vniuersis hominibus dignitate ordinis ꝑminetis, attẽdite qꝛ iudiciũ vobis. Et hoc est qõ alibi scriptũ est A domo dñi incipiet iudiciũ. Et dñs ad angelos suos loquẽs ait: Ite, ⁊ incipite a sanctuario meo. Cũ vobis in aplis sit ꝑmissum sedere super sedes duodecim: ⁊ iudicare duodecim tribus israel: ignominiosum est, si a vobis iudiciũ incipit: et si prius iudicamini q̃ iudicare alios debuistis. Ignominiosuꝫ est si pastores cum edis numerãdi sunt ad sinistrã: si piscatores cũ malis piscibus eijciendi sunt foras: si operatores vineẽ dñi sabaoth cum sarmẽtis et infructuosis palmitibus succẽdunt. Prope est vt a vobis incipiat iudiciũ dñi, ⁊ veniat super vos dies dñi magnus, ⁊ terribilis: facti eñ estis laqueus speculationi: ⁊ sicut rhete ꝛc. Scitis qꝛ layci et simplices populi cõuersationem sacerdotũ contemplant ⁊ vitam: vt eoꝝ moribus se conformẽt: sicut in Job legit Boues arabãt, ⁊ asine pascebãtur iuxta illos. Boues sunt doctores ecclesie: quoꝝ interest in agro dominice messis assiduе laborare. Asine sunt simplices: q̃ in doctrina prelatoꝝ spem ⁊ salutẽ suam cõstituunt. Fit ergo sacerdos laqueus speculatiõi humiliũ: dũ praue cõuersatiõis exemplo subditũ sibi populũ trahit in laqueũ et ruinam. Sicut eñ in Salomone legit: Ruina populi sacerdos nequã. Et in leuitico legit: Sacerdos qui vnctus est si deliquerit/ delinquere faciet populum suũ: sicut etiã beatus Gregorius attestaꝫ. Scire prelati debent q̃ si peruersa perpetrãt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos sue ꝑditionis exempla transmittũt. Sint ergo lucerne bonoꝝ operũ in manibus vestris: vt luceãt opera vestra bona hoibus: et glorificent patrẽ vestrũ qui in celis est. Sicut eñ precellitis dignitate, sic decet vos sanctitate operũ preminere. Ideo etiã in Leuitico precipit armũ dextrũ et separatũ de sacrificijs accipere: vt opatio eiꝰ nõ solum sit vtilis ⁊ honesta, sed singularis ⁊ precipua: vt quos vincit dignitatis ⁊ ordinis prerogatiua, virtutũ operatiõe transcẽdat. Verũ hodie (iuxta ꝓbũ ysaie) sicut dñs, sic seruus: sicut populus, sic sacerdos. Vnde et idem ꝓpheta ex indignatiõe alibi conclamãs. Erubesce (inquit) sydon ait mare. Erubescant sacerdotes si sacratiõis vite inueniunt layci: q̃ huius mũdi fluctibꝰ sunt immersi. Reuera bobus aratrũ attefertur, ⁊ capite dorsum supereminet: ⁊ in ruinã vergit domus: cũ subditus prelato equalis, aut melior inueniat. Vocauerat vos dñs ad dãdam sciẽtiã plebi eius, vt pasceretis gregẽ dñi: vt essetis forma gregis in populo: sed vereor ne illud ysaie cõpleaꝫ in vobis. Isti pastores ignorauerũt intelligẽtiam, ⁊ illud euãgelicũ. Ceci sunt duces eoꝝũ. Debueratis esse duces populoꝝũ ad vitam: videre ne vos et illos ducatis ad mortẽ. Estote duces eoꝝũ ad penitentiam, ad continẽtiam, ad orationẽ: sicut Psalmista cõmemorat. Principes (inquit) iuda duces eoꝝũ. Principes zabulon, principes neptalim. Judas interpretatur confessio: que ad penitentiam spectat. Zabulon fortitudo: que ad cõtinẽtiam pertinet: neptalim seruus emissarius: in quo notatur velocitas orationis: que a corde progrediẽs deuoto celos penetrat. Agnoscat ergo vnusquisq̃ vestrum fratres charissimi onus suẽ vocationis. Pascite qui in vobis est gregem dñi: vt non vituperetur ministeriũ vestrum. Ministeriũ vestrum cõtinetur in paucis: in psallendo, in offerẽdo, in docendo. Si psallitis, psallite sapienter. Psallamus (inquit apostolus) ore/ psallamus ⁊ mẽte. Offeratis dño cuꝫ apostolis fauũ mellis. Quid est fauus nisi mel in cera? Et quid est mel in cera, nisi deuotio in littera? Quidam sunt qui ex quo versum incipiũt, videtur eis longissimũ quo ad finem veniant: et singula verba ita currendo precipitant, vt in fauo dñi non remaneat mel aut cera. Versum vnum sub clausa vna glutiunt, ⁊ canticum dñi decurrũt, et perfunctoriis synalimphis dimidiant. Quandoq̃ dũ psallimus, facimus castella in animo: ⁊ imaginamur vanitates ⁊ insanias falsas. Labia sunt in canticis: animus in patinis. Quid restat nisi q̃ dñs dicat: Populus hic labijs me honorat: coꝝ autem eorum longe est a me. Non est hic psalmus, iocunda decoraq̃ laudatio. Psalmodie angeli libẽter inersunt: sicut Psalmista cõmemorat: Preuenerũt (inquit) cõiuncti psallentibus in medio iuuencularũ tympanistriarum. Et alibi: In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Hec de psallendo. Nunc restat qualem offerre deceat, aut docere. Ille cuiꝰ corpus ⁊ sanguinem deo patri offertis, filius eiꝰ est. Videte ne offendatis patrem in filio: ne sanguinem filij pollutũ ducatis. Sanctus enim/ ⁊ innocens/ impollutus/ excelsior est factus. Si immunde acceditis: non cibũ salutis/ sed eterne damnationis iudicium accipitis. Doctrina vestra cõsistit in verbis ⁊ factis. Verba sacerdotis sine operibus vana ⁊ infructuosa sunt. Sed luceãt quesꝫ vestra opera bona coꝝã hominibus: ⁊ habebunt verba exhortationis vestre in coꝝdibꝰ subiectoꝝũ efficaciã saluberrime medicine. Sic in die tremẽdi iudicij ꝓ sollicitudine gregis vobis cõmissi dabiꝫ vobis aureola: ⁊ qꝛ docuistis ad iustitiã multos, eritis quasi stelle in perpetuas eternitates: quod nobis prestare dignetur qui cum patre viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Item in synodo.

VIr erat ī terra hus noie Job: z erat vir ille simplex, z rectus, ac timēs deū, et recedēs a malo. Tria hic ponūt. Simplex/rectus/z timens deū. Et qr timor dei in causa est quare declinamꝰ a malo: Ideo subiūgit Et recedēs a malo. Scriptura ei attestāte: Qui timet deū faciet bona: z faciētibus mala nō est timor dei ante oculos eoꝝ. In tribus cōmendat Job: in simplicitate, in rectitudine, ī timore. Est aūt simplicitas q̄ cognata est fatuitati. Et est simplicitas q̄ in euāgelio cōmendat: Estote ꝓudētes sicut serpentes: z simplices sicut columbe. Erat itaq simplex/p ignorantiā: rectus/p iustitiā: timidus/ad cautelam. Simplex ad seipsuz: rectus ad ꝓximū: timidus ad deū. Nō est aliq̄s rectus si recte nō diuidat. Bene offerebat Cayn: sed pessime diuidebat deo offerēs hostias, z fratrē ꝑsequens innocentē. Nō est rectus, q̄ linguā deo: aiam diabolo offert. Nō est rectus, cuius caput supgresse sunt iniquitates eiꝰ: z sicut onus graue grauate sunt sup eū. Nō est rectus, quē auaricia cōtrahit: quē torquet ambitio: quē voluptas incuruat. Rectus autē est, q̄ dat voci suevocē virtutis: bene loquēs/z melius agens. Melior ei est vox operis/q̄ vox oris. Merito ergo Job rectus erat/quē nō inflabat elatio: quē nō deprimebat iniquitas: quē aduersitas nō frangebat. Sequit Et timēs deū. Nō timebat eos q̄ corpus occidūt: z postea (sicut euāgeliū dicit) nō habent quid facīāt. Sz timebat eū qui corpus pōt occidere: z aiam ꝑdere in gehēnam. Timebat nō seruiliter ꝓpter penā: sed filiali affectu ꝓpter gratiā. Quattuor timores in sacro eloquio distinguūt. Mūdanus, seruilis, initialis, filialis, siue castus. Mūdanus timor, est cum periculū corporis, aut temporaliū rerū dispēdia formidamꝰ. Seruilis, est cū timemus dolores eternos, z angustias gehēnales. Initialis, cū quis incipit delectari in obseruātia mandatoꝝ dei: cū iā ea que duriora ipsi fuerāt z austeriora, dulcescūt. De isto timore dicit apls q charitas foras mittit timorem: qr timor in charitate non est. Castus autē, siue filialis timor est: cū vxor virū quē super oia diligit vereī offendere: aut aliq̄s filiꝰ facere qd̄ displiceat oculis amātissimi patris. Iste timor, ꝑcedit nō ex formidine, sed amore. Iste timor testimonio ꝓphete ꝑmanet in seculū seculi. Timebat itaq Job: Beatus em̄ qui timet dñm. Hoc in veritate frequēter exptus sum nichil efficacius ad gratiā christi ꝓinerēdā, recuperandam, retinēdam: q̄ si inueniat quis semp nō alta sapere, sed timere. Idcirco Sapiēs dicit: Beatus homo qui semp est pauidus. Erat itaq Job (q̄ interpretatur dolēs) in terra hus. Quomodo sonat consilium Simplex, z rectus, ac timēs deum. Quia inter anxios dolores, z importabiles pressuras diuino sociabatur consilio: vincebatq hostem humani generis versutum, z superbum in simplicitate, et iustitia, z timore ꝛc.

Expositio in librū Job. Fo. xliiij.

MAtiq sunt ei septem filij: z tres filie. Et fuit possessio eius septē milia ouiū: et tria milia camelorū ꝛc. In numerositate filiorum: in possessionum scz multiplicitate solet censeri felicitas huius mūdi. Verūtamen nō est felicitas in hoc mūdo. Transit mūdus, z omnis cōcupiscentia eius. Vidi omia que sunt sub sole (dicit Sapiēs) z omnia vanitas, et afflictio spiritus. Mūdana hec omnia vilissima reputabat miles fortissimus: eiꝰ numerositas in ple: dilatatio in bonis tēporalibꝰ ideo recenset: vt ostēdat quante fuerit patiētie, cōstantie, z humilitatis exēplū. Infelix ego homo, quis dabit capiti meo aquā: z pedibus meis fontē lachrymarū? Quia nec potuit morte tot filiorū cōcuti: nec tot possessionū amissiōe turbari. Sic examinat in fornace iustitie dñs aurū suū: sic ꝓbat in aduersitatibꝰ sanctū suū: vt eū ꝓuebat ad coronā: z tā principibus q̄ prelatis sit patientie, cōstantie, z humilitatis exemplū. Vt em̄ qui beati Job imitatores esse debuerūt, z sequaces, mētes arūdineas habēt: Omni flatui cedūt omni spiritui credunt, omni circūferuntur vento: in suis iudicijs fauore liquescūt: in cōsiliis pauore deficiūt: turbant tristitia: auaricia cōtrahuntur: ꝓtrahūt ambitione: inquietātur suspitiōibus: curis exestuāt: tabescūt odio: mordent inuidia: honoribus tumentur oculos habēt ad munera: pupillo et vidue nō intendūt: immo (qd̄ longe grauius est: z qd̄ sine miserabili gemitu explicare non possum) christi opprobria, flagella, sputa, clauos, lanceā, crucē, mortē. hec omnia prelati in fornace cōplent: z vniuersitatis precīū suis marsupijs includentes, patrimoniū crucifixi aut nepotibꝰ erogāt: aut damnabiliter retinēt: aut in vsus extraordinarios dilapidāt/z ꝓfligant. Nōne cōsiderant infelices qr mozituri sunt? Nōne cogitāt qr requiret dñs ab vnoquoq rationē villicatiōis sue, aut sui ꝓncipatus honorē? Propter hoc irritauit impiꝰ deū: dixit enim in corde suo nō requiret. Sed certe requiret exactissime vsq ad nouissimū quadrantē: z retribuet abundāter facientibꝰ superbiā. Malos itaq male perdet: z vineā suam locabit alijs agricolis. Vt operātibus vinee dñi sabaoth, si cū sarmētis abscindunt. Vt pastoribus: si numerant in sinistra cum bedis. Vt piscatoribus, si cū malis piscibus eiciūtur foras. Vt operarijs dñice messis, si cum palea comburunt. Isti sunt pastores quibus Ysaias imprōperat dicēs: Pastores erāt, et intelligētiam ignorabāt. Et Hieremias: Tenētes legem nesciēt me. In eo siquidem sunt pastores: qr se pascūt. Quantū em̄ ad curam ouiū pertinet, tonsores potius sunt q̄ pastores. Lac, z lanam querūt in ouibus: non salutē. Sane in Leuitico precipit vt sacerdos habeat in sacrificijs armū dextrū, z separatū: vt operatio sacerdotis, vel prelati non solū sit sancta (qd̄ significatur per dextram) sed exēplo sit ꝓcipua, et merito singularis: quodq tantū precellat subditos opere/ quantū preeminet dignitate. Agnoscat ergo vnusquisq sue vocationis honorē: sciatq qr angelus dñi exercituū est: sciatq qr est sal terre/ z lux mūdi. Recordet inq̄ prelatus quos antecessores habuerit: et quorū teneat dignitatē. Habet enim principatū Abel: patriarchatū Abrahe: gubernationes Noe: ordinē melchisedech: dignitatem Aaron: auctoritatem Moysi: virtutem Samuelis: potestatē Petri: vnctionez christi. Quid dicet de clericis q̄ infinitas aias in cura suscipiūt, et de illaꝝ salute nō curant? Clericq sunt q̄ (nō dicam) aiarū de quibus respōdere tenent in die tremēdi iudicij: sz vix ecclesiarū suarū numerū nō cognouerūt. Adiūgūt ecclesiā ecclesie: domū domui: agrū agro. Et de talibus dicit ysaias. Ve q̄ iungitis domū ad domū: z agrum agro copulatis vsq ad terminū loci. Et Abacuch: Ve q̄ multiplicat nō sua, vsq quo z aggrauat ꝓtra se dēsum lutū. Clerici q̄ nichil possidere debuerāt, oia possidere presumūt. Non laborāt, non arāt, nō seminant, nō edificat, neq nauigāt, neq pugnāt. Et vt vbo psalmiste vtar: In labore hominū nō sunt: z cū hoibus nō flagellabunt: ideo tenuit eos superbia. O infelices, vtinam saperēt, z intelligerēt, ac nouissima, ꝑuderēt. Utinā miseri saperēt quid portē dat hoc verbū: Cū hoibus nō flagellabunt. Certe q̄ cū hoibus temporaliter nō flagellabūt / eterna sunt cū demonibꝰ flagella passuri. Monachi aūt, z canonici regulares q̄ vīa vite arctioris, et sanctū cetū elegerūt, simplices sunt vt colūbe scz vultu: sed nō habitu, nō affectu. Venīēt (inquit dñs) ad vos in vestimētis ouiū: intꝰ aūt sunt lupi rapaces. Nō est iudiciale aut venale cui nō se miscēat viri religiosi: z cui se importunissime nō importēt. Mundū em̄ quadā simulatoria religiōe fallētes, fallūt pessime: z mūdo mortui negociant, z venāt que mūdi sunt. Q; si ecclesia (ꝑm qd̄ legitur) regnum dei est: cuz ipsi ecclesiam vel violentia, vel venalitate inuadāt: secure infero q̄ regnum dei vim patit: et violenti diripiūt illud. De regibus z principibus q̄ Job rectitudinē et iustitiā deberēt imitari apostolus dicit: Q; nō sine causa gladiū portāt ad vindictā malefactorū: laudem vero bonorū. Vnde cōstituti sunt patres orphanorū: viduarum iudices: punitores excessuū: religionis aduocati: ecclesie defensores. Audi quid dicat Job, Pater eram pauperū: conterebam molas impij: z dētibus impij auferebā prēdam: non negabam pauperibus quod volebant: z petētium oculos expectare non feci. Nouissima clausula huius verbi illos specialiter principes tāgit: qui cum de facili possunt pauperum negocia expedire, semper differunt: z continua procrastinatiōe expectantiū vota suspendunt. Ne dicas (dicit Salomon) vade: et cras reuertere cum statim possis dare: Quia sicut quidā magister meus elegantissime dicit. Veni grat meritū dātis mora: fac quoq raptim: Munera plꝰ laudis, pluscq fauoris habent. Quodcunq potes (dicit Salomon) constanter operare: nescimus quid ventura pariat dies. De morte quidem certi sumus: nichil est tamē incertius hora.

mortis. Jam venimus ad canos: ⁊ mortis preambulos festinãter accepimus. Sicut enim apostolus dicit in epistola ad Romanos: Quod enim antiquat, et senescit, ppe interitu est. Incerti ergo sumus, quando dñs vẽturus sit: qz sicut fur ita in nocte veniet. Cum autem dixerit pax, et securitas: tunc repentinus superueniet interitus: et dolor sicut in vtero habentis: ⁊ non effugient. Quia iuxta Salomonem: Prosperitas stultorũ perdet eos. Hinc apostolus ad Timotheum: Diuitibus huius seculi precipe nõ superbire: nec sperare in incerto diuitiarũ. Vere incerto. Dormierunt somnum suũ (inquit Psalmista) ⁊ nichil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis.

ET ibant filij eius vt comederẽt, ⁊ biberent cum eis. Cum in diuisione hereditarie sortis frequenter soleat esse zelus et emulatio inter fratres: patet prudẽtia Job qui sic vitam instituerat filiorũ: vt se mutua charitate diligerent: et sese ad amica conuiuia inuitarent per vicissitudines. Bonum siquidem est et iocũdum habitare fratres in vnum. Quia quanto gratior est in conspectu dei et hominũ amor supremus / tanto enormius est si inter eos dissensiões ⁊ scismata nutriant. Propter hoc dicit apostolus. Obsecro vos fratres p nomen dñi nostri Jesu christi vt idipsum sentiatis: ⁊ nõ sint in vobis scismata. Erat itaq; plena cõcordia inter filios, ⁊ filiorum ad patrem: vt ꝓm apostolum seruarent vnitatem spiritus in vinculo pacis. Si enim a patre filij dissentirent, iam non esset inter eos charitas: qui non obseruarent patri debitam charitatem. Auelle a sole radiũ, ⁊ non lucet: prescinde ruũ a fonte, ⁊ arescit. Abscinde ramum ab arbore, et siccatur: membrũ a corpore, ⁊ putrescit. Separa filium a deuotione paterna, ⁊ iam non est filius, sed frater ⁊ collega illorum de quibus dicitur: Eos ex patre diabolo estis. In principio Ysaie legitur: Filios enutriui, ⁊ exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Ultimũ autem verbum eiusdem ꝓphetie est: Vermis eorũ non morietur, ⁊ ignis eorum nõ extinguetur. In veteri testamẽto precipiebatur agnus paschalis comedi in vna domo, vt in habitantibus consonantia morũ, ⁊ affectuum notaretur idẽtitas: sicut scriptum est. Qui habitare facit vnũ moris in domo. Idipsuz quoq; beato Job ad aliarum virtutũ cumulum accedebat, q filios suos nutriebat in amore: ⁊ vagos adolescentie motus sub censura cohibuerat disciplinę. Hely eni ꝗuis alias iust⁹ esset / filios tepide corrigebat: ⁊ ideo vilius est reprobatus a dño: et a sella in qua sedebat euersa collo fracto cecidit: qz filios non correxit. Dilexisti (dixit ei dñs) magis filios tuos q̃ me. Pertisit igitur, qz circa filiorum correptionem negligens extitit: et filij eius Ophni, et Phinees sunt occisi. Caueant patres spirituales qui in cathedris sedent: ne ob negligentiam ipsorum sui filij occidantur: ne destruatur ecclesia, ne in ipsorum confusionem ⁊ perniciem cathedra subuertatur.

Cumq; in orbem trãsissent dies cõuiuij mittebat Job, et sanctificabat eos. Septem erãt filij: ideoq; septeni cõuiuijs: ⁊ sic septẽ diebus expletis mittebat Job: et sanctificabat eos. Septenarius numerus statum presentis vite significat: qz dierum curriculo voluitur, ⁊ distinguit tempus presens. Septem itaq; diebus elapsis Job filios suos sanctificabat: qz post vite presentis excursum vocẽ illam sanctificatiõis ⁊ gratie expectamus: qua dicet nobis a dño, vel dñs filijs suis. Venite benedicti patris mei: percipite regnũ qd̃ vobis paratũ est ab origine mundi. Consurgẽsq; diluculo, offerebat holocausta p singulos. Dicebat enim ne forte peccauerint filij mei: et benedixerint: id est maledixerint cordib⁹ suis dño. Ne forte dicit. Temerariũ enim est de corde alieno sentẽtiam pferre: homo videt in facie. De cordib⁹ autẽ iudicat cui omne cor patet: q̃ solus scrutat renes ⁊ corda. Propterea dicit apostolus. Pro minimo michi est vt ab homine iudicer: aut ab humano die. Offerebat Job p filijs suis holocausta per singulos: timẽs ne in cõuiuijs suis dño detraxissent. Solet siquidẽ oriri ex cõmessationibus garrulitas. Nisi enim deditos gule raperet immoderata loquacitas, diues ille q̃ epulabat splẽdide nõ arderet in lingua dicẽs: Pater abrahã miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã, ⁊ refrigeret linguã meam: qz crucior in hac flamma. Lingua siquidẽ modicũ mẽbrũ, ⁊ mobile. Cetera q̃q; mẽbra quãdoq; multiplici malignitate contaminat. Est ei lingua dissoluta: lingua impudica: lingua mangiloqua in supbia ⁊ abusiõe. Pria, scurrilitati. Secunda, lasciue. Tertia, arrogantie famulat. Et q̃d est detestabilius lingua illa regis babylonij qua dicebat: Nonne hec est Babylon magna, quã ego edificaui in domũ regni mei? Propter hoc in bruti animalis delectionem humiliari meruit principis illius presumptuosa elatio. Homo enim cũ in honore esset nõ intellexit: comparatus est iumẽtis insipiẽtibus: ⁊ similis factus est illis. Certe si boues, et asini loquerentur, possent dicere: Ecce nabugodonozor factus est sicut vnus ex nobis. Verebatur itaq; Job ne lingue lubricũ traheret eos ad peccatũ vt in cordibus suis benedicerent. i. maledicerent dño. In corde suo maledicit, qui bona opera non recta intentione facit. In corde maledicit, qui qd̃ a deo habz sibi, ⁊ nõ deo ascribit. Impudicissime puluis, et vẽto turbinis dispergende. Quid habes a te vt possis, aut debeas gloriari? Qui gloriatur, in dño gloriet. Si in aliqua parte tibi vsurpas gloriam, fur es. Eam enim christo furripis et furaris. Si osculatus sum manum meam (dicit Job) qd̃ est summa iniquitas, et abnegatio in deum. Manũ suam osculari est de suis operib⁹ gloriari. Ad eum ergo solum gloria referatur, qui solus gloriosus est in secula. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Solus habens gloriã qui solus pugnasti: qui solus in patibulo triumpha-

sti. Torcular (inquit) calcaui solus: ⁊ de gentibus nõ est vir mecum. Da nobis domine pacẽ: et sufficit nobis. Loquere pacem in plebem tuam: et fiat pax in virtute tua. Scimus enim quia prudentissime distinguebat angelus cũ dicebat: Gloria in excelsis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone volũtatis. Offerebat itaq; Job holocausta pro filijs. Sciebat enim q ex cõmessatione surgit ebrietas: ex ebrietate temeritas. Comessatio turbat animę statum. Ebrietas confundit rationis iudicium. Temeritas precipitat in reatum. Ideo apostolus commessationes, et ebrietates multipliciter interdicit. Quoz enim deus vẽter est: ⁊ gloria eorũ in confusione. Esca ventri (dicit apl⁹s) et venter escis, deus autẽ et hunc et has destruet. Legitur q Nabusardã princeps coquorũ destruxit muros hierusalem: quia plerunq; euenit vt vicium gule merita eorũ destruat et euertat qui viam religionis, et sancte pacis propositũ elegerunt. Illud precipue michi materiam dolorũ importat, q etiam viri religiosi, et sancti ordinis professores de ferculoz numerositate contendunt. Si inuenerit religiosus circa se pulsum velocem: aut vinã incẽsam: aut hebetem appetitũ: consulit medicos: examinat species: electuaria facit: varijs vtitur salsamentis, que non sunt condita ex cynamomo, et gartofilo, et nuce muscata. O q̃ odiosum est in homine qui de hierarchia supcelesti debuerat loqui: de teralogodion, ⁊ ierapira disputare: vt sit religiosus discipulus potius Epicuri q̃ christi. Hoc capiti: hoc oculis: hoc stomacho: h̃ epati meo nocet. Butyrũ conuertibilis est nature: ceruisia vẽtos facit: caules melancolici sunt: porri colerã ascẽdunt: pisa guttam generant: fabe constipant: lentes excecant: caseus vniuersaliter pessimus est. Diu ad orationẽ stare neruos debilitat: ieiunare turbat cerebrum: vigilare desiccat. Munq̃ inuenientur hec diffinire in euangelio, aut prophetis. Certe non habet hoc institutio Benedicti: sed miseris hoc reuelat caro et sanguis. Hec de comessationibus. De ebrietate vero que est cõmessationis portio, et sequela: illud in breuitate perstringo. Quia sicut adã gule: sic Noe, ⁊ loth ebrietati subiacuit. Certe dicit Ambrosius. Munq̃ fuisset seruitus, si ebrietas non fuisset. Quid autẽ dicemus de illis perdite mẽtis hominibus qui potando decertant? qui plus bibere victoriam arbitrãtur: qui tunc felices se reputant, cũ aut se, aut socios lingua vident titubare ⁊ pedibus: qui tunc amplius bibunt cum minus sitiũt: qui hominẽ detestantur qui ebrietati non studet: ⁊ si ebrij nõ fuerint / dormire non possunt. Audiant quid dicat dñs per organũ sancti spiritus Isayam. Ve qui potẽtes estis ad bibendũ: et fortes ad miscendã ebrietatem. Salomon ebrietatis incõmoda succincta et vrbana breuitate eloquẽtie concludit, dicens. cui ve: cui ꝓ patri ve: cui rixe: cui fouee: cui sine causa vulnera: cui suffossio oculoz: Nõne his qui morantur in vino / ⁊ student calicibus epotandis? Sic faciebat Job cunctis diebus. In hoc perseuerãtia boni operis designat. Perseuerantia hoc prerogatiue habet: quia cũ omnes virtutes currant ad brauiũ: sola pseuerantia coronatur. Multũ qdẽ valet deprecatio iusti assidua: qd̃ in oratione manifestissime liquet. Dũ enim oraret moyses: dũ manus erigeret: vincebat populus dei. Dum autẽ dimittebat manus: aut ab oratione cessabat, amalech preualebat. Ideoq; iob cunctis diebus offerebat holocausta pro filijs: quia se in quotidianis eorum cõuiuijs peccandi materia ingerebat. Oportebatq; continuũ esse remediũ, vbi continua erat occasio, et promitas ad peccandum.

QVadam autẽ die cum venissent filij dei vt assisterẽt coram dño, astitit inter eos etiam sathan. Multe sunt curte: ⁊ aliquis sathan semper inuenit in singulis. Est aũt sathan ille q̃ est accusator fratrũ: bonorũ operũ depraua tor occultus: omniũ aduersari⁹: ⁊ quasi anguis inter anguillas: illi presertim legatiões frequẽtius insiũguntur. Et forte qd̃ ascripsit ad gloriã dei: merito ei imponit ad laborẽ. Mittunt quandoq; a dño boni angeli: sicut dicit apl⁹s: Missi in ministeriũ, ꝓter eos q̃ hereditate capiũt verbũ salutis. Mittunt etiã mali angeli ad vexationẽ malorũ, vt fiant (sicut ait ꝓpheta) imissiones per angelos malos. Mittunt ad ꝓbationem bonorum: ad virtutũ exercitiũ: ad augmẽtũ gratie in eis: ad glorie incremẽtũ. Qua vero fronte: qua audacia presumit ille filius supbie: ille angelus apostata, inter filios dei apparere? Certe qz per superbiam cecidit, superbiẽdo ascẽdit. Superbia (inquit) eorum qui te oderũt / ascẽdit semper. Superbia quidem natiõe celestis est: in celo cõcepit dolorem: ⁊ peperit iniquitatem. Atq; illuc libẽtius rẽdit vnde cecidit. Nec ideo apparet sathan inter angelos dei: vt videat vultũ eius in quẽ angeli cõspiciunt: cuius faciẽ semper vident: qz dñm nõ videbit, ⁊ viuet. Ablatus est peccatoz ne videat gloriã dei. Appet coram domino, vt videatur a deo quem videre non potest. Excecauit eum malicia eius. sicut cecus qui in radio solis est: et beneficio solis nõ vtitur. hoc solum ei videre pmittit qd̃ sibi imputat ad tormentũ. Torquet enim inuidia: immoritur angeloz felicitati ⁊ prosperitati fidelium tabescit: iuxta illud, Peccator videbit ⁊ irascetur dentibus suis fremescet, et tabescet: desiderium peccatorũ peribit. Querit autem dñs a sathan, quasi ignoret vnde veniat: quia sicut dicitur iust⁹ nesciret mentiri: quia mentiri non vult, et mendaciũ nõ acceptat: sicut ille qui nouit viã iustoz, viã impioz ignorat. Circuiui terram: ⁊ perambulaui eam. Bene dicit circuiui. impij enim in circuitu ambulant. Aduersarius siquidẽ noster tanq̃ leo rugiens circuit, querens quẽ deuoret: eosq; libentius deuorare attẽptat, quos vite sanctionis agnouit. Quia sicut scriptũ est: Cibus eius electus. Dixit dñs ad eum. Munq̃d considerasti seruum meũ Job q nõ sit ei similis in terra: vir simplex, ⁊ rectus, et timens deum: A cõmenda-

tione iusti incipit. Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat. Illasq; virtutes proponit ei quas amplius habebat, vt inimicũ vehementius torqueat, et prouocet ad tentandũ. Vult enim dñs suos fortiter tẽtari: vt faciat cum tẽtatione prouentũ. Gaudet et princeps militie si militem suũ cum forti aduersario strẽnue pugnantẽ aspexerit. Exultat christus cum martyrẽ suum videt nũc flagellari: nunc extendi in eculeo: nunc ferreis laniari vngulibus: nunc sagittis exponi: nunc mẽbris truncari: nũc ignibus supponi. Stat martyr, afflictus q̃dẽ: sed inuictus. Vidensq; sanguinẽ suum ex diuersis partibus corporis ebullire, non sua vulnera, sed redẽptoris attẽdit. Inter anxietates ergo acerrimas tripudians, & triumphans, dolores corporis nõ sentit: quia peregrinatur a corpore: nec deficit ibi supor nec animẽ dolor: sed, p christo contẽnitur: quia si non esset magnus dolor, & acerbitas in pena, nõ esset magnũ meritũ in corona. Sic dñs & possessiones, et psonam serui sui Job malicie tẽtatori exposuit: vbi per exterioza, et interioza afflictus: munitus tamen a domino a dextris, et a sinistris, et crescat in gratiam, et proficiat ad coronam.

RESpondit sathan. Nunquid frustra timet deum Job? Nonne tu vallasti eum, & domum eius: vniuersamq; substantiã eius per circuitũ, operibus manuũ benedixisti: et possessio eius creuit in terra: Sed extende manũ tuam, et tange cuncta que possidet: nisi in faciẽ benedixerit tibi. Quia sathan in viro sancto mala non inuenit que accuset: bona etiam conuertit in malum falso: et malicioſe viciũ ingratitudinis et volens imponere, quẽ aliter non poterat depauare: quasi diceret: nec te timet, quasi ingratus: nec est quare te timeat. Et vallasti eum, ac domũ eius. Omnẽ timorẽ, ac reuerẽtie materiã in eo abscidisti. Sciebat aduersarius viciũ ingratitudinis esse, per qõ homo deo poterat amplius displicere. Ingratitudo eñ est ventus vrens: siccans fontes pietatis: rorẽ misericordie: fluenta gratie. Ingratitudo eñ est dispersio virtutũ: beneficiorũ pditio: exinanitio meritorũ. Homo siquidẽ ante passionẽ christi laborabat ingratitudinis morbo. Nicebat eñ homo creatus, sed nondũ redẽptus, non amplius teneor diligere deum q̃ cetere creature. Dixit enim & facti sum. Vnde nõ plus in me q̃ in aliquo bratorũ animalium laborauit. Sumebatq; humana impietas occasionẽ ingratitudinis de materia gratiarũ: sed obstructũ est os loquẽtiũ iniqua: et iam nõ est ingratitudinis locus. Plus eñ deus in sola redẽptione hominis q̃ in tota fabrica mundi laborauit. Factus nãq; de dño seruus: de diuite pauper: de ĩmortali mortalis: de verbo caro: de filio dei filius hois. Sustinuit autẽ opprobria et probrãtiũ: passus insidiatores in factis: ptradictores in verbis: illusores in angustijs: necessitates carnis: mortis horrorẽ: ignominiã crucis. Illuc amãtissime princeps excellentiam vestrã rogo, et rogando consulo, vt iugiter habeatis in mente quãta vobis fecit dñs: de comite in ducem: de duce in regem extulit. Postmodũ reges multos & maximos in eorum pauincijs vestre dominationi subiecit. Et quia sunt miserationes eius super omnia opera eius, singulis diebus laudes quidẽ propias ei referatis, et speciales gratias de misericordia quã vobis in vestrorum dissensione filiorũ exhibuit. Recesserat a vobis caro: viscera vestra erant a vobis amissa. Omnes circũstacẽtes principes, et populi: omnesq; vestrates fere in vestrum anhelabant exitũ. Erantq; (sicut dicit scriptura) inimici hominis domestici eius. Clerũ humiliauit eos qui est ante secula: deditq; hostes vestros in manus vestras ad alligandos pedes eorũ in compedibus: et nobiles eorũ in manicis ferreis. Ipse etiã conuertit corda eorũ ad patrẽ: eosq; ad eam subiectionem, et humilitatẽ vestris pedibus inclinauit: vt iam non dubitent vniuersos pro vobis subire labores: et pro vestro honore offerre se morti. Non ergo hoc vobis ascribatis, sed dño: nec iudaicum illud opprobrium vocetur in vobis: Non fuerunt (inquit) memores beneficiorũ eius: & mirabilia eius que ostẽdit eis. Absit ab ore, et a corde vestro vox illa pestifera, & in auribus altissimi odiosa: Manus nostra excelsa: non dñs fecit hec omnia. Audite quid sapiens dicat: Quãto maior es, humilia te in oibus. Humiliamini sub potenti manu dei: sub eo per quẽ reges regnãt: quẽ nosse, viuere: cui seruire, regnare est: sine gratia cuius, nec princeps honorẽ: nec populus habet pacem: nec quietẽ religio: nec ecclesia libertatẽ. Tange (inquit) omnia que possidet: nisi in faciẽ benedixerit tibi. Facies dñi, gra eius est. Ostende (inquit Psalmista) faciẽ tuam: et salui erimus. Et alibi. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat: et vultũ tuum dñe requirã. Deo itaq; in faciẽ maledicit qui gratiã eius quã in prosperitate seruauerat, in rerum temporaliũ subtractione, aut in corporis afflictione contemnit. Dixit dñs ad sathan. Ecce vniuersa que habet ĩ manu tua sunt: tamẽ in eum ne extendas manũ tuam. Non fauore, aut prece diaboli inclinat dñs deus vt ipsius tẽtationi seruũ suum velit exponere: sed seruũ sui vtilitati prospicit, et honori, mittens militem suũ ad prelium, quẽ nouit reportare de prelio gloriam et triũphum. Iustissimũ siquidẽ dei iudiciũ, vt ille pessimus malleator dum iustos premit inter malleũ et incudem, fabricet eis coronas perpetuas: et qui omnes attẽptat vincere, ab oibus vincatur. Et qõ sanctis multiplicatur ad gloriã, et ad ignominiã & cõfusionẽ conuertat. Tamen in eum ne extendas manũ tuam. Possessiones Job inimico exponit deus: corpus ptegit. Corpus tamen postmodũ traditurus ex altissima dispensatione hoc faciens. Sciebat q̃ fortius tentationi vni resisteret, q̃ duabus: et q̃ ex victoria pugne preuie, animus Job ad alterius tentationis tolerantiam constantius firmaretur. Non eñ

(sicut dicit Apostolus) permittit deus suos tentari supra id qõ possunt: sed facit cũ tẽtatione prouentũ. Tollitq; dñs virgam peccatorũ desup sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas. Egressusq; est sathan ad faciendũ. Vere egressus est: quia in veritate nõ stetit, qui in superbia sua corruit, qui in gratia non permansit.

CUm autem quadã die filij eius, & filie comederent, et biberẽt vinũ in domo fratris sui primogeniti: nuncius venit ad Job qui diceret. Boues arabant: et asine pascebãt iuxta eos: et irruerũt sabei: tuleruntq; omnia: et pueros percusserũt gladio: et ego euasi solus vt nunciarem tibi. Opportunissimũ tẽpus tẽtationis elegit: cũ scilicet filios Iob comedẽtes, & bibentes inuenit. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorũ: et ira ascendit sup eos. Quia enim cõmessationes sine peccato esse nõ possunt: cõmessationibus inimicus se ingerit libenter. Orationẽ vero, et ieiuniũ semp odit: quia genus etiã demoniorũ est, qõ non nisi in ieiunio et oratione expellitur. Et notandũ est q̃ cibum sumere peccatũ non est: sed in cibo delectari peccatũ est. Quandoq; eñ no minus aliquis gulosus est in vilissimis cibis, q̃ alius in delicatis epulis. Legitur Jonathas peccasse in gustu mellis: Esau in edulio lẽtis: Sodomitas in saturitate panis. Ergo (beato teste Hieronymo) nõ cibus, sed appetitus in culpa est. modus, vt sumatur cibus cum moderatione inculpata. Qualitas, vt non sint cibi exquisiti: aut nimiũ sumptuosi. Comedere post saturitatẽ, est supfluum: ante esuriẽ, otiosum: in esurie, licitũ: post esuriem, meritorium. Certe non credo in homine incolumi ieiuniũ alicuius meriti, quod non precedit esuries. Ieiunare, et ieiunio non effrangi, non habet meritum ieiunandi. Si instant apostolorum vigilie: aut talia tẽpora, que ieiunãdi necessitatẽ indicãt, precedẽti die impleamus nos, et ingurgitamus varietatibus ferculorũ: atq; in fraudẽ futuri ieiunij tãtũ nostris vẽtribus inculcamus, quo sufficiẽter posset sustẽtari sobrius dispensator. Non est hoc (dicit dñs per prophetã) ieiuniũ qõ elegi. Sunt que reprobat dñs: et sunt ieiunia que elegit. Ieiunãt alij, p nature impotentiã: alij ppter auariciã: alij ppter apparentiã: alij ad vitã eternam: alij ad corporum sanitatẽ. Ieiunat egrotus, vt cõualescat: Hypocrita, vt appareat: Fastidit⁹: vt appetat: Auarus, vt parcat: In oibus intentio tua nomen imponit: in oibus discretio seruãda est. Auriga virtutũ, et operum, atq; cogitationũ optima moderatrix. Cum adhuc ille loqueretur venit alius, et dixit. Ignis dei de celo cecidit: et tactas oues, pueros q̃ consumpsit: effugi ego solus vt nunciarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille, et ecce alius intrauit: et dixit: Filijs tuis, et filiabus vescentibus, & bibentibus vinũ in domo fratris sui primogeniti: repẽte ventus vehemens irruit a regione deserti: et cõcussit quattuor angulos domus: que corruẽs obruit filios tuos, & mortui sunt: et effugi ego, vt nũciarem tibi. Adhuc eo loquente, venit alius: et dixit. Caldei fecerunt tres turmas: et camelos inuaserunt: & tulerũt eos: necnon & pueros pcusserunt gladio: et ego effugi solus vt nunciarem tibi. Sathan ad multiplices tentãdi artes, ad varia nocendi argumẽta suas astutias circũducit. Sunt eñ multe eius astutie: sicut apls dicit. Nõ ignoramus astutias sathane. Scit eñ dãna inopinata, et subita nunciare: vt nos ex cõtinuato dãnorũ euentu vehementius cõsternat: additq; vulnera sup vulnerũ dolorem: vt ad cumulum supuenientis mali, preteritorũ malorũ memoria refricetur: vt inueniat iniquitas eius ad odium. Ignem de celo: ventos ex aere: de terris impetum prodũcit hostilẽ: vt sic ille filius superbie in celo: in aere: in terris, aliquã videat habere potestatẽ. Clerum non ex sua, sed ex dei potestate ad vsum malicie sue, vel nequicie cõtra Job elementa mouere pmittitur. vt Iob inter flagellorũ pressuras in modũ sinapis dũ plus teritur vehemẽtius inardescat: et dum aduersarius omnia nocendi genera experitur, in omnibus superetur.

TUnc surrexit Iob: & scidit vestimẽta sua. Ecce flagellum sensit: vnde et statim in vestimẽtorum scissione signa doloris exhibuit. Et tõso capite corruit in terram: adorauit: et dixit. Nudus egressus sum de vtero matris mee: & nudus reuertar illuc: Dñs dedit: dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est: Sit nomen dñi benedictũ. Commotũ est pigmentũ: & dedit suauitatẽ odoris. Contrita sunt aromata, et fragrantiã emiserũt. Afflictus est Iob: et ad laudem dñi se conuertit. Quãdiu fuit in die psperitatis sue offerebat quotidie holocausta: In nocte vero aduersitatis, canticũ laudis offerre non cessat: iuxta vocẽ Psalmiste. In die mãdauit dñs misericordiã suam: et nocte canticũ eius. Et nota q̃ tonso capite in terram corruẽs adorauit. In eo q̃ tondet caput: q̃ in terram corruit: q̃ adorat notatur humilitas: que in Iob precipue cõmendabilis erat in habitu, in opere, in afflictione. Non est eñ nouum q̃ tondentur clerici: q̃ in capite coronantur. Exemplum tonsure habemus in Iob: Exẽplum corone habemus in christo, qui spineã coronã in signũ humilitatis gestauit in capite suo. Quidã etiam gẽtiles Petro apostolo coronã rasisse dicuntur in opprobriũ christi, & cõtemptũ: qõ ipse nõ immemor coronę spinee christi patiẽter sustinuit. In huius humilitatis memoriã Prescilla, & Aquilea se tpos (sicut in actibus apostolorũ legit) totonderunt. Paulus etiã totondit se Teuchris. Tondet itaq; se Job in signũ humilitatis, considerans se conteri et humiliari flagellis, et amplius se humiliat: et manũ adiuuat flagellantis. Nudus (inquit) egressus sum de vtero matris mee: & nudus reuertar illuc. Ad memoriã reducit Job conditionis humane miseriam, vt idipsum ad solatiũ ei cedat q̃ quandoq; nichil habuit: sciatq; de rerum temporaliũ non esse dolendũ amissione: q̃

et celo acquiruntur, et citius euanescunt. Homo de terra conditus in terrã reuertitur: sicut in Genesi dicrum est primo homini. Cinis es, et in cinerẽ reuerteris. Nõ ideo dictum fuisse credimus, vt q̃diu militat homo in hac vita mortali, imo in hac morte vitatur, recordet originis sue: et memoriter teneat vnde venit, aut quo vadat. Terra, terra, terra, audi sermones meos dicit ppheta. Propheta hominẽ ter vocat terram: quia homo triplici modo terra est. Terra est, quia de terra creatus. Terra est, quia in terrã conuersatur. Terra est, qz in terrã reuertit. Terra est, creatione, cõuersatione, morte. Terra est natura, vita, et sepultura. Et qz terra hic tertio iteratur: ideoq; sponsus tertio replicat sunamiti, vt de terra dissimilitudinis, ad terram viuentium reuertatur. Reuertere, reuertere sunamitis: reuertere, reuertere, vt ituea mur te. Reuertere, de terra seruitutis: reuertere, de terra peccati: reuertere, de terra mortis: reuertere, in terram libertatis: in terrã gratie: in terrã glorie. Infelix ergo homo vnde potest obrepere misero homini elationis occasio/qui de immundo conceptus est semine: et iterũ immũdissimus puluis fiet. Quidam querenti a quodã philosopho, Quid fui? quid sum? quid ero? Legitur philosophus respõdisse: vile sperma: vas stercoũ: esca vermiũ. Audiant queso, z hoc firmiter verbũ retineãt milites qui de suis viribus, aut de sua pulchritudine gloriãtur. Certe non possumus credere necessitatẽ corporum esse tãtã, nisi experientie liber occulta fide assidue nos docuerit. Videmus eñ viros strẽnuissimos armis: mulieres elegãtissimas forma: principes potestate terribiles tota die mori, et in terram infodi: vt qõ terra fuerat, in terrã reuertatur. Ille sub quo hodie fremit mũdus: quẽ tremunt populi, et prouincie alie formidant, si hodie mortaĩ infra breue tempus redigetur in vilissimum puluerẽ: flatuq; leuissimo poterit exsufflari. Vbi est nunc Julius cesar: vbi est Alexãder magn⁹: vbi est Carolus magnus: nisi quia carolus magn⁹ optimã partem elegerit que non auferet ab eo. Alij in tormẽta ppetua sunt dãnati: sicut scriptũ est. Potentes potẽter tormenta patiẽtur. Verũtamen quia carolus in christũ credidit: licet in iuuentute sua graiter deliquisset: delicta iuuẽtutis p confessionẽ z penitentiã lauit: z in vespera vite conuersus ad dñm se ipsum obtulit deo sacrificiũ vespertinũ. Atẽde prudẽtissime princeps quia iam aduesperascit tibi: iam vite tue medium, aut amplius peregisti. Cõsiderabat rex Ezechias qz diutissime vixerat in peccatis: et q̃ directa via festinabat ad inferos: Ideo dixit. Ego dixi in dimidio dierum meoꝝ vadã ad portas inferi. Et subiunxit: Ego recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. vade: z tu fac similiter. Auferas queso quorũdam tuoꝝ antecessorum opprobriũ: de quibus dicit. Quia quãto magis senuerũt, tanto amplius vanitatibus z illecebris huius mundi lasciuie corporꝝ indulserunt. Adimpleat queso in vobis illa prophetia. Erunt vagi in incitos gressus eius: sed finis illius ad celos conuolabit. Si peccasti, quiesce: quia optimus penitẽdi modus est a peccato cessare. In animo tuo forte ordinas, et disponis: adhuc ludam: adhuc expectabo: et differam donec sim etate maturior, et impotẽtior ad peccandum. Dic queso que gratia tibi debetur a dño si tũc desistas a pctõ, cũ peccare nõ possis? Festina queso bene agere: non differas: nec expectes. Verbũ prophete est de populo obstinato. Populus hic dicit: Nondum tẽpus edificande domus dei. Et alibi. Satiabor in iniquitatibus meis: z cũ repleta fuerit anima mea malis: considerabo vias meas. Illud volo, et consulo, vt hanc iactantiã semp apud deũ, et hic semp possis obiicere deo p suo amore singulis diebus aliqd̃ emisse carmen. Duo sunt que mirabiliter hominẽ a peccato cõseruant: frequens cõfessio: z frequẽtior disciplina. Verũtamen q̃dã ita teneri sunt, z delicati, et ligati cõsuetudine peccandi: q̃ nõ minus abhorrent sacerdotẽ, q̃ latro iudicẽ. Quid dubitas modice fidei? Times q̃ peccata tua dñs non dimittat? Nõne manibus suis ea cruci affixit? ipse passus est pro peccatoribus, non p iustis. Audi quid ppheta dicat ad dñm. Dixi cõfitebor: z tu remisisti. Si peccatum tuum aperias dicit dñs: ego illud operio. Si agnoscis, ignosco. Si accusas, excuso. Si te iudicas et condẽnas, te nec iudico: nec cõdẽno. Quia si nos diiudicaremus (dicit Apls) non vtiq; iudicaremur. Dauid homicida, adulter, et proditor, arguente illũ Nathã prophete, quia peccatũ suum humiliter recognouit, audire meruit. Transtulit dñs a te peccatum tuum. Saul vero qz samueli ipsum arguẽti suppe respõdit, audiuit, Transtulit dñs a te regnũ tuũ. Ab altero peccatũ, ab altero est trãslatũ regnũ. Hec ideo moneo, et consulo, vt exemplo beati Job sitis memor cõditionis vestre: Nudus eñ intrastis, z nudus exhibitis. Quia diues cũ interierit non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius. Illud solum vobis credo reseruari, qd̃ in celestes thesauros per manus pauperum premisistis.

SEquit. Dñs dedit: dñs abstulit: sicut domino placuit ita factũ est: Sit nomẽ dñi benedictũ. Job mel miscet absinthio: persecutioni grãm, z benedictionẽ: vt in gratiarũ actione psecutiõis amaritudo dulcescat: nec tantũ fiat potus cum lachrymis in mẽsura: sed ex afflictionis absinthio, et melle gratiarũ nectar acceptabile condiatur. Potasti nos (dicit ppheta) vino cõpunctiõis: et potum dedisti nobis cũ lachrymis in mensura. Huic vino Job de torrẽte voluptatis apponit: et quasi vtatur verbis apostoli dicentis: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: et quãdo infirmor, tunc fortior sum. Firmat animũ suũ ad omniũ maloꝝ tolerantiã, et de suis angustijs gloriatur. Legit q̃ Aioth filius iezra ambidexter vtraq; manu pugnabat: Cuius expressam Job gerit similitudinem: qui non minus sinistra pugnabat, q̃ dextra. Fortis in prosperis: fortior est in aduersis. Talis erat apostolus iciens abundare, z penuria pati, glorians in infirmitatibus suis, incedens medius p infamiã z bonã famã: per gloriã, et ignobilitatẽ: aduersa sine murmuratione sustinens: faciens in oibus de necessitate virtutẽ. In oibus his non peccauit Job labijs suis: nec stultũ quid contra deum locutus est. Stulte contra deũ locutus est, qui dicit se a dño contra meritoꝝ suorum rationẽ flagellari: et quasi suam allegans innocentiã superbe accusat iusticiã flagellantis. Factum est autẽ cum quadã die venissent filij dei et starent corã dño: venissetq; sathan zc. Dixitq; dñs ad Sathã: vnde venis? Qui respõdens ait. Circuiui terram, z perambulaui eam. Tacet sathan de dãnis que intulerat viro sancto: z de constantia quã inuenit in eo: Victum eñ z confusum se reputat: dũ hominẽ quem ad maledicendũ dño dãnis et doloribus instigatur, eidem dare benedictionẽ, et hostiam laudis offerre cõsiderabat. Et dixit dñs ad sathan. Nunquid cõsiderasti seruũ meum qz non sit ei similis in terra: vir simplex, et rectus, z timens deum, ac recedens a malo, et adhuc retinẽs innocentiã. Dñs sui militis virtutes enumerat, adiiciens sup omnem laudem eius, atq; in opprobriũ, z ignominiã tẽtatoris maliciã ipsius latenter insinuat. Quasi dicat. Innocentiã quã amisisti dũ esses in celesti benedictiõe, in splẽdoribus sanctoꝝ, et angeloꝝ dignitate: homo licet nature fragilis, et misere conditionis etiã in afflictione seruat. Sic dñs prudenter, et vrbane illudit diabolo. Draco iste est dñe quem formasti ad illudẽdum ei: illuditur ei a te: ab hoie, ab angelo. A te illuditur ei dũ eum pmittis nocere homini vt nocendo proficiat: illuditur ab hoie, quem dũ plus debilitat inuenit fortiorẽ: illuditur ei ab angelis quos consideramus sublimes in gloria, abundantes in gratia, fulgentes claritate celesti, diurnis laudibus resultãtes: recordatur vnde ceciderit, et de illoꝝ gaudijs ingemiscens, ira, et liuore tabescit.

SEquitur. Tu autem cõmouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. i. sine causa: scilicet nõ precedẽtibus in eo peccatis, que flagellũ tante aduersationis exigerent: vel frustra quantũ ad propositũ tuum. In eo eñ es vtilis in quo nocere intẽdis. Tu autem cõmouisti me. Non autẽ est credendũ q̃ sathan cõmouerit deum apud quẽ non est trãsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Et sicut in Osee dicitur. Ego dñs, z nõ mutor: sed cõmotio dei flagellum ipsius est. Flagellat autem dñs in furore, in ira, in misericordia. in furore flagellauit diabolũ: in ira hominẽ. Ambo eñ iniquitatẽ meditati sunt: ambo affectauerunt excellentiã: ille potentie: iste sciẽtie. Flagellauit dñs diabolum in furore, quẽ sine spe reparatiõis de cathedra pestilẽtie, quã ad aquilonẽ erexerat degradauit. Vidit in q̃ sathan tanq̃ fulgur de celo cadentem: cuius ideo dominus non miserebit: quia inuenta est eius iniq̃tas ad odiũ. Flagellauit in ira hominem, dum eum de voluptatibus paradisi eiecit. Verũtamen quia p se nõ cecidit homo, sed alio instigante, q̃ impulsus euersus est, cõstituit ei dñs tẽpus miserendi eius. Et licet flagellauit in ira, tratus misericordie voluit recordari. Et flagellum furoris, et flagellum ire timendũ est plurimũ: quia vtrũq; grauissimũ. Conculcaui eum (dicit ppheta) in furore meo: et calcaui eos in ira mea. Et psalmista vtrũq; abhorrens, z timens dicebat. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Tertiũ flagellu z est misericordie, quãdo scilz ad vite probationẽ: ad pfectum virtutũ: ad augmentũ corone corpus hoĩs afflitur: aut bona tẽporalia extrahuntur. Hoc flagello flagellat dñs omnẽ filiũ quẽ recipere vult. Ego (inquit) quos amo arguo, et castigo. Hoc flagello pcutiebat dñs filios israel quãdo peccabãt in suis adinuentionibus: z erat eis inter flagella propicius. Deꝝ tu propicius fuisti eis vlciscẽs in omnes adinuẽtiones eoꝝ. Dulciora sunt verbera diligẽtis, q̃ blãdicie adulantis. vtinã corripiat me iustus in misericordia, et increpabit me: Oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput meũ. Est peccatoꝝ oleum mollicies adulationũ. Molliti sunt (inquit) sermones eius sup oleũ: et ipsi sunt iacula. Vide eos qui virgã saltẽ blande, et secrete correctionis exercere debuerant, adulatores fieri, et olei venditores. Laudaĩ peccatoꝝ in desiderijs anime sue: idcirco ego gemens, et oculus meꝰ aquã deducens dico. O impudẽtissimi canes nõ valentes latrare: imo nõ volentes latrare. Vsq;quo iudicatis iniquitatẽ, et facies peccatoꝝ sumitis. Facies siquidẽ peccatoꝝ sumere est se pmissione, z assensu peccãtibus cõformare. Scitis quare peccata hominũ non corrigitis. Apostolus certissimã assignat phicam huius rei sententiã. Propterea (inquit) non corripitis, quia eadem sepius agitis.

REspondit Sathan. Pellem pro pelle, et cuncta que habet homo dabit p anima sua. Pro pelle dat pellem: qui vnũ membrum pro alio mẽbro digniori lesioni exponit. Sicut aliq̃s brachiũ sinistrũ obijcit gladio venẽti, ne in capite vulnereĩ. Quasi dicat Sathan, Job oia dãna exterioꝝ patienter, z equanimiter sustinet: qz ne grauius flagelletur interius timet. Magis vult damnis exterioribus affici: q̃ ad vite periculũ in corpore flagellari. Et hoc est pelles non solum alioꝝ: sed etiã filioꝝ, dabit pro pelle sua: et cuncta que habet homo dabit p anima sua. Quãdoq; vocamus animã partẽ hominis dignioreẽ, quẽ cum corpore glorificabĩt: aut cũ corpore mortificabitur in eternũ. De ista dicit. Benedic anima mea domino: et adhesit aia mea post te: et hmõi. Quãdoq; etiã vocamus animã corporis vitã: sicut in euãgelio legitur. Qui pdiderit animã suam in hoc mundo, in vitam eternã custodit eam. Et q̃ animã suam amat

in hoc mundo, perdet eam. Certe vnicuiq; animam suam vtile est sic perdere: ne perdatur. Malo animā meā perdere vt custodiā, q̃ custodire vt perdā. Huius sententie magister erat rerū optimus estimator Paulus apl's: qui cum paratus esset non solū in hierusalem alligari: sed ⁊ mori pro noie dñi Jesu dicebat: Non facio animā meā pretiosiorē, q̃ meipsum. et nudiustertius vidi quendā huius discipulū nomine Girardū cartusieū. ordinis fratrem. Iste p oñia desiderabilia sua iam p septennīū desiderabat mori, cupiens de carcere exire, et de vinculis huius carnis, sicut ꝓpheta dicit. Educ de carcere animā meā. Confidens itaq; de meritis suis: sed amplius de misericordia redēptoris cupiebat dissolui ⁊ esse cū christo. Certe non minus habebat exosam vitā presentem, q̃ nos miseri mortē. Nō minus abhorrebat viuere, q̃ mori. Singulis noctibus in principio vigiliarū surgebat. imo anticipabat vigilias noctis: ⁊ ego, et qui eramus cum eo dabamus requiē corporibus nostris, et oculis nr̃is dormitionē: Ipse autē pernoctabat in oratione: semp tamen cum fletu ⁊ gemitu. Vix aliqua hora comedebat panē sine lachrymis: ⁊ poculū suū cum fletu miscebat. In oñi opere suspirabat ad christum: despiciens terrā, celum suspiciēs. Vtens mundo quasi non vtens: ⁊ inter vrēda ⁊ fruēda quodā vicinio sapore discernēs. Trāsitorijs trāsitorie vtebatur: et eterna quasi quodā eterno amplectebatur affectu. Viere eterno: quia quedā eternitas imago est cōstans, et firma, ⁊ incōuulsa mētis equalitas. Et licet laicus esset, et litteras nō nouisset: habebat in suo corde scriptā digito dei scientiā vite, et discipline. Sane docuerat eum: qui docet hominem scientiā. Et vtinā omnes litterati sic essent docibiles dei: et infudisset gratia, qō non contulit disciplina. Deum testor non minus circūspecte, et sane de articulis fidei respōdebat: q̃ si maximā vite partem in scholis parisiensibus expendisset. Jri schola siquidē illius erudit⁹ fuerat, qui et docuit, ⁊ inflāmauit apostolos: De quo legit. Quia ignis eius in syon: ⁊ caminus eius in hierusalē. Erat itaq; cōscholaris illius prophete qui dicit. De excelso misit dñs ignē in ossibus meis, et erudiuit me. Sic loquebat quasi sermones dei: habebat semp manū ad verba vite. Dicant queso nostri legiste, quid eis ad salutē anime confert ille ciuilis, et pictoratus loquendi modus: ille babylonius calix quo inebriantur peccatores terre: Ille principū leges, quibus ego infelix quandoq; militaui. Licet tamen vsus earū vite hominū vtilissimus esset, nisi bonitate earum abuteretur humana malicia. Vnus est rex: et vna est illius lex. Lex immaculata, ⁊ cōuertens aias: et testimoniū prestans paruulis. Lex enim dñi et paruulis, et magnis, et mediocribus se cōformat: cōdescendit necessitatibus pauperū: anxietatibus oppressorum: turbationibus tristitiū: culpis delinquentiū. Suauissima est perfectis: compatiēs imperfectis: mediocribus mitis: tolerabilis delicatis: fortioribus sufficiens: moderata infirmis: humilibus blanda: peccātibus misericors: puerilis seuera: bonis optima. Lex ista et instruit, ⁊ iformat ad vitā. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deū. Et quid profuit Aristoteli, et sequacibus eius mundane phie ventosa loquacitas? Inflati scientia seculari dñm sabaoth ignorabant. Ab ipso erāt: sed non cū ipso: per ipsum viuebāt, sed non ipsi. Ex ipso sapiebant, sed non ipsum. Sapiētia ergo ⁊ philosophia mansit: philosophia Pauli qui cōstantissime affirmabat se nichil scire nisi Jesum christū, et hunc crucifixum. Sequitur. Alioquin mitte manū tuam, et tange os eius ⁊ carnē: et tunc videbis q̃ in faciem benedicet tibi. Quasi diceret. Job sustinet omnia: et ideo in oibus benedicit, dūmodo in corpore suo nō ledatur: Alioquin si non credis hoc ipsa experientia docebit te. Mitte ergo manū tuā, et tange os eius, et carnem. i. singula mēbra: ⁊ affige eum in corpore: et videbis q̃ in faciē benedicet tibi. Arrende q̃ maliciosus: q̃ impudens: q̃ temerarius sit ille angelus apostata. Vide q̃ maliciose submersionē hoīs machinatur: q̃ impudenter mētiatur iniquitas sibi. Et q̃ temere idem venturū promittat: qō dominus aliter euenire disposuit.

Dixitq; dñs ad Sathan. Ecce in manu tua est: verūtamen animā illius serua. Permittit dñs inimicū deseuire in hominē innocentē: vt secundo victus maiori ignominia confundat: et homini afflicto cumulatius cedat, vel addat ad gloriā repetita victoria. Dixit ergo: Ecce in manu tua est. Licet Job esset vna oiū de quibus dicit dñs. Nullus eas eruet de manu mea: eum tamen in manu aduersarij ponit: sed positū non relinquit. Suū ergo militē deserit, quē tū deserendo custodit: Eum deserit, vt tentetur: eum vero custodit, vt tentatione non vincatur. Ecce (inquit) in manu tua est: verūtamen animā eius serua. i. serua ne in animā eius aliq̃d tētare pīsumas. Cum multe tribulatiōes sint iustorum: per multas enim tribulationes oportet ingredi in regnum celorum. Torquentur sanctorum corpora, sed anime non turbantur. Concutit laterna lutea, nec lucerna extinguitur. Triturat palea, nec terit granū. Thesaurū quoq; portamus in vase fictili: et fracto vase nō perditur. Posito itaq; Job corpore in manu hostili, et tormentis exposito, anima seruat indemnis. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormētū malicie.

Sequitur. Egressus itaq; sathā a facie domini pcussit Job vulnere pessimo a planta pedis vsq; ad verticē. Superbus hostis vulnerat virū sanctū. Sed tu bone Jesu vulnera que infligit reflectes in eum. Humiliabis sicut vulneratū superbum in brachio virtutis tue: et cōuertetur in sinu ipsius. Erit adhuc quando conteres, et franges: arma et scuta cōbures igni. Sathan siquidē vulnerat virum sanctū in corpore:

alere nos oportet: sic aũt alliget vt seruiat. sic tendat corda ne rumpatur: sic etiã paschat iumẽtũ vt labori sufficiat. Nam in sacrificio animi non abscidũtur ascelle trituris, sed frangunt. Certa vero moderatione dispenses eas que circa miserias carnis exigentia naturalis exposcit: et ad custodiã cordis tota studij vigiliãtia transferat. Verbũ Salomonis est. Omni custodia serua cor tuũ: qꝫ ex ipso vita ꝓcedit. Non em satis est ad salutẽ extraordinarios repimere motus carnis, quos a nre originis corruptione ꝓximus nisi ꝑfectꝰ anime summa diligẽtia ꝓcuremꝰ. Quid enim prodest si extra aut circa vineã stirpes spinarũ vernosas explantes, nec spinas aut tribulos interꝰ eradices. Non decet de partu anẽtile esse sollicitũ, et a domina nõ delere sterilitatis opprobriũ. nec expedit vt terrã corporis specialiter excolas, si de aia plãtaria supbie, cupiditatis, et inuidie nõ auellas. Non multũ em interest si domita carne peccatũ obtineat mentis arcẽ: vt qui foris intus apparet, partẽ sui pdederit meliorẽ. Scriptũ est foris pugne, intus timores plena discriminis est, si sit extra ciuitatẽ cõmittimus bellũ, vt nichilominus in ciuitate patiamur excidiũ. Non sunt fortiã pedes tui veloces ad effundẽdũ sanguinẽ: sed currũt affectus tui ad acquiescendũ carni ⁊ sanguini q̃ non possidẽt regnũ dei. Testat autẽ Plius papa religionis opa homini nõ ꝓdesse, nisi mens in dei timore a praua cogitatiõe leiunet. Imprimis itaq; deũ time, et mãdata eiꝰ obserua: vt sicut apls dicit: Cum timore et tremore tue salutis negociũ operis: initiũ siquidẽ sapiẽtie timor dñi. Verbũq; ysaie est. A timore tuo dñe cõcepimꝰ, et spiũ salutis peperimus. Expedit sane his q̃ conuertunt ad cor, vt in timore iudicioꝝ dei, turbã irruentiũ cogitationũ districte cohibeãt, ne trãseãt in affectũ cordis. sit autẽ homo exterior tanq; mortuus a corde, vt in sanctarũ meditationũ serenitatẽ, libere liceat interiori horiini respirare. Sint equidẽ vage cõgitationes, in q̃bus non grande periculũ est: dũmodo habeas deũ in cõspectu tuo. et sic aia tua in manibus tuis semp. Sunt ⁊ cogitatiões de cibo, de indũmẽto, de potu, et cõsimilibus, quas exigẽtia corporalis exposcit. et hec nre carni familiarisꝰ adherẽt. nobiscũ em coaluerũt a prima origine, vt quasi nra primogenita cẽsentur. Si ergo he cogitatiões aut alij ꝓmi motꝰ, quos lex peccati scribit in carne, ceperint ascẽdere, ⁊ cõtaminare conscientie tue lectũ, dicas cum beato Job. Ruben primogenitus meus non crescas, qñ ascendisti cubile patris tui: sic in spiritu fortitudinis allidantur ad petrã paruuli babylonis. Tertiũ cogitationis genus dãnabile est qõ de luxurie, aut supbie, vel inuidie, vel alteriũs detestãde iniq̃tatis sterquilinio latẽter obrepit, cuius fetorẽ q̃cito exalare presenseris: auerte animum, et cogita terribilẽ iudicijs suis deũ, curre ad lachrymas ⁊ gemitũs. illãq; cogitationẽ de lõge auctoritate iperiosa cohibeas. moꝫ in olla est. ideo ipsam nulla conditione tibi approximare permittas. Q̃ si tui dominata fuerit: tunc immaculatꝰ eris, eriq; sub te appetitus tuus, et tu dominaberis illi. Si vero aliqua cogitatione verulẽta, vel in modico tuos sensus ifecit: vulneratus es a serpẽte, curre ad serpentẽ eneũ, christũ inuoca, cui omnis cogitatio cõfiteꝫ, in corde cõtrito ⁊ humili, poteris cogitationẽ tuã mirabili artificio humilitatis auferre ab oculis eius, vt eam nõ videat qui omnia videt. Auferte (inquit) malũ cogitationũ vestrarũ ab oculis meis. O q̃ mirabiles ⁊ terribiles oculi, quos neq; cogitatio magna, neq; parua pteriolat. Deus em sicut videt actus: ita hominũ cõtẽplatur affectꝰ, nec opus est vt q̃s et testimoniũ phibeat. De homine post humilẽ confessionẽ ipse nullũ videt peccatũ: qñ charitas operit multitudinẽ peccatoriũ. Sup omnia studeas ante misericordes oculos dei humilis ⁊ miserabilis apparere, ꝑ cunctis vero virtutibꝰ humilitas, deo familiariter ⁊ fidenter assistit. Hec deo cognata est, et amica. Hec sola virtutẽ se esse ignorat, ipsa de suo ꝓceptũ sit honorabilior, et i sui abiectione alias virtutes erigens, dũ ex ea ꝑficis oim dispẽdia recõpensat. Humiliare ergo, nec filio patris tui sit dedecori humilitas que non dedecuit filium dei. Descẽdit naamã de curru supbie in iordanẽ, qui interpretat descẽsus siue humilitas ⁊ a lepra mundatur. Descẽde ⁊ tu atq; humiliare, si vis a peccato mũdari. Propterea psalmista dicit: Ad eiꝰ ero tui de terra iordanis, ⁊ her. a mon. mo. Adons siquidẽ mõdicus est supbia huius vite, tam breuis, tam misere, tam incerte. Et vnde supbiat terra, ⁊ cinis, vermis fetens, reptans, in palude ranũculus, cadauer putridum, lutũ scatens vermibus, et vile morticinũ. Leua manus tuas in supbias nostras deus, et confringe arma peccatoꝝ. Humilietur in puluere anima vestra vt cum lamentante ꝓpheta, ponamus in puluere os nostrũ, si forte sit spes, si forte cõuertat, ⁊ ignoscat deus. atq; ꝓm multitudinẽ ire sue non querat. Horrendũ quippe est incidere in manũ dei viuẽtis. Ignis em succẽsus est in furore eius, et ardebit vsq; ad iher. no. Domine ne in furore tuo arguas me, sed sustine vt meipsum arguã cõfitendo. Et que tibi gloria deus si creaturã tue cõformẽ imagini, et caractere tue fidei cõsignatam, perpetua excõmunicatione precidas a cõmunione sanctorũ, vt eam eterne mortis abyssus absorbeat, et super eam rugiat os suum puteus iferualis? Que vtilitas in sanguine meo deus, si descendo in corruptionem? Quis ex vobis stare poterit in igne deuorante? aut quis stabit cum ardoribus sempiternis? Vincant queso domine misericordie tue miserias nostras, ⁊ nostras iniquitates, benignitas tua susciter in me vere contritionis, ⁊ cõfessionis affectũs, et ne torquear gehẽnalis ignis incendio, ignẽ in me tue dilectionis accendas.

¶ Explicit tractatus de confessione.

Tractatus Petri Blesensis

¶ Prologus in libro petri Blesensis Londoñ. archidiaconi De amicitia christiana/et de dilectione proximi.

Quoniã diminute sunt veritates a filijs hominũ: ⁊ refrigescẽte charitate multoꝝ, vix aliquis in alio integritatẽ fidei experitur: vix inuenit dilectio que non sit questuaria ⁊ venalis, cõmuni malo cõdolui. Proponẽs michi aliquid scriptitare secretius ad doctrinã ⁊ exercitiũ diligendi. Fodi igitur michi fontem proprium cui non cõmunicet alienus. De diuersis enim scriptoribus quasi flores excipiẽs, plurium tam veterum q̃ modernorum sentẽtias de amicitia ⁊ dilectione dei ac proximi, in vnũ cõpendiose lectionis inuolucrũ coartaui. Sup quo cõsciẽtie mee testimonio congloriãs thesaurũ abscondituũ teneo, cui prefixi titulũ sigilli impressione signatum, Secretũ meũ michi. Securius quidẽ michi est, opusculũ presens in sinu meo quasi sub modio claudere, q̃ exponere palpebris emuloꝝ: ⁊ fasciculũ inter vbera mea secretius tenere delectat, q̃ trãsferre in theatrum ⁊ versium. Scio equidẽ q̃ si libellus hic euaserit quãdoq̃ in publicũ, statim grũniet emulus, ⁊ labio virulento submurmurans, cõpilationi ascribet, q̃ sententias veterũ iam senio caligantes, vel ambigui intellectus intercalatione pplexas, studeo reducere ad euidẽtiã: ⁊ que situ ⁊ neglectu vetustatis obsoleuerãt feruentiore studio digerã, vt in materiã virtutis, et in fructũ vberioris gr̃e coalescãt. Sicut eñ in libro saturnaliũ, ⁊ in epistolis Senece ad Lucilliũ sepe legitur, apes imitari debemus, que floribus in varios succos mirabili artificio digestis: nouum in eos sapore, maximãq̃ virtutem, quadã sui spũs p̃ proprietate transfundunt. Sicut refert Valerius maximus, ⁊ furius albinus in legẽdis fructũ esse dicebat, vt lector emuletur ingenia veterũ, et in proprũ quãdoq̃ conuertat vsum, que ab alijs bene dicta mirat. Itẽ in libro saturnaliũ Affranius togator scriptor, in ea togata que compitalia inscribit, suis respõdẽs detractoribus dicẽtibus eum in libro Menãdri nõ solũ sentẽtias sed verba integra trãssumpsisse: transsumpsi (inquit) sed ea que melius me posse inuenire non credidi. Et in eodẽ. Quis fraudi virgilio vertat, si ab Homero multa mutuatus est, que iam negligẽtia, et vetusta longanimitas abolesset? Et post pauca. denicq̃ in hoc ipso cõmendandus, q̃ id q̃ apud illũ alienũ est, melius ibi, q̃ vbi natũ est sociare miramur. Que ergo impudẽtia est, si inter sarmẽta sterilia, de vite veteri plantaria eliguntur: quibus in ordinem cõplantatis, vberioris vinee successio p̃pagat. Verbũ poete est. Dixeris egregie notũ si callida verbum Reddiderit iũctura nouũ. Quid ergo emulus detrahit ⁊ oblatrat, si sententias in sterili cõgerie, et neglectu vetustiore scalẽtes explanet apertius diligẽtia modernoꝝ, ⁊ quas nup̃ fastidiebat animus legentis, ornatu elegantiore indutas, nunc voto auꝰdiore auditor appetat delicatus. Quocirca iam per emulũ meum cõtra opusculũ presens, non sibilet lingua serpẽtis antiqui: obstruatur os loquẽtis iniqua obturẽtur aures aspidis: et anticipet innocẽtie visus oculus basilici. Somor enim q̃ colligo michi, nõ ei cõmunico: sed illis dũtaxat, quibus data est manifestatio spiritus ad vtilitatẽ in simplicitate cordis, hunc libellum familiarius si velint inspiciant: ⁊ si q̃d in eo inuenerint scrupulosum, illud queso lima diligentiore complanent.

¶ Incipit liber de amore ⁊ amicitia christiana.

Vbsannabit aliq̃s ⁊ arguet, q̃ senex amatorie ludam: qui iam deliro ⁊ in mẽbris meis respõsum mortis accepi. Sed Michol inuideat nuditatẽ dauid saltãtis. Ego vero nunc cũ dauid ludã, et vilior fiã in oculis meis, quatinus cũ eodẽ in syon archã federis introducã. Michi tũ pro magno est si vel paucos de massa vniuersitatis eoꝝ qui seculari amore attracti ⁊ absorpti sunt, ⁊ oculis effossis, crinibusq̃ abscissis in mola cũ sansone laborant, p̃ hoc opusculũ ineant fedus Jonate cum Dauid: ⁊ in suauissimo amore christi a tribulatione maloꝝ ⁊ dolore respirent. Mirũ, ex quo calepus adeptus est eborem p̃ Josue, populus quiescit a prelijs. Cessant enim tẽtationũ pugne, postea q̃ contẽplatio cordis se ad fructũ amoris incipit exercere. Amoris equidẽ cãpus latius patet: ceteriq̃s affectib⁹ anime sinus diffusiores expẽdit. Liuor eñ est quedã vis appetitiua rerũ, quas ex desiderio eligimus, ⁊ amplectimur ad fauendũ. Amor autẽ, etiã in brutis animalibus que a ratiõe aliena sunt, suos frequẽter appetitus exercet. Et licet frui specialiter in his que ad deũ sunt pertinere dicat: Paulus tamen frui verbo aliter vtitur: vbi ad philemonem scribens dicit. Vt te frater fruar in dño: refice in dño viscera mea. Sane dilectio, ex certo animi iudicio vires capit. Amicitia vero ex quodã vsu diligendi, cũ electione rei que diligẽda est, et deliberatione procedit, Teste autẽ Tullio. Amicitia rerũ humanarũ et diuinarũ est, benuolẽtia ⁊ charitate cõsensio. p̃ charitatẽ forte mẽtis affectũ intelligẽs, et per benuolentiã mutue obsequele effectũ. Nõ enim ethnicus, hic noie charitatis, eam intellexerit que omniũ mat̃ est, radixq̃ virtutũ, verisimile non videt: sed eam mẽtis affectionẽ, ppter quã amicos nr̃os charos appellare solemus. Quidã philosophi, amicitiã inter summas, ppetuasq̃ virtutes, collocasse leguntur. Quos Salomon in puerbijs imitat. Dicit eñ, omni tpe diligit, q̃ amicus est. Unde beatus Hieronym⁹. Amicitia (inquit) que desinere potest nunq̃ vera fuit: ideo qui vel Iesus desijt diligere quã amauerat, amic⁹ in veritate non fuit. Ille nimirũ longe est a lege amicitie alienus, qui sic hodie amat vt cras oderit: sic omni homini amicus, vt nemini fidus: hodie laudans,

cras vituperãs: hodie blandiens: cras mordens, hodie paratus ad oscula, cras ad opprobria: cui⁹ amicitia leuiter cõparatur, ⁊ leui exsufflatur offensa. Tera denicq̃ amicitia in se solida est, et in oĩbus amici necessitatibus ad omnẽ compassionẽ, ⁊ tolerantiam se conquadrans: grauius ex amici compassione affligitur, q̃ ex passione amicus. Vide apostolum qualiter infirmatur ifirmis: scandalizatis courit: et est illi tristicia magna pro fratribus suis: et dolor cõtinuus cordi eius. vere amicus erat, nunc vt magister corripiens, nunc timẽs ne sensus eoꝝ corrumperet, nunc eos cum dolore ⁊ lachrymis ad penitentiã puocãs, nunc eos qui non agerent penitentiã lugens.

¶ Q olim rare fuerunt amicitie.

Refert tullius vix tria, vel quatuor amicorũ paria in tot retro seculis extitisse. Sed nemo miretur inter ifideles populos, raros fuisse vere amicitie pfessores. Illum eñ ignorabãt qui charitas est, qui amor est, cuius charitas diffusa est in cordib⁹ nostris p̃ spiritum sanctũ qui datus est nobis. Verũ vbi vox turturis audita est in terra nostra, vox annũciantis pacem, annunciantis amicitie veritatẽ, atq̃ dicentis. Hoc est preceptũ meum vt diligatis inuicem: multa milia hominũ amicitias contraxere veraces, diligẽtes se inuicẽ, honestius, verius, certius, prudẽtius et fortius, q̃ pylades ⁊ horestes. Nonne inter eos rerũ diuinarũ ⁊ humanarũ erat cum charitate, ⁊ beniuolentia summa cõsensio? De quibus scriptũ est: Multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ anima vna: nec q̃ q̃ aliquid suum esse dicebat, sed erãt omnia illis cõmunia. Ceterũ postq̃ veritas protestata est, q̃ maiorẽ dilectionẽ nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis: charitas amicorũ multiplicata est sup numerũ. Quot enim non solum iacturã rei familiaris pro fratribus suis in christo passi sunt: sed etiã cruciatus corporis gratãter amplectẽtes, p̃ amicis suis animas posuerunt.

¶ Q̃ dulcis et q̃ fructuosa sit amicitia.

In rebus humanis nichil amicitia dulci⁹ inuenitur: nichil sanctius appetitur: nichil fructuosius custoditur. Habet enim fructum vite que nunc est, ⁊ future. Ipsa propria suauitate virtutes alias condit, aduersa temperat, prospera componit, tristiaq̃ iocundat: homo sine amico non habet cui vitam ⁊ affectus suos communicet, cui conciẽtie sue signũ aperiat, cui ad solatium suum aliquid de molestijs irruentibus euapo̅ret. Solus est qui sine amico est, vere autem est solus: quia si ceciderit non habet subleuantem. Ediuerso, quanta est iocunditas, quanta securitas habere cum quo loquaris vt tecum, cui cordis tui secretum cõmittere audeas, quem in secretoribus tuis habeas, vt teipsum cum plena securitate reueles: quantum in studijs spiritualibus a te ipso defeceris, aut profeceris apud dominũ. Quid denicq̃ desiderabilius, aut dulcius q̃ duorũ tanta sit vnio animorũ q̃ cum alter corripitur ab altero vel laudetur, nulla interueniat ira, nulla seditio, nulla inter eos formido criminis, adulationisve suspitio. Amic⁹ (ait Sapiẽs) est medicamentum vite: Optima enim est medicina homini, homo qui eius remediat aduersis, qui eius condescẽdit incõmodis, qui grauia leuigat, qui amici onera quasi iuncto humero simul portat. Nec eñ verus amicus impatientius propriam iniuriam sustinet, q̃ amici. Verbum philosophi est. Non aqua, non igne, non aere pluries vtimur q̃ amico. in omni actu, in omni studio, in rebus certis, in dubijs, in omni euentu, in secreto, in publico, in omni consultatione domi, ⁊ foris, et vt multa paucis includam: in oĩbus que ad diuina pertinent et humana, gratias nos diligentiũ viuimus/vtimur, fruamur. Audi tullium. Tãta est (inquit) amicitie virtus, q̃ eius beneficio absentes amici sibi presentes assistunt, egentes abundãt, valẽt imbecilles: ⁊ q̃d mirabil⁹ est, mortui viuunt. Demũ amicitia est diuitibus pro gloria, pro censu pauperibus, exulibus pro patria, imbecillib⁹ pro virtute, pro medicina egroto, mortuis pro vita. sicut idem Tullius aiebat, solem videntur de mundo tollere, qui de vita hominum amicitiam tollunt. Amicitia enim quedã vita est hominũ, sine qua nullum humane vite solaciũ. Amicitia quidam gradus est hominibus ad dñm. Dilectione eñ mediante homo deo approximat: dũ ex hominis amico dei amicus efficitur. Audi deũ ad homines loquẽtem; quos in proximi dilectione firmauerat, et dicentem. Jam non dicam vos seruos: quia ser. nes. q̃d fa. do. eius. Vos autẽ dixi amicos, quia quecunq̃ audiui a patre meo, no. fe. vobis. Quia omnia (sicut plerq̃s sancti asserunt) in dñi ac proximi dilectione cõsistunt.

¶ In ꝗa amicitia nichil ẽ cupidũ, vel alꝰ ihonestũ.

Illud autẽ sciendũ q̃ in amicitia vera nichil est ihonestũ, nichil simulatoriũ, nichil lucri tẽporalis, aut iantis gloriẽ venatiuũ. Non eñ amor ille noie vel amore amicitie dignus est, q̃ alicuius mũdane vtilitatis obtentu cõtrahit. Amicitia siquidẽ ipsa sui causa est, ipsa sibi merces est, ⁊ lõge infra fines amicitie amor ille subsistit, quẽ expectatio ambiciosa, vl̃ spes q̃stuaria antecedit. Fons sane et origo amicitie amor est, et quasi genus ad speciem. Rã cum amor sepe sine amicitia sit, amicitia nunq̃ sine amore p̃sistit. Amor quãdoq̃ ex nature instinctũ, quandoq̃ ex motu carnali, quandoq̃ ex officio causam recipit, quandoq̃ ex ratione sola, plurimũq̃s ex ratione ⁊ affectione procedit.

¶ De naturali amore.

Natura amicitie originẽ, modũq̃ p̃scribit. Per hanc mater diligit filiũ. Per hanc gallina colligit pullos suos, et coinfirmatur in infirmis. Ursa etiam catulis suis immurmurat. Aquila quoq̃ volitat super pullos suos portãs eos i humeris suis. Sed et lamie mũdauerũt

mãmas suas, lactauerunt catulos suos. Amor induxit Jacob vt plangeret filium suum Ioseph. naturali amore impulsus est Dauid filiũ plangere parricidã, vt dicebat. Absalon fili mi/fili mi absalon, Quis mihi det/vt moriar pro te absalon: Porro naturalis amicitia, modestie legẽ sepe transgreditur, dei et sue salutis obliuiscens, ex nimia teneritudine ⁊ affectione parens. Ex officio contrahitur amicitia, dum ratione datur ⁊ accepti, mutua inter amicos gratia coalescit. Sed timeat q̃squis vere amicitie professor est, ne sub liberalitatis obtẽtu, venenum amicitie venalis obrepat. Sane pura ⁊ sola ratio amicitie causam prestat, cum aliquos diuina potius auctoritate, q̃ proprio affectu diligimus. Sic enim nõ solum pacificos homines, sed etiam discolos et pueros qui nobis oneri sunt et labori, pro christo (qui dicit diligite inimicos vestros benefacite his q̃ oderunt vos) brachijs sincere dilectiõis in christo amplectimur, eisq̃ sine omni fictiõe cõsulimus, cõdescẽdimus afflictis, et eorum onera compassionis humero supportam⁹. ex ratione simul et affectu amicitia generatur: vt cũ aliquid q̃ nobis dictat ratio diligendum, se, ppria virtute amabilem reddit. vt amor qui ex ratione castus est, ex affectione fit dulcis, hunc vero amorẽ diuine moderationis dispẽsatio introduxit: precipiens homini vt sic diligeret proximũ, sicut diligebat seipsum. Unde quia in hoc effrenis, ⁊ preceps erat humana voluntas, deus et frenum imposuit, ⁊ ne et liberũ esset extra modestie limites euagari: eum quez habebat ad se, coartauit ad affectum, ipsumq̃ dilectioni proximi proportione cõmensurauit. Ubi coartauit? Diliges proximum tuum (inquit) sicut teipsum. Credo q̃ teipsum diligas, si tamẽ diligis deũ. Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animam suam: ⁊ sicnecq̃ se diligit, necq̃ deũ. Uide igit̃ si huius dilectionis qua teip̃m diligis, putas mercedẽ aliquam exigendam: profecto nequaq̃. Quisquis enim p se sibi carus est, nec aliena, nec intrinseca ope indiget, vt ad se diligendũ vehementius excitetur. Ut ergo alium equaliter vt teipsum diligas, necesse est vt in ipsum transfundas illum quẽ habes ad te dilectionis affectũ: vt tibi sit q̃si alter tu: nec de huius amicitia fructꝰ queratur exterior. tibi ipa sit charitas que nunq̃ excidit, cuius fructꝰ gaudiũ est, ⁊ pax in spiritu sancto. hunc fructũ insinuans veritas, in euãgelio dicit. Posui vos vt eatis ⁊ fructũ affe. ⁊ f. vester maneat.

¶ De carnali amore.

Sane amor ex carne prouenies, sequitur aures et oculos suos p varia fornicãtes, atq̃ per eorꝫ aditus vsq̃ ad ipsam mentẽ, rerũ concupiscibiliũ imaginem introduxit. Sic more meretricio diuaricat pedes suos: omniũq̃ spirituũ immũdorꝫ spurcitie se exponit, productionis vite sibi spactũ pollicetur, cõtemnit terribilia dei iudicia, ⁊ hoc solum vite sue ascribit, q̃ indulget extraordinarie voluptati. Sic a vanis aspectibus impudicis verbis, et nutibus obscenis illectus, et attractus in malum miserabiliter captiuatur. Duq̃ duemẽtes quodam federe fedo in vna voluntate cõflantur, q̃ odibilius est deo, ⁊ anime pniciosius operantes, sese infelices, omnia lege amicitie facere arbitrãtur. Porro hec amicitia non ex deliberatione nitit, nec probatur iudicio, nec ratione regitur, sed sequẽs vage affectionis impetũ per illicita indiscrete captatur. Mimirũ nec modũ tenens iactatur, nec seruiens honestati, nec inter cõmoda ⁊ damnosa discernens. Spiritu siquidẽ vertiginis ducit̃, ⁊ effrenis concupiscẽtie flãmis exestuans, quasi quibusdam interioribus furijs agitat̃. Hec autẽ spuria degenerãsq̃ amicitia quã scilz libido cõtaminat, vel alterius pestis reatus icestat, delectabilis quidẽ ad tẽpus, sed ppetuo exitiales experitur effectus. Cito eñ preterit q̃ delectat, ⁊ permanet sine fine quod cruciat. honesta igitur ⁊ casta cõprobatur amicitia. In hac enim oia secura sunt, dulcia, pacifica, suauia ⁊ iocunda.

¶ Non est amicitia vera si sit questuaria.

Amicitia quã mundana cupiditas introduxit, fraudulẽta est, nichil certũ nichil securum, aut stabile habet. Bona hois amat/non hominẽ, amorẽ metitur ex questu, fortunam diuitis amplectitur, non personam. Juxta illud nõ est psone, sed prosperitatis amicus. Quã fortuna tenet dulcis, acerba fugat. Teste sacra scriptura. Est amicus ꝓm tempus, et nõ permanebit in die tribulationis. Mercalis est hec amicitia/que quãto attentius consentanea est cupiditati, tanto ardentius est a palatio amicitie relegata. Licet enim amicitie cultoribus, plurime cõmoditates ex ipsa soleãt obuenire: vera tamen amicitia in se ipsa fructus suos constituit, omnẽ spem futuri obuentus, mera liberalitate precurrit. A beneficijs quibus berzelai galadites Dauid fugientẽ a facie Absalon benigne suscepit, fouit, et inter amicos precipuos numerauit. Nemo credit amicitiã eorũ habuisse initiũ: sed causam prestitisse impense humanitati amicitie preuenientes affectũ. Notum quidẽ est q̃ rex illius ope nõ eguit. Cumq̃ vir ille opulentissimus esset, nullam a rege retributionẽ propter hoc expectauerat. Unde cum ei diuitias et delitias totius ciuitatis offerret, ille nichil suscipere acquieuit. Sic et illud venerabile fedus inter Dauid et Jonathan, non terrene vtilitatis expectatio, sed approbate virtutis contemplatio consecrauit. Emersit alterius vtrobiq̃ profectus, vt vita vnius alterius custoditetur industria, et vnius beneficio alterius posteritas minime deleretur. Non est amicitia in questu, non in assentatione, sed in veritate ⁊ fide: Audi beatum Ambrosium. Nõ est (inquit) amicitia vectigalis, sed liberalis. Virtus eñ est ⁊ non questus. non pecunia conciliat̃, sed gr̃a, nec licitatione precior, sed cõcertatione mutue benuolentie gignitur ⁊ fouetur. Est autem amicitie

suauissimus fomes, sinceritas affectionũ, mutua obsequela rerum honestarum, crebra collatio peculiaris, voluntatũ iugis et inuiolabilis fides. certe chusi arachites, amicitiam Dauid tanta fide studuit extollere et fouere, vt sollicitudinẽ securitati preferret, mortis pericula et labores, gaudio et quieti. preeligẽs amici cõmunicare doloribus, q̃ honoribus homicide: verbum ethay Bethei erat, cum fugeret dauid nudis pedibus de hierusalem a facie Absolon, et diceret ei Dauid vt reueterẽt̃. viuit dominus, nec in vita, nec in morte derelinquam te.

¶ Q̃ quedam amicitia cõmendatur: quedam reprobatur.

Amori qui ex cõcupiscentia carnis/aut ex concupiscentia oculorum/aut ex superbia vite causam ⁊ originẽ trahit, plurimũ affinis est amor mundi, qui totus de sola nouitate nititur. Juxta illud. Filij hominũ vsquequo graui corde vt. q. ⁊ d. v. ⁊. q. mendaciũ. Sunt etiam amores qui si ordinati fuerint, approbãtur: vt est socialis, fraternus, et coniugalis. Socialis, vt inter dauid et ionathan. huius amoris affectio Dauid vrgebat ad plãctum, vt diceret. doleo super te Jonatha frater mi, decore nimis, amabilis super amorem mulierum. sicut mater amat filium suum, sic te diligebã. Frater ⁊ sororꝫ dulcissimi amoris vicissitudinez in se gerunt/ac mutuos et indiuisos affectus cõsensu mutue voluntatis enutriunt. Sponsus ⁊ spõsa, domesticis affectionibus, indissolubili federe pudicitiã fidei coniugalis obseruant. Notandũ vero est, quandã amicitiam initialẽ esse, de qua beatus Augustinus scribit, eamq̃ describit. Colloqui scilz corde amico, beniuole obsequi, simul legere ⁊ conferre, dissentire inter se sine odio, sicut dissentit aliquis de seip̃o, desiderare absentes cũ molestia, venientes cum letitia suscipere, te amare amantẽ, p̃sentes defendere, excusare absentes, dentẽ detractorꝫ retundere/atq̃ oibus modis feruorem intime dilectiõis fideliter exhibere. Porro beatus Augustinus, quasdã hic primitias adhuc tenere dilectionis insinuat: cui boni et mali plerũq̃ cõmunicant. Nam illa de qua loquimur amicitia, inter bonos tãtum oriri solet, inter meliores proficere, inter optimos consummari.

¶ De origine amicitie.

Deniq̃ si amicitie inspicimus originem, a summa natura (que deus est) suam traxit essentia. Deus equidẽ mentibus humanis primos amicitie impressit affectus. Auxerunt illam vsus ⁊ experientia, ipsam diuine legis ordinauit auctoritas. Deꝰ equidẽ summe bonus, summe pietatis, potens, sibi in sua beatitudine (que ipse est) ineffabili gloria sufficiens: nec celo/nec terra/nec angelo/nec homine indigebat. Cui nimirum sufficiẽtiam omnis creatura protestatur, et dicit. Deus meus es tu, quoniã bo. m. non eges. Ipse omniũ existẽtium causa, sentientium vita, intelligentium sapientia, amor et gloria angelorum, dignatus est hominẽ ad se amandũ allicere, et ipsum p hec visibilia ad appetitum suorum inuisibiliũ inuitare. Unde non soliũ quatuor elemẽtis, sed oibus etiã creaturis quoddã amicitie vinculum, eterna ratione prescribit. Bona enim non essent, nisi mutuo sibi quodã amicabili federe consentirent. Legimus enim q̃ vidit deus cuncta que fecerat, et erant valde bona. Bona siquidem sunt inquantũ a deo sunt, pulchra sunt inquãtũ quelibet pars suo cõgruit vniuerso. Ordinata vero sunt inquantũ vnaqueq̃ res in hac vniuersitate congruũ sibi locum/tẽpus etiam sortitur ⁊ modũ. Locum, qꝫ angeli obtinuerũt celum, irrationabilia solum, Homo melior paradisum. Tẽpus, quia angeli in vno et eodem tẽpore facti sunt, homines diuersis temporibus creati sunt, et quantũ ad animam semper erũt. Irrationabilia vero, nec simul facta sunt, nec semperunt. Ceterum rationabili creature deus indixit hunc modum: vt si iusta est, beatitudinis particeps fiat: si iniqua est, eterne damnationi subiaceat. Irrationabili ⁊ insensibili creature, hic a deo prefixus est mundus: vt quia nec beata/nec misera esse potest, vel predestinatorꝫ saluti subseruiat, vel infelicitatem accumulet prescitorum. Ideo prouide Sapiens dicit. Aqua/ignis/et fenũ/lac/⁊ panis/et mel/botrus/vue/oleum/et vestimentũ. Sicut hec omnia sanctis in bonũ, ita impijs conuertuntur in malum. Sic deꝰ cui est summũ bonum, ⁊ incommutabile esse, cui est semper idem esse, dicẽte propheta. Tu semp idẽ ipse es: sic ordinat creaturas, vt singula naturã habeant que bona sunt/speciem que pulchra sunt, vsuz p quẽ bene ordinata, rationabili creature pficiunt. In hoc autẽ vehementer admiranda, ⁊ predicanda est sapiẽtia creatoris: quia cum nichil fecerit malum, ipse tamen mala nostra sic ordinat ⁊ disponit, vt nobis nocenda non noceant, sed ad correctionem vel vltionẽ nobis proposita proficiant ad salutem. maxime his qui diligunt dominũ. Diligentibus enim dominũ, omnia cooperantur in bonũ. Ipse ergo incõmutabiliter bonus, et beatus, solam rationabilẽ creaturam prouidit, et voluit sue beatitudinis esse capacem: vt idonea sit illi adherere diligendo et sperando, cuius imago est: atq̃ omnia desiderabilia sua in eius noticiam, et obsequium iactare, quem nosse viuere, cui seruire regnare est.

¶ Qualiter dilectio prius deformata peccato postea reformata est.

Demum per eorum preuaricationem, refrigescente charitate cupiditas subintrauit, que bona propria cõmunibus preferens, suspitiones, emulationes, contentiones, et odia introduxit: imago tamen creatoris, licet in homine sit corrupta, non est prorsus abolita. Propterea memoriam habet obliuioni annexam. Sciẽtiã vero, sed errori obiectam, amor

rem quoq, sed pronum ad cupiditatem. Celesti siquidem iusticie congruebat, vt qui libero abusus arbitrio, amorem suum a vero et incōmutabili bono, ad bonum fallax, et transitorium deflexerat, similitudinem dei sibi per rapinam vsurpans, addiceret similitudini iumentorum. Ideo enim homo cum in honore esset non intellexit cō.est.iu.et si.f.illis. Sicut profectum insolenter appetens, decidit in defectū. presumens deo esse similior, ei dissimilis factus, et deū perdidit, et seipsum. Nulla tamen preuaricatio ita imaginem dei potuit abolere, quin habeat in se qualitercūq beate trinitatis imaginem. Anima enī hominis sui reminiscitur, se cognoscit, se diligit, z sicut scientie sue reminiscitur, eamq cognoscit et diligit, sic etiam dilectionē, ac memoriā suam diligit, et eā reminiscitur, ac vtrūq cognoscit: vt videas quasi in vna substantia anime vnitatem et in tribus, scientia scilicet z memoria, z amore, in quibus est anime substantia, videre est trinitatis imaginē. Propterea credimus dixisse psalmistā: Ambulauit in imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur. Insinuans non deesse imaginem dei ex natura, sed inesse corruptionem ex culpa. Memoriā enim corrumpit obliuio, scientia obnubilatur errore, amor cupiditate degenerat. Sane soluto per Iesuz christum saluatorem nostrum debito preuaricationis antique, deleto cyrographo, cuius morti obligatio nos tenebat astrictos, triumphatis et principibus et potestatibus quibus nos addixerat diuina sentētia, cepit humana memoria reparari per sacrum eloquium, scientia restitui p fidei sacramentū. Amor etiam referuere, p illius quā christus in cruce nobis exhibuit, charitatis exemplū. Erit autem reformatio huius imaginis plena, nisi memoriam non interpollabit obliuio, non obnubilabitur scientia errore, nec amorem dei rei alicne cupiditas deprauabit. In prima hec erunt, vbi nullus erit locus obliuioni, viuentibus in eternitate, nulla subreptio erroris fruentibus veritate, nulla cupiditatis titillatio absorptis a charitate: Ibi erit summa pax, plena requies, eterna felicitas, felix et iocunda indeficiensq tranquillitas. Iterum ad amicitiam reuertentes, dicimus q amicitia oritur, conseruatur atq perficitur inter eos dumtaxat qui sobrie, et pie, et iuste viuunt in hoc seculo, nichil inhonestum volentes petere vel prestare, nichil agere, seu cōsulere aut consentire, qd displicere deo, vel in anime discrimen aut cōmune incommodum sentiant redūdare. Et sic quorūdā sententia reprobat, qui contra fidem, aut contra honestatē, seu contra rē publicam, bonumve cōmune, amicitiam existimant ineundā. Certe serui regis Saul fidem domino suo laudabilius seruauerunt, nolentes parere atrocitati eius in effusione sanguinis sacerdotum, q̄ doecydumeus, qui eiusdem sacrilegij malicia, se ad imperiū domini sui pariter inquinauit. Jonadab ammō consilio suo suggerens z procurans illius incestum, duz ad turpitudinem obsequium prestitit, crudelē amicitiam violauit. Patet amicos absalon, sancte fuisse amicitie transgressores, qui in regem suum, et in regnum prelia excitantes, cum Absalon perduellionis flagitium incurrerunt. Erubescant itaq vere nomen amicitie profiteri, qui eam viciorum assensu vel cooperatione contaminant, et honestatis vocabulo abutentes, mutue gloriā amicitie sibi sacrilega presumptione vsurpant. Porro qui non amat amicus non est. Ille autem nō amat, qui amat iniquitatem: immo illam proculdubio animam odit, cuius amat iniquitatem. et ita neq alterius amat animā, neq suam.

amicitia

¶ Q omnes virtutes anime ex dilectione dulcescunt.

TRia sunt quibus deo specialiter adheremus. Memoria, scientia, et amor. Memoria quippe quodāmodo cuiusdā eternitatis capax est. Scientia noticie, voluntas amoris. In his tribus primus homo, deum in memoria tenebat sine obliuione. Scientia cognoscebat sine erroze. Amore affectabat, sine alicuius rei cupiditate: Cumq in his tribus esset homo beatus, in tertio tamen, id est in amore, creatori suo tanto familiarius adherebat, quanto dulcius gustabat, q̄ suauis est deus. Quanto nimirum maior summi boni dilectio, tanto suauior in ea cum delectatione, et tanto plenior beatitudo. Licet enim memoria multa preterita retineat, licet scientia profundissima percipiat, nulla tamen delectatio ibi est, nisi se dulcedo amoris infundat. In rebus itaq ratione vtentibus, deus ordinat memoriam, scientiam, et amorem, vt amor ex memoria et scientia conualescat, et illa duo in amore dulcescant. Ex his formatur z firmatur in hoibus quibusdā affect⁹ in dominū: et inter se quedā blāda z socialis cōmunio voluntatū. Deniq in creatione hominis fedus z miraculum sociale, specialiter cōmendatur. Non est inquit deus bonum esse hominē solum. faciamus ei adiutoriū simile sibi. et ad maius et expressius, munus, iudiciū, vnius substantiam de alterius substātia propagauit. Ideo etiam de latere ade socia eius assumpta est, vt qui collaterales erant/etiam essent vita et moribus coequales. Sic natura primitiuos amoris affectus in hominuz cordibus exarauit, quos sensus interior postea quodam diligēdi vsu, quasi quodā gustu dulcissime suauitatis adauxit.

¶ De dilectione amici et que eam impediunt.

IN cōtractu amicitie multa veniunt, ex quibus formatur amicitia z firmatur, atq cōtinuū in se recipit incrementū. Cum enim amicū talem esse oporteat cui cōr tuum et omnia cordis archana cōmittas, prius eligēdus, deide probādus/deniq admittēdus, demū summa tractandus reuerētia: z cōtinua deuotione colēdus.

vt autem in amicitia ordinate vniuersa procedant, in deo primitus velut in fundamento/dilectionis primitie cōsecrentur. Postea vero electio probatione, consensu, et iugi familiaritate amicitie foueatur vt sit in ea non solum stabilitatis, sed quoddā eternitatis exemplar. Sic ergo tu illius, z ille tuus sit, vt non in spiritualibus intervos neq in corporalibus, aliqua obrepat animarum, sententiarū, affectuum, verborū ve dissentio. Amicitiā enim firmāt, atq pficiunt, electio, probatio, admissio, rerum diuinarum etiā humanarū cum benuolentia z charitate plena consensio. ad electionem autem pertinet vt nullus in amicitiam eligatur, cuius opinio alicuius criminis enormitate laboret. Poterit tamen eligi et admitti, si altas sit cōmendabilis vite, et facile sanari valeat a vicio: cuius turpitudo mores eius cōmendabiles decolorat. Sunt autem quatuor vicia quibus preclarus nitor amicitie sepius obfuscatur. Hec sunt. iracundia, instabilitas, suspicio, atq garrulitas. Sacra scriptura de iracundo sic dicit. Noli esse amicus homini iracundo. Ira enim furor breuis est. Unde et scriptura eadem subiungit. Ne ambules cum homine furioso. Item Salomon. Ira (inquit) in sinu stulti requiescit. Et in ecclesiastico. Est amicus qui odiuz et iram atq commissa vel conuicia denudabit, vbi quidam ex proprie complexionis naturali cōditione iracundi sunt, sul tamē motum animi vsq ad ea que (testimonio scripture) dissoluunt amicitiā, prōcedere non permittunt. Tales q̄ diu eorum certa est affectio, patienter expedit tolerare: et excessum verbi z operis, blande corrigendo, z benigne docendo, vel dissimulare patiēter, vel amicabiliter indulgere. Ex vicio iracūdie solent quinq vicia, quor singulis amicitia sepe dissoluitur, quasi quinq hydre capita pullulare. Hec sunt. Conuiciū, improperiū, supbia reuelatio secreti, et plaga dolosa. Audi non mea, sed sacre scripture verba dicentis. Qui cōuiciatur amico, dissoluit amicitiā. verūtamen si amic⁹ aliqua surreptione verbū preuentus aliquod triste protulerit, si consiliū suum tuo pretulerit, In his et cōsimilibus amicitiā dissolui non expedit. Est enim adhuc, sicut idē sapiens ait, cōcordia ad amicū, excepto cōuicio, improperio, superbia, mysterij reuelatione, et plaga dolosa. Ideo autē conuiciū vulnerat charitatē, quia quicquid ira instigante aliquis dixerit in amicū, verum estimatur ab alijs eo quod prolatū sit a conscio secretorum. Improperiū vero detestabile est, cum quis scilicet falsa objicies, pfundit confusibili ruboze innocētis faciem, grauans eius opinionē exterius, z interius charitatē. Superbia humilitatis inimica, est eo potissime detestanda, quia remedium penitendi, aut humilitatem cōfitendi excludens, reddit hominem audacem ad iniurias, ad correctionem z cōsilium contumacem: Deniq mysterij vel secreti reuelatio execrabilis est, quia quicquid inter amicos erat amoris, aut gratie impudenter euacuat, et omnia felle amaritudinis, et odio indignationis aspergit. Ideo sapiens dicit. Qui denudat archana amici, perdit fidem. Et paulo post. Amici mysteria denudare, desperatio est anime infelicis. reintegratio enim amicitie desperanda est in eo, qui primam irritam fidem fecit: et reuelādo que sibi commissa fuerant (tanq deo) vniuersa turbauit. Plaga dolosa morsus est serpentis, et aspidis. Verbum enim Salomonis est. Si momorderit serpēs in silentio, nichil eo minus habet qui detrahit in occulto.

¶ Exempla eorum que amicitiam impediunt.

VT de conuicio, atq ceteris et improperio subijciam⁹ exempla, recolamus q cum semey sequeretur conuicijs Dauid a facie Absalon fugientem, inter verba dauid testamentaria, semey mortis supplicio sentētia celestis addixit. Exemplum de pena improperij habes, quia cū nabal carmelus improperasset sancto dauid q esset seruus et fugitiuus, idez Nabal a domino percussus interijt. Penam superbie habemus in Amon filio Naas regis amonitarum. Cum enim rex dauid diu cum rege naas amicitiam coluisset, et eo mortuo, filio eius Amon fedus amicitie obtulisset: ille superbus z ingratus amico contumeliā adiecit contēptui: in cuius criminis vltionem, Dauid eum, et populum eius, vrbes etiam ipsius, igne z gladio deuastauit. De reuelatione secreti exemplū habemus in achitofel: qui consentiens filio parricide, cum et patris sui Dauid perdidisset consilium, dignum flagitio proditionis finem imponens, laqueo se suspēdit. De veneno detractionis exemplū habemus in maria sorore moysi: que dum fratri suo presumptuose obuiando detraxit, deus lepra percussam, et a castris eiectam, septē diebus a populi cōmunione prescidit. Non solū iracundi, sed z instabiles et suspitiosi debent esse ab electione amicitie alieni. Cum enim magnus sit amicitie fructus securitas, qua te credis et cōmittis amico: quomodo potes esse de illius amore securus, qui circunfertur omni vento, qui pthei vultus, tota die induit, et in eadem voluntate (vel etiam ad modicū) non subsistit? Suspiciosi quoq longe sunt ab electione amicitie relegandi. Nichil enim amicitie magis congruit q̄ quedam pax, et quieta tranquillitas cordis, at suspiciosum semper curiositas inquietat, timori stimulos suggerit, z multiplicem turbationis materiam subministrat. Si enim amicum viderit alij secretius colloquentem, proditionem putat. si amicum se alij benuolum et iocundū viderit exhibētem, se contemptū existimat, correctionem amici interpretatur odiū, Laudē vero irrisionē. sic in oibus peruersus est, immēsa peruertēs. Linguosos ad amicitie secreta non arbitror eligendos. Elit enī linguosus nō dirigetur in terra. et testimonio Sapiētis. Si videris hominē promptū ad loquendū, non plus de

ipso sperare poteris q̃ de stulto. Talem itaq; tibi eligas in amicum, qui tuis moribus, qui tue conueniat honestati. Nam (teste beato Ambrosio) inter dispares mores amicitia esse non potest. Licet autem iracundia/instabilitas/suspitio et verbositas frequenter soleant electionem amicitie impedire, michi tamen videtur, non esse ab hac electione amicitie repellendos, qui patientia repriminunt iracundiam: leuitatem debita grauitate cohercent, qui vera dilectione suspitiones euacuant. et istos probatiores crediderim et potius ad amicitiam eligendos, tantoq; deuotius amplectendos, quanto fortius cohibẽt vicia virtutibus, et pugnantes contra se, voluntatib⁹ propijs dominantur.

¶ De fide amicitie: et que in amico diligenda sunt.

Probatur amicitia fide/intentione/discretione/patientia. Fide per quã te et omnia tua ei quem diligis, sine vlla suspitione cõmittas. Intentione vt nichil ex amicitia nisi deus, et naturale bonum (cuius ipse auctor est) expectetur. Discretione, quid amico prestandum sit, in quibus enim pro amico tristandum, vel in quibus ei congratulandum, in quibus denicq; corripiendus sit, aut in quibus, et qualiter tolerandus, diligenti cautela, et exquisita examinatione disquiras. Fides in amicitia maximum locum tenet. Ipsa enim custos amicitie, et nutrix est: ipsa in letis et tristibus, atq; in quolibet vite statu, se prebet equalem: intuens eodem oculo amicum diuitẽ, vel mẽdicum, fortem, aut debilem: sanum, aut egrum, humilem, aut sublimẽ. Ipsa tamen in ea que circa animũ accidunt, diligẽtia propensiore attẽdit. Ea vero que extra animũ amici sunt, non multum cõsiderans, si assunt nõ magni facit: si abfuerint nõ requirit. Sunt autem circa animũ hominis morum genera, et virtutes/extra animum, fama, diuitie, et honores. Et notandum q̃ sicut aurum in conflatorio, sic fides in necessitate probatur. Scriptũ est enim. In necessitate probatur amicus. et idẽ. Amici diuitis multi: sed in diuitijs fides amicitie latet. Qui simulatorie amat, in ꝓsperis erit aduersarius, aduersis deponet laruam. dilectio hypocritarum in procella turbinis: et fucum subornate familiaritatis reteget. Qui nunc blande obsequitur, et se ad vere amicitie regulam, sophistice cõmetitur. Verbũ salomonis est. Omni tẽpore diligit qui amicus est: vel semp in angustijs cõprobatur. Et arguens infidelem de⁹ inquit. putridus et pes lassus qui sperat super infidelẽ in die angustie. Nec solum aduersitate, sed etiam silentio secretorum, examinatur amicitie fides. Euãgelica quidẽ sentẽtia est, q̃ qui in modico fidelis est, et in multo fidelis erit. Si ergo fidem amici operiri volueris, nec ei ꝓuius tui cordis archana cõmittas, sed aliqua exterioza et modica, de quibus non magnum emergat dispendium si fuerint reuelata. Et ea nichilominus sub ea cautione et adiuratione terribili credas, ac si obessent prodita, et celata prodessent. Probatus igitur qui erit in minoribus, eum securius poteris in maioribus experiri. Denicq; si fama sinistrum quid de te diuulgauerit, aut detractor aliquid turpitudinis tibi absenti inusserit, et ille nullatenus inclinari valeat ad credendum, nulla moueri suspitione, nulla dubitatiõe nutare, q̃ fides eius certa sit et stabilis, nulla tibi debet cunctatio superesse. Legimus in libro Valerij maximi quẽdam suggessisse platoni, q̃ zenocrates eidem multipliciter detraxisset, et hocipsum relator efferebat iuramẽto firmare, cui Plato. non est credibile, q̃ me non amet quẽ fideliter amo. Cumq; criminator instaret, plato subiecit. si hoc in me dixerit hec ipsa in me expedire cognouit. Egrotabat alexander, et de cõmuni sentẽtia medicorũ, Philippus medicus, ⁊ amicus eius, ei medicinam suis confectam manibus porrigebat: Supuenerunt littere parmenionis hortantis, vt rex philippi caueret insidias. vtpote quem darius pecunia corrupisset. quibus lectis, ille hausit incunctãter, ac tunc tradidit philippo ad legendũ. Ex suo nimirum amore affectũ pensans amici, in ipso mortis nũcio vicium suspitionis excludit. Quedaz vero que in amici probatione, vel reprobatione potissima sunt, Flaccus paucis versibus claudit dicẽs. Absentem qui rodit amicum, Qui non defendit, alios culpare suetus, Qui captat risus hominũ, famãq; dicacis, Fingere qui non visa potest, cõmissa tacere. Qui nequit, hic mendax, hic est infidus amicus.

¶ Quibus modis probatur intentio diligentis.

Restat inspicere qualiter intentio sit probanda. Sunt enim q̃ non intendunt, aut sperant in amicitia, nisi questum. Tales sic amicos suos diligunt, sicut bouẽ aut asinum suum, de quibus expectant non gratiã, non pacẽ mentis captant, sed lucrum. Illius itaq; quẽ in secreta tue familiaritatis proponis admittere, probetur intentio, ne spe cõmodi tẽporalis, intire tecũ amicitiã velit. Mercalis est enim intentio, ⁊ non gratuita. propterea solidiores inueniuntur plerũq; pauperum amicitie, q̃ magnatũ. Diuitibus eq̃ dẽ assentorie gratificatur a multis. Nullus vero erga inopem simulatorie agit: sed purior est erga pauperẽ charitatis affectio, quãto nulla circa eum subest adulationis, vel simulationis occasio. Si ergo videris hominem aliquem anxie appetentem qõ per te prestare vel per alium possis, si in huius rei obtentu ei aliquis preferatur, facile qua tibi adheserit intentione patebit. Nam in huiusmodi casu nunc ex directione oculorum, nunc ex vultus auersione, nũc ex verbo subtristi, nunc ex risu ficto, nunc reuerentia et obsequio negligentiore, ambiciose mentis egritudo poterit deprehendi.

¶ Q̃ necessaria sit discretio in amicitia.

Discretio inter amicos plurimũ necessaria est. Sicut enim nauis sine remige, sic spiritus amicorum sine discretione, motu quodã irrationabili ⁊ instabili circunferẽ: Tales sunt qui leues amicorum reatus ferunt impatiẽter, austere corripiunt, et in suis actionibus precipites negligunt magna, contra minima inflãmantur, et omnia cõfundentes, non personã, nõ locũ, aut tẽpus, seu casum ignorantie aut necessitatis, attẽdũt. Talis ex indiscreto animi motu nescit quibus/quãdo/rem publicare debeat aut celare.

¶ Q̃ per patientiam probatur amicitia.

Probetur etiaz amici patiẽtia si oportunũ videris eum durius arguendo, vt exercea tur eius tolerantia et probetur. Q̃ si quãdoq; incauta secreti reuelatiõe, vel aliqua leui transgressione te offenderit, non ideo ab eius electione, vel dilectione resilias q̃diu correctionis aliqua spes supersit, nec te in eligendis aut probandis amicis tedeat exactissima deliberatione versari, cũ ex tali studio percipias desiderabilem fructum, medicamentum scilicet vite, et iugis leticie solidissimũ fundamentũ. Vide tamen ne (sicut frequenter accidere solet) quidã amoris impetus probationis spacium precurrat, et precludat probandi iudiciũ. Vir itaq; prudens paulatim cohibeat, et refrenet hunc impetum, vt benuolentie modum imponens et regulam: discretũ in affectum transeat, et se tandẽ amico premissa probatione cõmittat. Necessaria enim probatio est inter homines parũ bonos, vel vbi est bonorum malorumve cõmixtio: sed examinatione non indigent quos probauit deus, quorum iam conuersatio est in celis, quos vnius moris in domo facit regularis conditio, equalitas voluntatis, fida et certa cõmunio charitatis: inter quos quisq; alium sic diligit vt seipsum: atq; omniũ exultatio, affectione mutua propria efficere singulorũ, vbi vniuersitatis gaudium qõ de consciẽtie bone testimonio interiore cõtrahitur, cõmunione charitatis, et amicitie beneficio, quilibet facit suum.

¶ Quibus amicitia est fouenda.

Fouenda est amicitia cũ exactissima sollicitudine, et cautela in primis omnis ab ea relegetur suspitio. Ipsa enim amicitie venenũ est. In hoc ergo nostre mentes, quasi vel i portu solidiore firmenẽ, vt nec de amico male sentire, aut male dicẽti de illo credere, nec vel in modico consentire possimus. Si videris aliquẽ alios omnes habere suspectos/ in singulis suspicantẽ proditionis insidias, nullum diligentẽ; nec se diligi ab aliquo existimantẽ, hunc dãnabiliter miserũ reputare debes. ediuerso eum felicissimũ puta, qui sic amat omnes, vt amari mereat ab omnibus, vt sue mentis tranquillitas nullo timoris, aut suspitionis scrupulo moueatur. Sic ergo fouenda est amicitia, vt sit in nostro sermone iocunditas, hylaritas in vultu, suauitas in moribus/et in ipso aspectu quedam oculorum fauorans, et grata iocunditas. Sic enim in honestis reb⁹ crebra collatio, cõmunicatio vera archanorum, in alternis voluntatibus mutus obsequela. Veritas in euãgelio loquens ait. Iam non dicam vos seruos. vos autem dixi amicos meos, quia omnia quecunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Et rursum. vos amici mei estis si fe. q. e. pre. vo. In his verbis (sicut ait beatus Ambrosius) dedit nobis formam amicitie quam sequamur, vt secreta nra reuelemus inuicẽ, et amicorum voluntatem alternatim faciamus. Amicitia itaq; vicaria cũ gratulatione nutritur, et si seuerior amici facies quandoq; maturam exhibeat grauitatem, ipsa grauitas tanto cõmendabilior erit, quanto benignius ad affectum descenderit socialem. Nimirũ, lex amicitie superiorem humilior cohumiliat, vt qui ordine, dignitate, vel sciẽtia preminent, plurimo humilitatis spiritu minoribus condescendant.

¶ Q̃ dei aut nature dona et non alia sunt in homine diligenda.

Existimet autẽ homo bona dei et nature munera reputanda specialiter in amico, et omnia que exẽpla sunt, hec pro nichilo existimẽtur. Amicitia itaq; non gemmis ornatur sed cõsensu, non delitijs impinguatur, non tumescit honoribus, nõ amplis possessionibus dilatatur. In amico igit nature consideretur equalitas, non fortune circumpendentia, vel accidentia requirãtur, sed sic animorum paritas inter amicos vniuersa disponat, vt descẽdat sublimis, humilisq; ascendat, ditescat pauper/et diues indigeat, et ex cõparis affect⁹ cõmunicatione, fiet equalitas. Sic scriptum est. Qui multum habuit, nõ abũdauit. et qui modicum: non minorauit. Lex amicitie est, tanto reuerentius amicum suscipere, quanto maiori necessitate intelligatur laborare. Jonathas amicus dauid, non successionẽ in regno, non patris cõminationes attendens, seruum sui patris quẽ in amicitiam susceperat, a patre fugatum, morti addictum, in heremo abscõditum, sibi ad regni gloriam preferebat. Tu eris (inquit) rex, et ero secundus post te: Audiant homines venerandũ amicitie verbum, et imitatione dignissimũ. Saul dauid querebat ad mortem, ⁊ proditionis arguens sacerdotes, eos solo suspitiõis ĩuitu trucidabat. Rupes ac mõtes, ⁊ valles, et nemora militibus obsidebat: omnesq; principes coniurare in dauid exitiũ compellebat. Solus Jonathas, q̃ dauid q̃si emulo exheredatori suo inuidere poterat, aut offendi resistebat deferebat amico, ꝓhibebat afflicto solaciũ, et amiciã regno preferẽs, Tu eris (inquit) rex, ⁊ ego ero post te scõs. Vrgebat saul ionathã pueriljs: vrgebat terribilib⁹ minis vt animũ eius i dauid odiũ, puocaret. Cũq; saul mortĩ sentẽtiã dictaret in dõ, Jonathas q̃si a sua pris hũaniter

appellās, quare (inquit) mozietur dauid: quid fecit? ipse posuit animā suam in manu sua, et pcussit philisteum ⁊ letatus est. Quare ergo mozietur? Saul vero in vesaniā versus, nisus est eius latus lancea confodere, et improperia Jonathe superaddens, vocauit eum filium mulieris virū vltro rapiētis. adiecit, et q̄ diligeret Dauid in cōfusione ionathe, et ignominiose matris eius, totūq̄ virus inuidie euomēs, atq̄ ambitionis ⁊ odij suscitare cupiens incentiuū, q̄ diu (inquit) vixerit filius ysai, non stabilietur regnū tuū. quē non moueret hec verba: cuius amicitiā non depauarent in odiū? Quis se, ⁊ generationē suam alij non preferret? Quis fidei cōpromissum in hac parte non rumperet? Pozro fortis et verus amicus ad omnia patiens, et ad minas amicus filijs ⁊ honorē eius honori ꝓpato anteponens in oibus memor gratie, ⁊ immemor gloriē. Tu eris (inquit) rex, ⁊ ego ero post te secundus. Teste tullio. Quidā erāt qui pferre pecuniā amicitie sordidum estimabant. Illos autē erat impossibile reperiri, qui honores, magistratus, imperia, potestates, amicitie non preponāt. Imbellis enī ⁊ mācā est humana natura ad obiectā sibi potentiā condēnandā. sed inuētus est Jonathas victor nature, ⁊ cōtra naturā contemptor potestatis ⁊ gloriē. Hec est amicitia vera, stabilis ⁊ eterna, que si tētata sit arietibus, et machinis pulsata, nō nutat, nō suspitione mouetur, nō inuidia, vel ambitione, non iniurijs, nō contētionibus vel imperijs lacessita vacillat, sic amicitia equalitate fouetur. Unde beatus Ambrosius. Defer amico vt eqli, nec te pudeat amicum preuenire officio.

¶ Que et quanta liberalitas in amicitia requiratur.

Ex prima est amicitie, sicut scriptorū clamat auctoritas, vt non nisi honesta petamus ab his quos in amicitie sinu recipimus, eisq̄ postulātibus aliquid non cū difficultate ⁊ dilatione, aut cōsensuum contrarietate cōmodemus. Scriptū est, per de pecuniā ꝓpter amicū. Si pecunia ꝓ amico perdēda est, multo fortius eius cōmodis ⁊ necessitatib⁹ exhibenda. Pozro nō omnes ꝓoia, sed certi per certa, ditiores aut pauperes inuenīūtur. Ideoq̄ non oia possumus omnes. abūdat iste pecunijs, ille agris, alter honoribus, alius plus in ꝓsilijs pōt, ali⁹ in familiaritate potētiū. Quicquid autē amico impenderis, nunq̄ improperio recoles. Illud est iacobi verbū. Si quis (ait) indiget sapiētia postulet a deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat. Quotiens igitur amico donaueris non auertas faciem, non frontem obducas, non deponas oculos, non mercedem expectes, non differas aut prolonges, sed hylari vultu, serena facie, et sermone iocūdo condire studeas munificentiā tuā, et quasi voluntatem petentis presagiens occurras, et desiderīū eius liberalitate precurras, vt non rogatus videaris prestare que donas. Animus igenuus nichil magis erubescit q̄ petere. Cum ergo tibi debeat esse cum amico anima vna ⁊ cor vnuz, absurdū est, q̄ non sit vna cum amico pecunia. Sic petiturū beneficijs preuenire curemus, vt ille qui accepit potius videatur prestare gratiā, q̄ ille qui dedit. Booz aduertens inopiam ruth moabitidis colligentis spicas post messores suos, alloquitur eam, consolatur, et inuitat consortium puellarum, eius etiam verecūdie parcēs precepit messoribus spicas de industria relinquere, quas illa posset sine pudore colligere. Sane ab hac liberalitate neminē paupertas excusat, et vtinam omnes essent paupes spiritu, vberior enim esset in beneficijs, mutue benignitatis obuētus. Sapiens dicit. Felicissimā agerent homines vitā, si duo verba essent sublata de medio meum et tuum. Seneca refert in lib. de beneficijs: q̄ cum multi multa pro suis facultatibus doctori suo Socrati obtulissent Eschines pauper eius auditor nichil inquit dignum te, qd̄ dare tibi possim inuenio, et in hoc pauperē me sentio, hoc solum qd̄ habeo. i. meipsum tibi do. Ceteri tibi multa dederūt, ⁊ sibi plurima reliquerunt. Ego quod sum et qd̄ habeo, tibi dono. Cui socrates Magnum munus dedisti, nisi te parui existimes. Gratum habeo donum, et illud melius reddā tibi de suo. Seipsum itaq̄ dedit, qui qd̄ daret de bonis fortune non habuerit: ⁊ sic inter paupertatis angustias, liberalitas materiam inuenit largitatis. Si ergo filius christi es aut petri discipulus, vt possis dicere aurum et argentū non est mecū, habes qd̄ auro preciosius est et argento. potes pro amicis orare, consolari afflictos, lassos erigere, compati patientibus, et gaudentib⁹ cōgaudere. Potes docere ignaros, propriam reputare desolationem alterius, potes sustinere discolos/pusillanimes roborare.

¶ Quanta discretione benefaciendum sit amicis et cautela.

Illud autem inter amicitie mādata prouida dispensatione curetur, vt cum omnes amicos tuos diligas: non tamē vniuersos munificētia equali ad beneficia vel honores, oblata oportunitate promoueas. Sunt equidem plerique qui se non diligi cōqueruntur et credunt haberi contemptui, si alios et non se, viderint curis et officijs implicari. Tu vero solerter attendas nunquid possis prestare, sed quid, et quantum ille cui donauerīs ferre valeat, et sufficienter implere. multos in vere amicitie sinu recipimus et fouemus, quos sine dispendio fame nostre, ipsorum sine periculo, sine scandalo cōmuni, ad eminentiam quam appetunt erigere non valemus. Virtutem itaq̄ ⁊ prudentiam hominis nos metiri oportet, vt in distributiōe bonorum preualeat ratio, non effectus, suas tamen partes in talibus obtineat liberalis affectio, vbi virtutum equalitas inuenitur. Alias tamen nemo autumet se contēptum, si ei melior preferat. Sane dominus Jobanni pretulit Petrum: nec affectū subtraxit discipulo quez diligebat. Petro cōferēs principatū. Claues regni celorū Petro cōtulit, vt celū aperiret ⁊ clauderet. Jobāni vero nobis aperēda sui archana pectoris reseruāit. Petro cōmisit curam ⁊ regimē ecclesie sue: Jobanni ꝓ curā ⁊ custodiā matris sue. Petrus ergo sublimior, sed Jobānes securior. Petrus exponit actiōi, Jobānes affectui. Petro suā passionē dñs indicat predicēs q̄ alius eū traderet, et duceret quo nō vellet. De Jobanne autē dicit: Sic eum volo manere donec rediam. Mō audet Petrus inquirere a dño quis eum traderet: Jobānes aūt innuēte Petro, qd̄ princeps apostolorū inquirere verebat, cōfidenter interrogat. Tali ergo modestia, ⁊ cōsideratiōe tam, puida: distribuant inter amicos officia: vt in omnibus p̄sit ratio non affectus, ⁊ iuxta omnē facultatē, qd̄ vnicuq̄ sit portabile, aut vtile discernat. Mō omnibus tū equalis affectio impendat: q̄ ꝓm mores, ⁊ cōuictū, ⁊ merita hominū, certa nobis diligēdi forma prescribit. Diligebat Jobānes a christo familiarius: sed dubū esse potest vtrū Petro feruētius. Paulus de tymotheo scribit se neminez ita habere in anima: De tyto loquēs. Cum venissem (inquit) troadē, non habui requiē spiritui meo: eo q̄ nō inuenissez tytū fratrē meū. Et idē. Cum venissem macedoniā, nō habuit requiē caro mea: sed q̄ cōsolat humiles, cōsolaturus est vos deus in aduentū tyti. Sit ergo inter amicos ratiōabilis ex moderata dispēsatione beneficiorū collatio: sit alter alteri manus, sit oculus, sit baculus sustētatiōis, sit mutua spirituū requies, sit angustijs refrigerij portus. Denicq̄ sic in amicitia cōuersent, vt ad illū amorē cōscendere mereant: quo christus toto corde diligitur, vt plurimū in eo amicitie fructum carpent quando timore sublato, ⁊ sollicitudine quā nunc sibi vicissim exhibent, plena et eterna securitate fruētur.

¶ De reuerentia exhibenda inter amicos, et de mutua correctione inter eos.

Amicus preterea sic faciē reuereat amici/ vt aures vel oculos eius verbo/seu gestu/ vel opere nō offendat. Optimus amicitie comes, ⁊ ornamētū preciosissimū: verecūdia est. Et e diuerso/pemptoria eius est inuerecūdia, ⁊ arrecte frōtis infrunitas. Plerisq̄ accidit q̄ tracūdie ignis in eorū corde cōceptus, iam pdiret in publicū: aut cū iam verbū cōtumelie prupisset ad fauces, supueniētis aspectus amici, sedabat estuātis motū: turbatāq̄ mentis faciē quodā placore vultus, ⁊ auctoritate venerabili subito serenabat. In hoc etiā apparet amicitie magna virt⁹: qd̄ in suadēdo vel dissuadendo aliquid plurimū potest. Quippe cū nec fides ei⁹ sit dubia: nec blāda ammonitio sit suspecta. Amico igit̄ qd̄ honestū est suadeas aperte/libere/ ⁊ secure: et si vtilitas eius exegerit, eundē nō timeas obiurgare: cū aūt plerūq̄ molesta sit ammonitio, ⁊ ꝓpter hoc amicitia qñq̄ turbet: iuxta comicorū illud: Obsequiū amicos: veritas odiū parit. Illud quidē obsequiū damnabile est/ qd̄ amicū indulgentiore in vicijs facit: Fiat itaq̄ ammonitio non acerba, obiurgatio non cōtumeliosa. Affit honesta et suauis affabilitas: omnis autē assentatio sit pcul, ⁊ a cōditiōe amicitie aliena. Verbū Ambrosij est: Si quid vicioszz deprehēderis in amico, illū patus occulte corripe. Si te nō audierit, corripe euz palam. Si vero se ledi putat, tu tū corripe. Et si animū ei⁹ vulneret amara correptio, tu tū corripe. Tolerabiliora enī sunt amici vulnera, q̄ adulantiū oscula. Sicut romani scribit auctor elo quij, obiurgationes nonunq̄ necessarie sunt: quas fieri oportet ⁊ maiore vocis cōtentione, et acriore gravitate verborū: ita vt videamur irati. Verū sicut adiuuandū ⁊ secandū, sic ad hoc genus castigandi inuiti, ⁊ rarissime veniamus. maxime si nulla alia medicina supersit. Ira vero pcul absit: cū qua nichil considerate, nichil recte fieri potest. Castigatio ergo ex grauitate ⁊ clemētia condiat: vt repellatur cōtumelia, et qui obiurgat seipsum esse causam huius acerbitatis cognoscat. In oīibus denicq̄ seruet censura modestie: ne videatur quis iracūdie sue plus satisfacere, q̄ amori. Sūt enī qui ebullientē interius estum vesanie noie zeli palliant et colorāt: sed qui sequūtur sue mentis imperū: et non potius rationem vi⁹ vnq̄ in corripiēdo pficiunt. Sit ergo (quesso) in corripiendo sermo tristior, defectior vultus, intercipiāt verba singultus, et lachrymādo sentiat q̄ corripitur: totum hoc ex amore, nō ex rancore pcedere. Si primā correptionē recipiat, vel secundam: iterū ora, ploza, suspira, ⁊ vocē gemitus intercidat: agat amicus in veritate quicquid emollire potest alteri⁹ animū: nichil tū sit in verbo, vel plāctu, aut gestu, simulatione aliqua suborнatū. Simulatio siquidē ⁊ assentatio, due virulentissime pestes sunt: que semp, pcul ab amicitia relegēt. Verbū sapiētis est: Simulator ⁊ callidus puocat iram dei. Per callidū intelligis adulatoris astutiam. Sicut comicus expimit in gnathone. Negas, ait quis: nego, ais, aio. Postremo imperaui egomet mihi, omnia assentaui. Scriptū est per ꝓphetā. Popule meus q̄ te beatificant, in errorē inducūt: ⁊ viam gressuū tuorū dissipant. Item de assentatoribus loquit ꝓpheta in persona populi infidelis. Videte vobis vana loquimini/ vobis placētia. Et rursus ꝓphete ꝓpheta bant mendaciū: et sacerdotes applaudebant manu: ⁊ talia dilexit populus meus. De simulatore iterū Salomon dicit. Simulator decipit amicū suū, ⁊ tēpore aduersiōis meditabitur dolū. Amici ergo correptio tota de medullis anime, et de intima cōpassione pcedat: vt sic se habeat in melioratione amici, sicut circa se fieri ꝓphetā desiderat dicens. Utinā corripiat me iust⁹ in misericordia: et increpet me o.a.p.n.i.ca.m. Sic autez simulatio et assentatio amicitie intoxicāt prauitatem: sic dissimulatio inter amicos quādoq̄ parit ⁊ nutrit affectū paritatem. Est enī quedā dissimulatoria seu dispensatoria correctiōis dilatio: pro loco, ꝓ tempore, ꝓ ꝓsona. Nam si

amicus publice, ⁊ in palpebris cōmunis fame delinquerit, nō est subito vel publice obiurgād⁹: sed quantū salua lege amicitie fieri potest, decet nos eī⁹ dissimulare, aut excusare eratū: ⁊ ad correctionē eī⁹ tempus exquirere oportunī⁹, et familiare secretū: dū eñ ex turbatione recenti adhuc est inquietus eger animus, cauta dissimulatīōe opus est: donec mētis nubilo serenato, auris pacatior verba blande monētis admittat. Certe cum rex Dauid adulterio proditionem adtecisset, corepturus eum ppheta Nathan, regie tamen deferēs maiestati/ nō subito, nō mente turbata, tanti sceleris ei crimen impegit: sed cōgrua dissimulatione premissa, et pposito enigmate competenti, sententiam contra se iudicantis extorsit.

¶ Non est amicus tolerandus si in aliquo enormi vicio incorrigibiliter perseuerat.

Frequenter autē repertre est aliquos qui non solum admissi, sed in amicitia tam firmati sinistra opiniōe laborāt: ita q̄ in suorum damnum, vel infamiā amicorū eorundem peccata redūdant. Vi salutaribus monitis sunt curandi: qui si se incorrigibiles exhibuerint, nō statim rumpēda est amicitia, sed paulatim (sicut elegāter docet quidā sapiens) diffluenda. Et hoc ipsum exceptionem recipit. Rumpenda est eñ, si amici crimen adeo enorme est/ vt sine fame dispēdio tolerari nō possit: videlicet si cōtra fidem christi, si cōtra publicam vtilitatem, vel simile aliquid presumptione attentauit, diffluenda est amicitia. Ita q̄ non psiliatur ad iurgia, non ad seditiones, non ad contumelie verba. Inhonestum est eñ bellum cū eo gerere, quē tue familiaritatis secretariū habuisti. Amicitia dissoluta/ nulli maledicta cōgerant in amicos, nō susurrent in tenebris, non in angulis detrahant, nō excusent se mēdaciter vt alios dehonestēt. Soluta denīq̄ amicitia semper ei quē amicū habueras, hic honor exhibendus est: vt qui infert, nō qui patitur iniuriam sit in culpa. Amicitia igit nunq̄ a sua eternitate degeneret. Qui enim amicus est, semper diligit: ideoq̄ semper eum dilige qui te dilexerit: ⁊ si amicitia subtrahatur, cū eo dilectio pseueret. Consule fame, consule saluti, ⁊ pspice pacti eius: nunq̄ secreta amicitie pdas, licet ipse pdiderit. In his cum omnibus ita caute ambules: ne bonū odorem opinioni tue et cōsulendo, aut alias colloquendo, aliena criminatione cōtamines. Sed sic statum animi ordines: vt nullus amor religioni, aut fidei, seu paci multorū, patrie, vel saluti preiudicet. Rex equidē assuerus qui superbū Aman pre ceteris ad penitiora sue familiaritatis admiserat, in cruce suspendit: preponens cōiugij fidem ⁊ salutem multitudinis amicitie: quā ille cōsiliis maculauerat fraudulentis. Iahel vxor aber cynei: licet pax firmata fuisset inter sysaram/ ⁊ domum viri sui: illi tamen pacem populi preferens, caput sysare clauis malleoq̄ trāsfixit. Dauid rex licē de iure veteris amicitie Ionate posteritati pepercisse debuerit: audiens tamen ppter saul ⁊ domū eius, ⁊ ob sanguinē gabanitarū quos saul occiderat, populū a dño fame grauissima trib⁹ annis afflictū: septēviros de cognatione saul ⁊ ionathe gabaonitis tradidit puniēdos.

¶ Qualiter amicitia dissoluēda sit, ⁊ q̄ modeste.

Illud est in amicitie solutione notādum q̄ in partem illius qui amic⁹ est, solutio amicitie nunq̄ cadit. Qui enim leditur, ledenti amicus esse nō desinit: diligit nō diligētem: benedicit maledicenti: suum contemptorē honorat: seq̄ beneficiū exhibet sibi maleficia machināti. Turpe est maxime homini orthodoxo refricare iniurias, ⁊ odiorū sopites cineres denuo suscitare. In lege Moysi scriptum est: Nō queres vltionem, nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Cicero de laude Cesaris scribēs: Nichil (inquit) nisi iniurias obliuisci soles. Et in ecclesiastico. Qui vindictam querit, vindictā inuenet a dño. Apostolus. Memini malum, p malo reddentes: nec maledictum pro maledicto. In euangelio legimus q̄ ille qui seruo suo noluit misereri, datus est tortoribus/ donec vniuersum debitum persoluisset. Semper ergo sit in memoria gratia familiaritatis antique: nec eam superueniens vnq̄ possit malignitas abolere.

¶ Ex quibus causis/ ⁊ in quibus amicitia dissoluatur potius q̄ rumpatur.

Sunt autem quatuor in quibus amicitie disiunctio locū habet. Dilectio, affectio, securitas, atq̄ iocunditas. Dilectiōis est cōsulere, pidere, ⁊ amico beneficia exhibere. Ad affectionem vero spectat quedā iocunda ⁊ suauissima delectatio. Ad securitatē pertinet quorūlibet secretorum sine omni timore et suspitione cōmunicatio. Ad iocunditatem vero, de psperis ⁊ aduersis, de vtilibus atq̄ nocuis: atq̄ de omnibus quibus mens humana afficitur: amica et familiaris, dulcis et blanda collatio. In his itaq̄ amicitia patitur sectionem: q̄ licet dilectio in aliquo statu remaneat, subtrahitur tamen illi interior illa suauissime dilectiōis affectio, perit securitas per quam sua reuelabat archana, turbat iocūditas, quā blanda cōfabulatio serenabat. Adhuc etiam itaq̄ dilectio: sed gratia familiaritatis aufertur: veteris tamen amicitie vestigijs aliqua reuerentia semper impendenda est: nisi eam enormitas reatus eliminet.

¶ Explicit liber de amicitia christiana.

¶ Incipit de charitate seu dilectione dei. Liber primus.

Sicut precedētia docuerūt, amicitia vera nō est, nisi suum in dño habeat fundamētū. Eapropter cum amicitia donū dei sit iustus: vt qui ex dono dei diligit, nichil pter deū aut nisi ppter deū diligat: vt illuc flumina refluāt, vnde fluūt: nec riuus a suo fonte degeneret, qui de plenitudine gratie affluentis emanat. Illam siquidē vnice singulariter magnā atq̄ summā amicitiam pfitemur, per quam deus amicos nos vocare dignatus est, si eī⁹ pcepta fecerimus. Vos (inq̄t) amici mei estis: si feceritis q̄ precipio vobis. Hec dei amicitia est charitas: qua nos dilexit ante mundi cōstitutionē, et elegit in dilecto filio suo. Ipsa est fons omniū bonorū, omniūq̄ donorū que nobis a magnificentia supercelesti, puenīūt. Ab hac oīs amor legitimus ordinem, formāq̄ sortit: nec ordinata esse potest aliqua mētis affectio, nisi ab ea causam/ modū/ et ordinē mutuet. De hac ordinatissima charitate sapiētia in libro sui nominis dicit. Ab eterno ordinata sum. Hec ordinata a deo, ordinat angelos in ministerijs suis: hec studia ⁊ exercitia iustorū disponit in pfessionibus suis. Hac mediante ordinata est lex per angelos in manu mediatoris: sine hac amicitia inter hoīes ordinata esse non potest. Nam cū apostolus dicat: Omnia fm ordinē fiant in vobis. Et ipse iterū. Omnia vestra in charitate fiant. Patet ea ordinē non habere, que in charitate nō fiunt. Charitas via est, ⁊ vita virtutū: ipsa est via eminētior, ⁊ illic iter quo ostenditur salutare dei. Unde apostolus in pria epistola ad corinthios. Adhuc (inquit) viā eminentiorē demōstro vobis. Et idē. Scire supereminentē scientie charitatē dei. Hec via de qua Ysaias dicebat. Ambulabūt hac via q̄ liberati fuerint, ⁊ redēpti a dño: ⁊ venient in syon cū laude: fugiet dolor, ⁊ gemitus, letitia sempiterna sup capita eorū, gaudiū ⁊ letitiam obtinebūt. Charitas est preceptum dñi lucidum illuminās oculos. Ipsa eñ lumē cordis est, omnes sensus hoīs, et affectus clarificans ⁊ serenās: vt discat ⁊ sciat vbi sit lumen oculorū ⁊ pax. Charitas est oleum qō omni liquori virtutum supernatat, qō sanat, qō illuminat, qō oēm asperitatē ppria suauitate lenificat. Hoc oleo vncti apostoli ⁊ martyres, suauissimā reputabāt mortis amaritudinē, et immaniū seuiciam tormentorū. Christus eñ vnctus a deo pre participib⁹ suis, hoc oleo suos creditores, ⁊ exactoris iugū a facie olei cōputrescere facit. Spiritus (inquit) dñi sup me: eo q̄ vnxerit me. Charitas nō solū mortis, ⁊ supplicior amaritudinē significat: sed ⁊ ipsam mortē potētissima virtute mortificat. Nōne christi charitas pemptoria mortis erat: cū ipse dux vite/ morti sq̄ destructor, cōminaretur et diceret: Ero mors tua o mors: dilectio siquidē fortis est vt mors, immo fortior morte. Cum eñ mors vitam eripiat temporalem, nos ad vitam charitatis introduxit eternā. Illa nos a vita transitoria deiicit: hec ad vitam et gloriam sine fine restituit. Charitas est porta speciosa: que in euersiōe hierusalem portis alijs omnino destructis, integra ⁊ intacta permāsit. Charitas eñ nunq̄ excidit. Hec est speciosissima sunamitis: que Dauid in virginitate sua calefactebat: eo q̄ non poterat calefieri pellibus animalium mortuorū. Qui eñ versantur in operibus mortuis refrigescente charitate, cogitatiōe passionum christi denuo recalescūt. Hec est nebula que ad preces Helisei magnā excreuit in pluuiam. Cū eñ deum ex toto corde diligere incipit: statim non solum ad proximos, sed etiā ad inimicos beniuolentie stillicidia, et gratie fluēta diffundit. Mirum, charitas enim est oleum vidue: quod cōtinuum ex sui distributione suscipit incremētū. Mulier siquidē de vxoribus pphetarum vxor abdie clamauit ad Heliseū dicens. Ecce meus mortu⁹ est: ⁊ ecce creditores tollūt a me duos filios ad seruiēdum sibi. Impleuit ad vocem pphete vasa oleo quo debebat inungi. Sunt filij timor, et amor: qui vasa pauca non afferūt: quibus modo gratia oleum beniuolentie ⁊ deuotionis infundit: claudit tamen hostium cōscientie a fauore humane laudis, ne sine oleo inter virgines fatuas reputetur. Creditores sunt importunissimi exactores maligni spiritus: qui, p voluntate transitoria eternos exigunt cruciatus. Vicini a quibus vasa mutuo accipiunt: sunt angelice potestates, animeq̄ sanctorū, qui nos consilijs erudiūt et exemplis: quod oleum misericordie pximis infundamus: sciētes q̄ q̄diu vasa huiusmodi superfuerint nō stabit oleum: ⁊ charitas impensa pluribus, vberius sortietur augmentū: lingue angelorum, lingue hominum, sustētatio pauperum atq̄ martyrū, sine charitate nichil sunt: vt pphetia predicit. Sciētia comprehēdit, fides credit: sed nec prophetia, nec scientia, nec fides: etiam si montes trāsferat, quicq̄ sine charitate valebit. Sine charitate nichil pdesse potest. Nichil vero cum charitate obesse charitatis beneficio prepediēte, peccata nō obsunt. Charitas operit multitudinē peccatorū. Charitas est lex vite, disciplina morum, pax cōsuientium, gloria cōcordium, criminum ablutio, legis plenitudo, sacre scripture compēdium, preceptorum dei cōsummatio, virtutum virtus, ⁊ bonorum impletio meritorū, omnia mandata vite: omnia iustitie opera referuntur ad eam. Ex hac suum sortitur officium operum commendatio, deuote orationes: ab ipsa tanq̄ fructus ab arbore, tanq̄ ramus a vite pendent tota lex ⁊ pphete. Sicut enim fructus a palmite suum recipit alimentum, donec ad maturitatem perueniat: sic boni operis fructus, sic sancta deuotio, sic omne quod pie agitur, suum a charitate recipit initium et progressum.

charitas

¶ Q̄ charitas est consummatio legis/ et vita fidei.

Et autē sub certa diffinitione quid sit charitas possit aptius ⁊ efficacius cōprehendi: audiamus qualiter eam diffiniat, aut describat apostolus. Ipse eñ ad Timotheū scribēs. Finis(inquit)preceptī est charitas, de corde puro, ⁊ cōscientia bona/⁊ fidē nō ficta. Preceptum lex dicitur/ cuius preceptis vita hominū informat. Est autē lex positiua/lex scz Moysi, vel principū terre: de qua Paulus apostolus dicit. Lex iusto nō est posita, sed iniustis: ⁊ est alia lex, quam Psalmista Dauid postulat: Legem pone michi dñe viam iustificationū tuarū. Ista lex spiritualis est, illa carnalis. Istius pfessor coram principibus, ⁊ inter gladios nichil timet. Illa iniustos ⁊ maleficos terret. Illa iniustis posita est quib⁹ precipit ne recidant. Nec iustis non est posita, qz lex principum nichil in hominibus iustis inuenit puniēdū. Audi quid dicat apostolus. Vis nō timere potestatem, bonum fac: ⁊ habebis laudem ex illa. Et adiūgit. Si malū feceris time, ex hoc equidē timore iustuz eximit charitas de puro corde. Ideoqz ipsa finis legis illi⁹ est que timorem incutit: nam et ipsa mortis est finis. Legis autē que iusto posita est, charitas etiam finis: cum sit bonorū operum cōsummatio, et malorū abolitio: et sic finis est vtriusqz legis. Vnius scz legis malox quam abolet, et alterius quam adimpler. Sane fides eorū ficta est: de quibus dicitur Dilexerunt eū in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. A qua malicia Johannes apostolus nos deboztans: Noli(inquit) diligere ⁊bo, nec lingua: sed opere ⁊ veritate. Veritas operis, est actio recte intentionis. Veritas in ore est simplicis in sermone: sicut aūt cor purū non simulat, ita pura intētio non errat. Vbi autē non erat error, aut simulatio, seu fictio, est pura ⁊ simplex intentio: ⁊ in ea charitas requiescit. Fictio vero fidei longe a charitate est relegata: et dicit ficta eorū qui de corde suo fingūt sue fidei formā: ⁊ sane doctrine aduersari non dubitāt. Ficta etiā a quodam sapiente dicitur: quasi fictilis: eo q tanqz vas fictile ⁊ fragile tempore tētationis cito a veritate recedit. De charitatis laude et cōmendatione scriptū est. Si dederit homo substantiā domus sue ꝑ dilectione quasi nichil decipiet eā. Petrus autē apostolus nos ad eam inuitās, ad oia (inquit) mutuā in nobismetipsis charitatē habētes. Et Paulus. Sup omnia(inquit)hec charitatem habete. Et idē. Sectamini charitatē. Et rursus. Emulamini charismata meliora. charitatē intelligens, ꝑpter quā que reputauerat lucra, dicit se estimare detrimentū: ⁊ arbitrari vt stercora, vt christū lucrifaceret. Paulus in ea charitate que est finis precepti de corde puro, et fide non ficta firmiter stabilitus: quis nos(inquit)separabit a charitate christi: Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Certus suz(inquit) qz neqz mors, neqz vita, neqz angeli, neqz ꝓncipatus, neqz potestates, neqz altitudo, neqz profunditas, neqz tristitia, neqz futura, neqz creatura aliqua poterit nos separare a charitate dei que est in christo Jesu. Vere de corde puro ⁊ fide non ficta charitas quasi ignis scintillans feruebat in Paulo. Unde ⁊ adhuc nō cessat incēdere plures ignita locutio. Ipse autē per hanc fidē dicit christum habitare in nobis: que q̄diu viuit, christusqz in nobis per fidē viuit. Justus etiam per hāc viuere dicitur. Sicut testimonio Abacucb ꝓphete, et Pauli apostoli ꝓbatur: a perte dicentiū q iustus ex fide viuit. Oportet sane q̄ viua sit fides, de qua/vel ꝑ quaz viuere nos oportet. Notādum ergo q̄ sicut vitā corporis ex visu dignoscimus, ita ex operib⁹ bonis vitam fidei cōprobamus. Illa siquidē fides sola viuit, et per dilectionem operat. Est ergo charitas vita fidei: cōtra frigescens fides morit, sicut corpus spiritu recedēte. Spūs autē dei est, per quē charitas diffundit in cordibus nostris. Sunt tñ qui cū spū ceperint, carne consummant: ⁊ illis cōuenit illud verbū: Non ꝑmanebit spūs meus in hoīe ineternum, qz caro est.

¶ Qualiter cogitandus est deus charitas.

Sciendū est quanto terra inferior est altitudine celi: tanto elegātior ⁊ eminētior, et ineffabiliter dulcior est amore ꝓximi amor dei. Et vt de dei dilectione loquētibus tempus arrepti ꝓpositi desiderabilius ⁊ liberius ad intelligentiā se diffundat, pauca de deo quasi deliba do ꝓstringimus: vt appareat q̄ ineffabili gratia, ⁊ dignatione incōparabili deus glorie, mediante beneficio charitatis homini cōdescēdat. Credēdus itaqz ⁊ cogitādus est deus quedā vita perpetua: viuēs in se, ⁊ omnia viuificās, immutabilis, et omnia mutabilia immutabiliter facies, omnia intelligēs, omnē creās intelligētiam, sapiēs, ⁊ ipsa sapiētia, veritas fixa, iustitia indeclinabilis, summa virtus, ꝑfecta bonitas, diuinitas, eternitas, magnitudo, immensitas, summa essentia a qua/omne esse, summa ⁊ eterna substātia: non subiecta predicamētis vocū, aut cogitabilū sed omniū rerū causale efficiēs, ⁊ supessentiale principiū. Cogitandus est de⁹ simplex, purus, integer, ⁊ perfectus nihil habēs qd̄ termino transeat, nichil a tēpore, vel a loco: sic in omni loco q nec includat, nec excludat a loco. Cogitandus est deus sine forma visibili, sine specie corporali, sine cōpositiōe partium, sine distinctiōe membrorū: ex quo omnia causaliter, nō materialiter: in quo omnia nō vt in loco, sed in virtute: sine qualitate bonus, sine q̄ntitate magnus, sine situ presidēs, sine habitu cōtinēs omnia ⁊ disponēs. Disponit eñ vt sapientia: operat vt virtus: amat vt charitas: reuelat vt lux: miserē vt pietas: scit vt veritas: videt vt equitas: presidet vt maiestas. Nō comprehendis eius altitudinē, nisi vilescas apud te contemplatiōe ipsius. Non cōprehendis eius magnitudinem, nisi fias paruulus in oculis tuis: subijciēs te omni humane creature ꝓpter ipsuz. Deus charitas est: spiritus tñ sanctus spūaliter charitatis appellatiōe signat. Ipse est eñ amor patris ⁊ filij, ⁊ suauitas

⁊ vnitas, et osculū, ⁊ amplexus: et quicquid cōmune ambozū esse potest. Quia vero per gratiam spiritus sancti aia hois deo mirabiliter ⁊ miraculose vnitur: Sciendū est q̄ idem spiritus in illa vniōe innouator est ⁊ donū. Propterea Paulus apostolus spiritum sanctū interserit in cathalogo munerū dei dicēs: In castitate, in sciētia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Spiritū sanctū ponit in medio: quasi artificem totius bone voluntatis ad dominū formantē affectiones, dirigentē actiōes, agēte omnia fortiter, et vniuersa suauiter disponentem. Spiritus eñ est q̄ viuificat spiritum hominis, ipsumqz instruit, et informat deū diligere/querere/inuenire/tenere/et frui. Ipse est sollicitudo querētis deuz in humilitate: pietas adorādi in spiritu ⁊ veritate. Ipse est sapientia inuenientis, amor habentis, ⁊ gaudiū perfruentis.

¶ Q̄ cupiditas facit hominē multipliciter errare a vero bono quod est in charitate.

Oro quidā ad perfruēdum sibi eligūt ea que pemptoria sunt salutis. Veneno enim cupiditatis infecti, et absorpti a malicia huius mūdi in fallacibus diuitijs, in trāsitorijs honoribus, in voluptatibus carnis, seculiqz fauoribus sue intentionis finē constituūt: et in his que sunt eterne damnatiōis occasio, felicitatē suaz falsa opinīōe quasi somniando depingūt. Isti vt sue metam intentiōis attingāt, viarū dispendia eligunt: et cece cupiditatis multiplici ꝓstigio demētati, ad sui desiderij finem ꝑ diuortia ⁊ anfractus incedūt. Tendit eñ vnus ad brauium sui cursus militia mediātē: alius negociatiōe: alius exercitio ali⁹ artis: alius latrocinijs aut rapinis. Id autē specialiter ab vnoquoqz diligit: ad quod finaliter intētio eius tota dirigit. Cetera vero quasi quedā adminicula sunt. Militiā siquidē, atqz negociationē: ⁊ cetera quibus mediātibus quis ad fruendū elegit/obtinere conatur. Interim autē mens clausa, que sibi felicitatis imaginē in re presagiebat inutili: dum post rei desiderate obtentū maiori se sentit indigētia laborare, preoptata incipit fastidire, et denuo in alterius rei suspēditur appetitū: non tñ faciēda, sed alterius false felicitatis imaginatiōe fallenda. Hic est circuitus impiorū: hic est vituperatio multorū commorantiū in circuitu. Hec est mola sansonis quā descissis virtutum crinibus, et effossis prudētie oculis circūuoluit sequēs cupiditas criminū relicto cōpendio charitatis. Caput(inquit) circuitus eoz: labor labior ipsorū operiet eos. Porro de hoc laboze nō satiabitur homo, nisi de siliquis porcoz illa forte satietas inducat, que diuitē dormire nō sinit. Vbi eñ copia diuitiarū maior exuberat, ibi se grauior molestia sollicitudinū totius pturbatiua quietis intrudit. Rationalis itaqz aia licz ad summā beatitudinem desideraēr aspiret, alijs tñ abstrahitur: ⁊ eam quedam false felicitatis imago deludit: aut vere miserie similitudo deterret. Quis eñ paupertatē, persecutionē, egritudinē, sitim, famē non reputet magnā miserie portionem? Istis tñ et vera miseria precauet, ⁊ vera beatitudo acquiritur. Animū pauptas regni celestis acquisitiua est. Beati eñ pauperes spiritu: qñ ipsoz est regnum celorū. Beati qui lugent, qui esuriunt, qui persecutionem sustinent: qz illi saturabuntur, illi consolationem recipient: isti iam celeste regnum adepti sunt: non solum ad habēdum sibi, sed ⁊ alijs conferendum.

¶ Quanta mala sunt in delitijs.

Vt autez temporaliū diuitiarū, et delitiarū vmbratili ⁊ pemptoria felicitate causa exēpli aliqua inducamus: ⁊ qō a beatitudine que a charitate est, ea liqueat esse penitus aliena: vide imprimis quāta circa pecuniā molestiarum turba versē. Pecunia cum laboze acquirit: acquisita cū timoze seruat: et tandem cū dolore amittit. Ex puentū pecunie potest estimari miserie incrementum. Ydropici eñ more, q̄ plus bibēdo plus sitit, pecunie cupiditas ex multiplicatiōe grādescit. Timet preterea potens ne auferat, seruus ne pdat, fur ne furripiat: ⁊ frequēter impleē illud verbū sapiētis: vt sint diuitie conseruate in malū dñi sui. Melius est ergo pauperi q̄ nec metuit potentē, nec pditorē formidat, aut furem. Pauper cāt, diues ploraz. Nam iuxta comicū, Ploratur lachrymis amissa pecunia veris. Pauperi cui christ⁹ sufficit, nichil deficit: diues autem quāto plura possidet, pluribus eget: nec in diuitijs vnqz inuenitur copia quā inquirit. Verbū Salomonis est. Auarus nō satiabitur pecunia: et q̄ amat diuitias/fructum nō capiet ex eis. Circūspectus debet esse q̄ amat diuitias. Potest homo sic amare diuitias vt nō habeat: vt cor suū diuitijs (si affluāt) non apponat. Propterea precipit apostolus predicādū diuitibus nō superbe sapere, nec sapere cū incremēto diuitiarū: sed facile tribuant, ⁊ cōmunicent, ⁊ thesaurizent sibi bonū fundamentū: vt apprehendāt veram vitam. Ipso teste: nō qui diuites sunt, sed qui diuites esse volūt: incidunt in tentationē, ⁊ laqueū diabolī: sibiqz thesaurizāt irā in die ire. Quod insinuās Abacuch/dicit: Ve qui cōgregat nō sua: vsqzquo et aggrauat cōtra se densum lutū? Sanctos equidē inter diuitias nec sollicitudo seruādi, nec timor amittēdi sollicitat. Hanc eñ sollicitudinem dñs interdicit. Nolite(inquiens)solliciti esse dicētes quid mādūcabimus, aut q̄d bibemus. Et paulopost. Querite primū regnū dei, ⁊ iustitiam eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Isti sunt q̄ nunqz de diuitijs gloriātur, sic nec murmurāt de amissione illarū: immo rapinā bonorū suoz cum gaudio suscipiūt, cōsiderantes se habere meliorē ⁊ manētem substātiam. Peruersis denqz totum in cōtrarium cedit: dū eñ rationalis anime appetitū cui solus de⁹ sufficere potest/satiari existimant vili affluētia mundanarū rerum: qz nichil tñ ex taliū rerum ingestiōe ꝓficiūt, nec se curis infelicibus eximūt, nec a laboze quiescūt: ⁊ qō miserabilius

est, taliū vana delectatione tumescūt. Talium dico gloria in cōfusione est, quorum finis interitus: quorū vita in continuo labore: quorū exitus in miseria sine fine. Quocirca nugatoria, ⁊ fallaci temporaliū diuitiarum felicitate delusi, preterite vite fructum cōuertunt in materiam lachrymarum.

¶ Lamentabilis querela eorum qui a charitate deuiant p cupiditatem.

Miseriam siquidē talium sacra scriptura patēter exprimit, ac describit. Dicēt (inquit) intra se penitētiam agētes: et pre angustia spiritus: lassati sumus in via iniquitatis et perditionis: ambulauimus vias difficiles: viam autē dñi ignorauimus. Quid nobis pfuit superbia, ⁊ diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierūt omnia velut vmbra, ⁊ tanq̄ nūcius precurrēs, tanq̄ nauis que preterit fluctuātes aquas: cuius cū trāsijt nō est vestigiū inuenire: ita ⁊ nos nati cōtinuo desinimus esse, ⁊ virtutis quidē nullū signū volumus ostēdere: in malignitate nostra cōsumpti sum⁹. Talia dicerūt in inferno q̄ peccauerūt: qm̄ spes impij tāq̄ lanugo est que a vēto tollit, ⁊ tanq̄ spuma gracilis q̄ a pcella dispergit, ⁊ tāq̄ fumus q̄ a vēto diffusus est, ⁊ tanq̄ memoria hospitis vnius diei pretereuntis.

¶ Quot mala sunt in voluptate carnis.

Quam fallax ⁊ delusoria sit illa pniciosa felicitas: quā plerq̄ in carnis voluptate cōstituūt. In libro experiētie legitur incessanter: dū in opere impudicitie cito pterit q̄ delectat, pmanet sine fine q̄ cruciat. De actu quidē immūdicie nichil remanet, nisi feda ⁊ fetida recordatio peccati in tormentū aīe, expectationēq̄ gehēne. De talibus ergo loqendū potius sentio q̄ loquendū: dum eos qui ad imaginē dei creati sunt, in bestiales motus, et impetus beluinos degenerare videmus: querētes que de vētre, ⁊ sub ventre sunt: ⁊ impudenter impudicitie dediti, tremenda super se dei iudicia nō attendunt. Quid ergo indignius q̄ animā suā p qua christus mortu⁹ est, viliori parti corpis sui substernere, ⁊ se brutis irrationabilib⁹ cōformare? Porro multis annexa doloribus hec voluptas: in pmis vix visus exercet illius, quin naturalis limites facultatis excedat. Ideoq̄ et istius cōsuetudo, ⁊ quarūlibet voluptatū frequenter nō solū anime periculum, sed etiā corporis inducūt exitium. Quocirca hoc voluptabro suis nichil est fedius, nichil erubescibil⁹, nichil inquietius est, nichil a vera tranquillitate remotius. Hec nimirū lues sordidissima contaminat carnē, ⁊ mentē effeminat. Si quid vero in homine bone stū ⁊ virile: totū obruit ⁊ eneruat. Tunc̄q̄ cetera vicia se quibusdā virtutū tegumentis obpalliāt, ⁊ frequēter ad humanos aspectus quadā extollentia iactantie intumescant: mens hmōi turpitudinis cōscia, tm̄ in prima fronte pfert sue actionis pudorem: vt non solum ea hora qua ipsius caro perniciosa voluptate prestringitur, sed etiam quādo audit aliquos loquētes de turpitudine sua, rubore perfundit: absentiam captat: ⁊ immundi operis recordatione torquet. Ea ppter hec semper latebras querit: q̄ qui male agit odit lucem: sed in tenebrosis absconditus non poterit tremendū iudicem declinare: non solūmodo corpor, sed ⁊ cordium secreta videntē. Hec illud est silentio trāseundū, q̄ omniū creator genitalia membra tanta seueritate damnauit: vt ei paterna maledictio, ⁊ perpetua seruitus sit inflicta: qui eadem in patre reuerēter operire cōtempsit. Sane cū hodie circū quaq̄ crux christi triūphet, potentissima luxurie debellatrix: absurdissimū est q̄ plurimi professores filij beate virginis, quasi iumēta in suis stercoribus computrescūt. Bibunt vinam peccatorū suorū, versanē in abhominationibus suis: donec iram dei sentiāt improuisam. Ignē qui iam succensus est in furore eius nūquid cogitant, nec formidāt? Porro anteq̄ comprehēdatur peccator in desideriis suis, intelligat miser carnis immūditiam: in qua suam somniauit beatitudinē fuisse a deo quibusdā loco pene grauissime irrogatā: volens eos in hoc puniri, qō eos sue dimiserit voluptati. Verba em̄ dñi sunt in psalmista. Et nō audiuit populus voce meā: et israel nō intēdit michi. Et dimisi eos ſm desiderium suū: ibūt in ad. s. Apostolus quoq̄ de his qui mutauerūt gloriā dei in idolatrie cultū terribiliter loquēs, ait. Tradidit eos de⁹ in desideria cordis eor, in immūditiam: vt cōtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: non q̄ de⁹ sit incētor mali, sed q̄ sentiāt immissiones per angelos malos gratia derelicta. De incestuosis et his quorū peccatū in sodoma deus corporaliter igne ⁊ sulphure condēnauit, vt innotesceret abhominatio iniquitatis ex fetore ⁊ horrore supplicij: sub silentio claudi oportet: ne opusculuz pſens (in quo de charitate agimus, que est intima requies anime) abhorrenda colluuio deho nestet. Ex predictis apertissime liquet q̄ perniciosus est amor carnis, vsusq̄ libidinū: ad quarum detestationē deus de purpurata meretrice executoribus angelis dicit. Quantū exaltauit se in delitijs, tantum date ei tormenta ⁊ luctum.

¶ Ostendit Salomon quanta sit vanitas huius mundi.

Restat pſequi q̄ in voluptate oculorū, vel aurīū, ceterorūq̄ sensuū, non est beatitudo, vel requies: neq̄ in his que ptinent ad delitias vite huius, ad ambitiosum honorem, aut potētie dominatū. Veniat igitur rex ditissimus, et tm̄ sapientissimus, potentissimus, delicatissimus Salomon scz: ⁊ quid de fine taliū vidisset audiamus. Dixi (inquit) in corde meo, vadā ⁊ affluā delitijs: ⁊ fruar bonis. Et infra. Edificaui domos, ⁊ plātaui vineas: feci hortos ⁊ pomeria, conseui cūcti generis arboribus: ⁊ multa similia pſequēdo, adiecit: Possedi seruos, et ancillas, et familiā multā nimis: coaceruaui michi argentū ⁊ aurū, substantias regū ⁊ puinciarū: ⁊ addēs de voluptate aurīū, feci michi

cantores ⁊ cantatrices. Post pauca subiecit. Quicquid desiderauerūt oculi mei nō negaui eis: nec phibui cor meū quin omniū voluptate frueretur, ⁊ obleciaret se in his que parauerā michi. Quid queso delicatius, quid ve iocūdius? Sed attēde, q̄ nil vanius nil mutabilius. Continuat em̄ Salomon, ⁊ subiungit. Cunq̄ conuertissem me (inquit) ad cuncta opera mea in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, ⁊ afflictionē spiritus, ⁊ nichil permanere sub sole. Sentētiam quidē generalem premiserat dicēs. Vidi cuncta que fiunt sub sole: ⁊ ecce omnia vanitas, ⁊ afflictio spiritus.

¶ Q̄ in sola charitate sit requies et pax.

Habes ex verbis Salomōis vanitatem ⁊ afflictionē spiritus. Apponit veritas tertium, scz seruitutē. Omnis (inquit) qui facit peccatum, seruus est peccati. Conūgant ergo hec tria: vanitas/seruitus/⁊ afflictio spiritus. Vbi ergo requies, vbi sabbatū? nonne verbum legis est, nullū seruile opus facietis in eo? Quis est q̄ peccatum non fecit? Quis est ergo qui nō sit seruus peccati? Dicit rex Dauid. Ecce in iniquitatibus cōceptus: ⁊ in p. cō. m. m. mea. Si dixerimus (inq̄t Johānes) q̄ peccatum nō habemus, nos metipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis nō est. Quis ergo nos liberabit a iugo veteri, et a seruitute peccati? Ille de quo veritas in euangelio dicit. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Ipse ad sabbatū nos inuitās: Venite (inquit) ad me omnes q̄ laborātis ⁊ onerati estis ⁊ ego vos reficiā. Ecce refectio qua sabbatū preparat. Audiamus et sabbatū. Tollite iugū meū super vos: ⁊ discite a me, q̄z mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē animabus vestris. Ecce sabbatū, ecce quieta tranquillitas. Iugum em̄ meū suaue est, et onus meū leue. Iugum hoc nō premit, sed erigit: pēnas habet quibus eleuet, nō penas quibus aliquos grauet: iugū illud charitas est dei/proximiq̄ dilectio. Hic requiescit, sabbatizat: hic ab omni opere seruili vacat. Nimirū charitas nō agit perperā: nō cogitat malū: sed et dilectio proximi malū non operatur. Vides o iudee sabbatū vbi sit, in quo: et si aliqua peccati surreptio ex infirmitate cōtingat, non cōpetit sabbati feriatio: q̄z charitas operit multitudinē pctōr.

¶ Q̄ mundana cōcupiscentia in causa est quare iugum dñi graue videatur.

Videmus tm̄ aliquos qui cū suauiter respirare deberēt sub iugo ⁊ onere tam suaui, ⁊ tam leui: sub vtroq̄ laborāt et murmurāt. Addicti em̄ ⁊ assueti babylonice seruitutī, vicīū inolite cōsuetudinis non possunt dediscere: nec intelligūt hoc de morbo pprio, sed de iugo vel onere dñi puenire. Sciant autē quicūq̄ causant iugum vel onus dñi ipsum solo habitu, pfitentes, mētis aūt humeros negocior secularium pressure supponunt: atq̄ iugo dñi laborū impatiētiam quos p seculo patiunt ascribūt. Isti vt immūdi canes ad pprīū vomitum recurrētes, sub habitu abstinentie ventrē colūt: sub cilicio penitentie gloriā mūdi captant: sub sacro amictu pudicitie ⁊ mūdicie militāt: sub ouis vellere lupū operiunt: ⁊ auaricia inexplebili estuātes, vt domū domui, agrū agro cōplerent: armātur ad lites et cōtentiones, non parcunt pauperi, vidue, aut pupillis: aut mouētur super contritione Joseph. Ad iugū vtiq̄ mūdi pertinet q̄curis exestuāt, q̄ inflammant odijs, q̄ torquētur inuidia: ⁊ hoc iugum cupiditatis est, ⁊ onus seculi graue. Iugum aūt dñi suaue est, et onus eius leue. Et quid suaui⁹ est homini, quid iocūdius q̄ mundū contēnere, ⁊ se reputare seculo cessorem; atq̄ altiore in bone ⁊ secure conscientie vertice cōsistēre, mundū habere sub pedibus, nil in eo videre quod appetat, nullū crimen videat, nichil mali esse qō ab alio sibi possit auferri: ⁊ in illā hereditatē incorruptibilē, incōtaminatam, et immarcessibilem cōseruatam in celis oculos dirigendo, fallaces diuitias, ⁊ honores pniciosos, ⁊ damnabiles delitias cōculcare. Quid queso desiderabilius, qd tranquillius q̄z suam sic animā stabilire, vt nullis motibus carnalis cōcupiscētie agitetur? Extraordinarij appetitus incētiua nō sentiat, aspectus illecebrosos abhorrēs, carnem rore pudicitie tepescentē compellat ancillari spiritui: nec iam illam ad carnis lenocinia illectricem, sed ad exercitium militie spiritualis promptissimā habeat adiutricē? Quid preterea ita diuine tranquillitatis imaginez gerit, q̄z anima que sic ad omnē iniuriarū tolerātiam se obfirmat: vt eam cōtumelie illate non moueant, mentē el⁹ a statu suo nullo comminationū, aut iniuriarū machine deijciāt: eandem pſperis ⁊ aduersis seruare cōstantiā: amicū ⁊ inimicū eodē oculo intueri? Nonne similis est ei qui facit solem suum oriri super bonos ⁊ malos, ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos: ⁊ sic oīnes sagena charitatis attrahit/⁊ amplexat in christo? Et cū circa eū omnia mutabiliter fiant, nulla est in eius corde mutatio.

¶ Q̄ omnes virtutes ex charitate et in charitate sunt.

Vere verū est in charitate sabbatū. Cuz em̄ cetere virtutes vicem necessarij vel viaticī gerant ad requiem obtinēdam, oēs in charitate quiescūt. Illud denīq̄ admiratione dignū est, q̄ sine charitate nichil est virtus: ⁊ ipa vniciuiq̄ virtutū exhibet vt sit virtus. Fides equidē que hic operat ad vitam: in deuisione iam nō erit fides, sed veritas. Ibi em̄ absorbebit fides, cum id videbitur qō super omnia diliget: nec opus erit credere nobis, qō licebit plena cognitiōe cognoscere. Non erit etiā ibi decetero spei locus, vbi dño feruētes nō habebimus vlterius qō speremus. Hic temperātia pugnat cōtra libidines: prudētia cōtra errores: fortitudo cōtra aduersitates: iustitia contra inequalitates. Porro in charitate semp est pfecta castitas: ideoq̄ non est ibi libido, cui temperātia repugnet: in charitate est pfecta scientia: ideoq̄ null⁹ error: quē prudētia

eliminet. In charitate vera beatitudo est: ideoq; nulla aduersitas, cui fortitudo repugnet: i charitate oia sunt trãquilla ⁊ coequata: ideoq; ibi nulla est inequalitas, quaz iustificari oporteat. Denicq; nec fides virtus est, nec per dilectionẽ operatur. Nec spes virtus est, nec quod speres habetur. Rursuz si velis virtutũ naturã estimare subtilius: quid est temperantia, nisi amor quẽ nulla voluptas illicit. Quid est prudentia, nisi amor quẽ error aliquis non seducit. Quid fortitudo: nisi amor q̃ nulli aduersitati succũbit. Quid denicq; iustitia, nisi amor q̃ q̃ suũ est vnicuicq; distribuit.

¶ Q̃ charitas/⁊ sabbatum/⁊ sex virtutes quasi sex dies ante sabbatum.

Sicut autẽ charitas est vera mentis humane requies, pfectũ q̃ sabbatũ: sic ⁊ sex predicte virtutes: fides/spes/temperãtia/prudentia/fortitudo/iustitia: sunt quasi quedã dies operatiõis. Charitas vero quedam luminosissima dies est quietis/tranquillitatis/⁊ pacis. Et nunc que est expectatio mea, nisi tu dñe: si forte desideriũ pauperis exaudiat auris tua: vt ad modicũ tempus requiescam cũ regibus ⁊ cõsulibus, qui edificant sibi solitudines ⁊ replent domos suas argento. Porro viz ad momẽtũ michi ꝓmittit requies ab exactoribus pharaonis, vt nõ michi sabbatizare liceat: vel hora dimidia, vt non det michi vacare ⁊ videre: qm̃ Jesus christus est deus, ipse sabbatũ anime querentis eũ, preparãs diligentibus se tranquillũ, ⁊ impermutabile sabbatismũ. O q̃ beati sunt qui ingrediũtur locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei: atq; in voce exultatiõis ⁊ cõfessiõis tripudiãt et exultãt memores vberũ tuorũ Jesu, cũ Abacuch pheta cãtantes. Ego autẽ in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo Jesu meo. Sabbatizat iudeus, qz legit deum sex diebus operatũ fuisse: et qz labore operis fatigatum die septimo quieuisse. Nõ est hoc dñi cogitare, sed in dei cõtumeliam idolũ fabricare. Sane nõ laborauit operando creator, sed dixit et facta sunt: oia ꝓ beneplacito suo mãdauit, ⁊ facta sunt vniuersa. Sũma ⁊ eterna essentia deus nullius indigẽs, plene sibi sufficiẽs, in sua tranquillissima charitate indeclinabiliter ⁊ immutabiliter manẽs, ⁊ immutabilia operans, requiescit in se, vita in se viuens, bonorũ pax, ⁊ indeficiens quies. Quocirca sicut in successiõe dicit mane ⁊ vespere vicissim variantium, creature mutabilitas designat. Et sic in deo cui nichil aduenit, nichil preterit, aut succedit: eterna trãquillitas ipsius, ⁊ quieta eternitas intimat. Notãdũ vero q̃ operibus dei senarius, septenarius vo numerus diuine quieti ascribitur. Mirũ senarius perfectus est, cõstãs ex operibus suis. Si enim cõnectis vnũ, duo, tria: perfectum habes senariũ, qui dei opibus specialiter est assignatus: vt in rerũ vniuersitate superfluũ nichil reperias imperfectũ, diminutum. Magne quidem excellẽtie dies est, in quo prima lux (deo iubẽte) resplẽduit: nec mediocris prerogatiue dies est, in quo deus superiores aquas ab inferioribus firmamento mediãte diuisit. Nec minoris esse arbitror dignitatis diẽ in qua aq̃s in vnum cõgregatis, a deo arida vestita est herbis, ⁊ arboribus decorata, venustata floribus, ⁊ fructibus fecũdata. Nec est dies ille reputãdus inferior, quem deus suis luminaribus adornauit: et iuxta temporũ successus, signorũq; vices, excursum totius anni disposuit. Sed nec dies ille alienus a laude est, in quo deus partẽ animãtiũ in aquis, partem in aere collocauit: ab istorũ eminentia ⁊ priuilegio non degenerat dies sextus: in quo ad imaginẽ suam deus plasmauit hominẽ: ⁊ vitam inspirãs/ipsum animantiũ vniuersitati pfecit. Porro diei septime preeminẽtia omnibus antecellit: in qua nullius rei creatio, sed omniũ creaturarũ perfectio, ⁊ dei requies cõmendat. De singulis diebus scriptũ est: Factũ est vespere ⁊ mane dies vnus, aut secũdus, ⁊ deinceps: ⁊ die septimo nõ mane aut vespere, nõ initium aut finis ascribitur. Dies enim requietiõis christi immutabilis ⁊ eternus. Auditua siquidẽ patris ⁊ filij dilectio, suauissimus amplexus amborũ: charitas scz/qua pater in filio, et filius in patre: ipsa est eorũ iocundissima quies, indiuisibilis vnitas, pax imperturbabilis, eterna trãquillitas, spiritus sanctus qui ab vtroq; ꝓcedit. q̃ insinuans filius dei: Ego (inquit) patris mei mandata seruaui: et maneo in eius dilectione. Et rursum. Ego et pater vnũ sumus. Et item de filio pater. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui.

¶ Collatio sex virtutum ad sex dies.

Expressa igitur cõgrue collatiõis imagine sicut sex diebus: ita sex virtutibus circa pie intentionis opera exerceamur: vt post sanctarum vicissitudines actionũ, in trãquillo charitatis quasi in vero mẽtis sabbato respiremus. Quocirca fidẽ ponimus diem primũ: quo fideles ab infidelibus, quasi lux a tenebris separant. Spes enim vicem secũde diei obtineat: per quã hi quorũ cõuersatio est in celis, discernuntur ab alijs qui terrena sapiũt: ⁊ liquescẽtes in seipsis, delabũt ⁊ effluũt. Temperãtia quasi dies tertius illucescat: in quo membra nostra mortificãtes super terrã carnalis cõcupiscentie fluxũ, quasi aquas amarissimas certis cõtinentie limitibus coartamus: vt terra cordis nostri appareat: ⁊ sitiens fontẽ vite, virtutũ flores/fructusq; ꝓducat. Prudentia quasi dies quartus, faciat sciẽtie lumen erũpere: vt inter faciẽda ⁊ non faciẽda discernẽs, decidat inter diem ⁊ noctẽ: quatinus sapiẽtie lumen velut solis splẽdor effulgeat: lux vero sciẽtie spiritualis que in quibusdã crescit, ⁊ in quibusdam deficit: quasi lune lux minor appareat. Exẽpla enim precedẽtium patrũ, quasi stelle inter dies/⁊ annos/mẽsesq; distinguãt: quid videlicet distet inter eos q̃ ante legem, et eos q̃ sub lege, vel sub gratia, pfecerunt: que cerimonie, que ꝓcepta, que iudicia, que ꝓmissa: sub quo intellectu nostre salutis cõueniant. Fortitudo autẽ sit dies quintus: ꝑ quã in hoc mari magno et spacioso quasi pisces spũales, ꝓcellosa fluctuũ volumina toleremus, cohibeamus lingue lubricũ sub cẽsura, et q̃si volatilia pẽnata nũc ad celestia erigamur, nunc etiã cõdescẽdẽtes opibus mĩe, bonorũ operũ sub oĩ bñdictiõe incremẽta reddamus. Constituat denicq; iustitia dies sextus: ꝑ quã ad diuinã imaginẽ reformati: bestialibus desiderijs, vicijsq; reptilibus imperãtes: corpus spiritui, spiritũ deo subijciamus: et sic vtriq; q̃ suũ est tribuat. Et notãdũ q̃ dñs nõ bestijs, nõ iumẽtis, nõ reptilibus, sed hoibus ⁊ auibus, atq; piscibus bñdicit: hoĩ aũt iumẽta et bestie subijciũt. Hoĩs eñ q̃ in se dei psentãt imaginẽ, iumẽta. i. corpora nra subijciũt ⁊ bestie/⁊ neq; cie spũales, de quibus ppheta pcat. Me tradas bestijs aias ꝓfitẽtiũ tibi. Et dñs p altũ ppheta. Auferã (inq̃t) malas bestias de terra vestra: ⁊ dormire vos faciã fiducialiter. Hec est dormitio, ⁊ septime diei trãquillissima quies. Dies eñ septimus est charitas: dies sabbati, dies requietiõis, iocũditatis ⁊ pacis: ꝑ quaz homo securissime dicit. In pace in idipsũ dormiã ⁊ requiescã. Ipsa est oĩmꝗtutũ cõsummatio, sanctarũ aiarũ refectio, suauis ⁊ trãquillissima mẽtis feriatio. Ipsa est septimus dies, in qua mãna celestinos reficit. Ipsa est mẽsis septimus, in quo post diluuiũ tentationũ irruentiũ cordis archa suauissime requiescit. Ipsa est illud sabbatũ q̃ Ysaias describẽs: ⁊ erit (inquit) sabbatũ ex sabbato, mensis ex mẽse: vt post septies septimũ annũ annus iubileus incipiat: annus placabilis dño, in quo sua singulis restituat hereditas, plenaria iocũditatis antiqua possessio, et eterna libertas. Hoc lacte reficimur ab vberibus cõsolatiõis eius: ⁊ cũ auulsi fuerimus a lacte, epulabimur ab introitu glorie: et implebit q̃ dñs in Ysaia ꝓmittit. Ecce (inquit) ego creo hierlm exultatiõẽ: et populũ eius gaudiũ: ⁊ exultabo in Israel, ⁊ gaudebo in populo meo. et non audiet vltra in ea vox fletus, ⁊ vox clamoris. Dñe deus q̃diu plongabit iubileus, qm̃ preueniet me mia tua, vt sit portio mea i terra viuẽtiũ: qm̃ tu es dñe pars hereditatis mee: et ca. m. t. e. q̃. r. h. m. michi. differtur equidez, sed nõ auferet illa iocũditas, qua satiabor cũ apparuerit gl'ia tua. Interim comedã ego panẽ meũ i sudore vultus mei: ⁊ cũ lachrymis in mẽsura, donec vinũ det merentibus, ⁊ fycera his q̃ amaro sunt aio, ⁊ tota delitijs illis aborbeatur aia mea, quarũ primicias iam deguſto.

¶ Q̃ triplex sabbatũ habet homo: dilectione dei, dilectione proximi, et dilectione sui.

Rit (inquit) mẽsis ex mense, ⁊ sabbatũ ex sabbato: In veteri siquidẽ testamẽto assignat triplex distinctio sabbatorũ. Primũ sabbatũ dicit septimus dies: secũdũ septimus annus: tertiũ annus q̃ sequit post septies septẽ annos: id est quinquagesimus annus. Est itaq; ꝓmũ sabbatũ dierũ: sabbatũ secundũ annorũ: tertiũ sabbatũ sabbatorũ. Ita vt in vnitate septenari cõcludat q̃ ab vnitate ꝓgrediẽs, i vnitate pficit. Omne siquidẽ opus bonũ vni diei sortit initiũ: et septenario sacrati spũs munere incrementũ ab vni diei ordine, vel ab vni dei bono suscipiens, ad eũ q̃ vere vn est, immo q̃ vera vnitas est reuertit: in cui rei figura arce fabrica ĩ vno cubito cõsummat. Et notãdũ q̃ in charitate qua triplex sabbatũ si velis diligẽti aduertere inuenit: i lege duo ꝓcepta dilectiõis expssa sunt. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, ⁊ ex. t. m. t. ⁊ ex. t. vtute tua: ⁊ primũ tuum sicut teipm. Hec duo mãdata tria eẽ diligẽda insinuãt. Nõ ei põt q̃s primũ suũ diligere sicut se, nisi diligat seipz. Homo igit renet diligere dñz, ⁊ primũ suũ sicut seipz. Nemo siq̃dẽ carnẽ suã odio habuit. Si vo diligat carnẽ, fortis renet diligere mẽtẽ. Credo siq̃dẽ q̃ oĩs homo magis appetit sanus esse mẽte q̃ carne. Sit ergo ꝓmũ sabbatuz hoĩs dilectio sui: secundũ dilectio primi: sabbatũ sabbatorũ dilectio dei. In hac dilectionum distinctiõe est quedã earũdem admirãda cõnexio: ita vt singule in oĩbus, et oẽs inuentãt in singulis: vt oẽs habeant in vna: nec vna sine oĩbus habeat. Mirũ nemo se diligit, nisi diligat dñz ⁊ primũ: nec primũ diligere põt vt se, nisi diligat seipz. Itẽ dñz nõ amare oĩno cõuincit q̃ primus nõ amat. Qui ei nõ diligit fratrẽ suũ quẽ videt: quõ põt diligere dñm quẽ non videt? Ipsa q̃ deus ꝓpter se diligit, nec se ꝓpter deũ diligit se homo, aut primũ: ptz q̃ dei dilectio est aliarũ dilectionum quedã vitalis essentia q̃ in se viuit, ⁊ viuẽdi causam duabus alijs administrat. Quidã diligũt se ꝓpter se: ⁊ ꝑ nõ est diligere, sz odio habere se: q̃ diligit (inq̃t) iniquitatẽ, odit aiam suã. De talibus q̃dẽ inquit apls. Erũt i nouissimis dieb hoĩes sese amãtes, cupidi, superbi, nõ obedientes, nõ cõtinẽtes, ⁊ his similia: ex quibus cõuincitur manifeste q̃ non ipsi a se, ꝓpter christum, sed ꝓpter vanitatem seculi diligũtur.

¶ De sabbato hominis sui dilectione.

Igit homo se diligat, in ipso dei dilectio inchoat: vt diligat primũ capacior quidã sinus affectiõis attendit, verũ diuinus ille ignis medullit icalescẽs, ceteras dilectiones quasi quasdã sui scintillulas i sui plenitudinẽ trahit: oẽs animi motus absorbet in desiderio illius sublimis ⁊ ineffabilis boni: et sic nec homo a se, nec primus diligit: nisi q̃tũ vtercq; affectus deficiẽs a se, totus trãsferet in dñm. Diligit aũt ineffabili dispẽsatiõis artificio: vt lz hi tres amores sp insimul habeãt: non sp tñ equaliter se vnũt: sed qñq; illa mẽtis iocũda suauitas ex ꝓprie cõscientie puritate ꝓcedit: qñq; ex bono ꝓximi recipit cõgratulatiõis affectũ: qñq; cõtemplãdo in desiderio ⁊ exultatiõe aspirat in dñz. Quẽadmodũ eñ qui ꝓmũ diuersas aromatũ cellulas ingrediẽs: nũc istarũ, nũc illarũ specierũ redolẽtia iocũdat: sic animus diligẽtis nũc intuitu sui, nũc iuitu dei aut ꝓximi q̃dã inestimabili suauitate pfundit. Qui q̃ prius recolebat i amaritudine aĩe sue dies pditos: postq; ꝓcupiscẽtie seculari dedit libellum repudij, et abolitionẽ criminũ impetrauit: se pignus ⁊ arrã grẽ celestis ꝓcepisse cognouit, dñ nichil q̃ ipsum accuset,

aut deo displicere debeat, in libro cōsciētie sue legit: reliquie cogitationis diem festū agunt ei. Cū eñ im munis ab exteriori tumultu se intra cōtemplationis archana receperit, cū circūstrepētiū sollicitudinū turbis ostiū mētis obcluserit, cū interius cōscientie thesauros inspexerit: non inuenies inordinatū aliquid, aut ineptū, vel rationi aduersum: sed oia pacifica et iocūda: vt ad instar disciplinatissime familie viderit multitudinē cogitationū/sermonū/et operū: ei quasi cuidā patrifamilias obedire, ⁊ oia interioza sua sibi in quadā humilitate assurgere: pūpit ex his omnibus mira securitas, ex securitate mira trāquillitas: ⁊ ex ea ineffabilis iubilatio cordis, tanto deuotioz in christi laude, quāto pspicacius intelligit hoc totū ex eiꝰ gratia puenire. Hec est septimi diei festiua solennitas, quā sex dies precedūt: id est sex opera mie. Se nāq; in eoz exercitio iustus, pbat: ⁊ in sinu sancte conscientie, bonorūq; operū cōtestatione respirans: in ea gratia que a deo data est ei, feliciter sabbatizat. Hec est primi sabbati ferialis iocunditas, in qua seruilia opa (id est pctā q̄ seruos faciunt), pibenē: in qua nec ignis cōcupiscentie accēdit: nec onera id est colligatiōes impietatis sine legis transgressione portātur.

¶ De sabbato secundo de dilectione primi.

Sane si ab ꝗ penitiore thalamo cordis quē prio sabbato dedicauit, migrauit ad illud diuersoriū vbi solet gaudere cū gaudētibꝰ: infirmari cum infirmis: scādalizatis courī: suāq; senserit aiam fratribus suis indissolubili glutino charitatis vnitā a dño: nec intra suspitio, nec inuidie mozsus, nec estus iracūdie aut tristitie possit aliqua occasiōe obrepe: sed eos brachijs sincerissime dilectiōis amplectēs ⁊ fouēs, vno ⁊ eodē humero alleua/siue leta/siue sinistra cōtcans: cessante oī strepitu viciozꝰ, tumultu sollicitudinū ad tāte suauitatis delitias resoluī inestimabili gaudio: ⁊ sic amoris fratrū dulcedine, libera intꝰ a noxijs oibus vicijs absoluta vacatio. Hā q̄ nullū viciū, prius in huiꝰ sabbati quiete residere charitas fraterna pmittat: testis est huius secūdi sabbati cōtinuꝰ ferlator, apls dicēs: Nō adulterabis, nō furtū facies, nō falsum testimoniū dices: ⁊ qd̄ est aliud mādatū in hoc ꝗbo instaurat: Diliges primū tuū sicut teipm. Dauid dulcedine huiꝰ suauitatis affectꝰ, ⁊ ex tāta mentiū vniōe in voce iubilatiōis erūpēs: Ecce (inquit) q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare fratres in vnū. Horādū ꝗo q̄ sicut prio sabbato vnus dies tantūmodo dedicat: qd̄ vez singulare est, qd̄ in pp̄e cōscientie cuiusq; tranquillitate cōsistit, ita nō immerito huic annꝰ integer cōsecrat. Quēadmodū eñ ex multis diebus annus efficit: ita ex multis aiabus vnū coz, ⁊ vna aia charitatis igne cōflat. Sex aūt annos q̄ pcedūt hoc sabbatū, possumꝰ intellige re sex generā hoim, in quorū dilectione p naturā vel precepti debito exercemur. Sicut ꝗo annus multos dies cōplectitur, ita in singulis illis generibus hoim multi nobis aioz vniōe iungunt. In primis ergo dilectio nra naturali ordine ad domesticos nri sanguinis diriuet: quos diligere sicut ex nature necessitate tenemur: sic nimis inhumanū est q̄ a nre dilectionis sacrario repellant. Hā teste apl'o: Qui suozū ⁊ maxime domesticoz curā nō hz: fidei trāsgressoz est, et deterioz infideli. Hinc est q̄ hec dilectio q ex aia pficiscit, in mādatis que ptinet ad dilectionē primi dño deo pcipiente sancit. Honora (inq̄t) patrē tuū, ⁊ matrē tuā. Hinc ad eos q̄ nobis specialiter amicitie vel officij vicissitudine copulant, dilectio nra pgrediens quodaz sinu diffusioze laxat. Verūtamē ista dilectio pharisezoz iustitiā nō transcēdit: quibꝰ dictū est: Diliges amicū tuū, ⁊ odio habebis inimicū tuū. Sane ⁊ parētū ⁊ amicoz affectio cōseruata paritate, pria cō sequat. Quippe cuz ad illā lex naturalis inducat: ad istaz mutua obsequela nos puocet. Utraq; tñ si neglecta fuerit, stimulū dānatiōis importat. Veritas ī euāgelio dicit: Si diligitis eos q̄ vos diligunt: quam mercedē habebitis: nōne ethnici hoc faciūt? Et si salutauerītis fratres vestros tm, quid amplꝰ facietis? Ut ergo in maiorē amplitudinē dilectio nra se porrigat, amplectat ⁊ eos q̄ nobiscū deo militāt, ⁊ eiusdē vite, pfessiōe nobis in vinculo pacis ⁊ spūs coherēt. Deus equidē huiꝰ dilectiōis est causa efficiens, dū a capite in barbā Aaron, ⁊ vsq; in oā vestimēti vnctio spūalis emanat. Ut q̄ ab vncto vncti, a christo christiani vocant: oēs in participiū noīs Iesu se cōmuni vinculo mutue charitatis inuicē cōplectant. Adhuc duo genera hominū restāt: quos si in nostre dilectionis sagina cōcludimus, nil aliud supest nisi vt illius veri sabbati requie pfruamur. Eozū enīz q̄ foris sunt gentiliū videlicet, ac iudeozū, scismaticozū, ⁊ hereticozū necesse est vt ignorātiā doleamus, cōpatiamur infirmitati, duricīā defleamꝰ pio cōpassiōis affectu, succurrētes eis orationū suffragio: vt et ipsi in odore vnguentozū nostrozū currāt in christo Iesu dño nostro. Adhuc dilatat tentozū suū charitas ⁊ pallium: qd̄ veteris legis tēpore erat breue: sic ampliat, sic extēdit, vt duos operire sufficiat: dum vnicū sinum aie sue noua spiritus sancti vniōe cōglutinat. Hac dilectiōe homo dei filiꝰ efficit: hac diuine bonitatis imago plenissime reparat. Diligite (inquit dñs) inimicos vestros: benefacite his q̄ oderunt vos: ⁊ orate p persequētibus et calumniātibus vos: vt sitis filij patris vestri q̄ in celis est. Hec dilectio dñ inimicū simplici oculo intuet, securissime dicere potest: Et dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus. Ita dimittit q̄ dimittit: sic filiꝰ dei, sic heres dei, et christi coheres efficit. Attende homo q̄ securū, q̄ dulce sit, q̄ iocundū inimicis cōpati, iniurijs nō mouerī: eū amare p christo, a quo me sentio non amari: ⁊ eā affectionē erga extraneum, quā indulgētissimus pater exhibet erga charissimū sibi filium frenesi laborātem: et quo maiores ab eo irrogant inuidie, ppensioze erga eum ferueat charitate.

¶ De tertio sabbato in dilectione dei.

Erum etiā sabbatum habet sex preambulos dies in quibus celeste manna colligimus: vt in illa preclara solennitate que in dei dilectiōe celebranda est, sugamus lac ab vberibus cōsolationis eius, et inter duas sortes, inter vbera spōsi, inter sinistram ⁊ dextram: pervisce ra misericordie dei nostri beatissime quiescamꝰ. Isti sex dies sunt: christi cōceptio, natiuitas, predicatio, passio, resurrectio, ascensio. Istis sex diebus operatus est dñs salutem in medio terre: ⁊ requiescens ab omni opere quod patrarat: sedensq; in gloria dei patris, ad illud sabbatū qd̄ in ipsius dilectione celebramus, misericorditer nos inuitat. O bone Iesu, o benigne, o amabilis, o suauis, o dulcis, o amor deus, o charitas deꝰ. Quid dulciꝰ? quid suauius, quid amabilius q̄ vacare ⁊ videre quātū nos amaueris, q̄ pie q̄ misericorditer in cōceptiōe ⁊ natiuitate tua te dignatꝰ es exinanire vsq; ad infirmitates infantilis nature: q̄ benigne, q̄ diligēter nos viam, vitā, verbo ⁊ exēplo docueris? Quāta dignatiōe te, p nobis morti obtuleris? quomodo resurgens in gloriam tuā, naturam reparaueris humanā: et ascendens in celū, eam in throno maiestatis tue collocaueris gloriosam? Quid felicius? quid iocūdius sabbato illius aie, que cōtemplatione ⁊ dilectione dñm comprehendens: ⁊ quasdā diuine suauitatis experientias in se formās, inestimabili gaudio sancte fruitiōis afficit: dum aia ibi peregrinās iam in celis habitat, et in memoriam abūdantie suauitatis exultat ⁊ iubilat. O quies pacifica, o sabbatū delicatuz, o dulcedo charitatis que animā diligētem deū vsq; in altissima eiꝰ magnalia puebit, puectāq; iter voluptates eternas requiescere facit: feriatiōe huius sabbati totus homo interior hilarescit: eius intelligentia serenat, affectiones dulcescunt, ⁊ sancta desideria in deo quadā fruitione felicissima resoluuntur. O mane, o dies que melioz es in atrijs dñi super milia: o splēdoz lucis, et ardoz charitatis que inflammat angelos, et illustrat interioza sanctozū: o preclara solēnitas, o iocunda pausatio, et sabbatū delicatū: o sabbatū gloziosum. Et que gloria delicatioz aut desiderabilioz pōt esse q̄ deo medullitus inherere: ⁊ iactare in eū omnes cogitatus ⁊ affectus suos, atq; de dilectione colligere tāte certitudinis fructus: vt de salute anime sue/de consortio angelozū: atq; de illa interminabili exultatione que diligentibus deū preparata est, eū nullatenus oporteat hesitare. Propterea ibāt apostoli gaudentes a cōspectu consilij. Andreas glorians ⁊ exultans, currebat ad crucem. Paulus igīt perfusus tāti gaudij suauitate, dicebat: Absit michi gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu christi. Et de christi retributiōe securus: scio (inquit) cui credidi: ⁊ certus sum q̄ potes est depositū meū seruare in illū diem iustus iudex. Expertus q̄ dilectio dei esset tā iocūde securitatis causa efficiēs: scio (inquit) ⁊ certus sum: q̄ neq; mors/neq; gladius/neq; angelus/neq; potestates/neq; aliqua alia creatura poterunt me separare a charitate q̄ est in christo Iesu. Moyses innixus tā solide charitati, pelegit deleri de libro quē scripserat dñs: q̄ sustinere populū sibi creditū diuina indignatione deleri. Hac inexpugnabili arce munitꝰ Ezechiel in caldea: Hieremias in egyptum fretus istiꝰ tuitiōe descēdit. Job frater draconū per hāc sine periculi suspitiōe facius est, et sociꝰ struthionū. Paulus sub tā certa securitate nō metuit anathema fieri a christo p fratribus suis. Dauid sub istiꝰ vmbra securus: p vmbrā inoztis incedere non vereī. Cum eñ deus sit charitas: scit q̄ vbi est charitas, ibi est deꝰ. Si ambulauero (inq̄t) in medio vmbre mortis, nō timebo mala: qm̄ tu mecū es. Infelix ego dilexi hactenus mūdū: tuāq; dilectionē deꝰ amoī mūdano posthabui. Mūc ediuerso facias ꝓm diuitias mie tue: vt te diligā/mundūq; ⁊ oia que in eis sunt, ꝓpter te despicīā. Quid eñ michi est in celo, ⁊ a te quid volui sup terrā? Deꝰ cordis mei, ⁊ pars mea deꝰ ineternū. Deficiat in amore tuo et liquescat aia mea: vt in deficiendo ex me spiritū meū: psallā ⁊ cantē tui amoris delitias, ⁊ diuitias charitatis illiꝰ: per quā torrētes voluptatis eterne potant, quoz affectio, prius a tua dilectiōe absorpta est. Sicut ei ferrū ignitū in quādam ignis essentiam trāsit: qua si guttula aque si pleno vini dolio sit infusa: sua insipiditate deposita essentiā substātie melioris assumit: sicut aer solari splendore perfusus totus est splendor, sic spiritus hominis diuino amore affectus est totus amor. Quocirca qui deum diligit, sibi mortuus et soli deo viuens, quodāmodo (vt ita dixerim) constātiat se dilecto. Si eñ anima Ionathe cōglutinata est anime Dauid, aut si quis qui adheret deo vnus spiritus cū eo efficitur: nō absimili vnionis iudicio quodam genere crescēdi tota in deum trāsit affectio: in qua sine alterius desiderij exceptiōe tota in se collecta transfertur in dñm omniū desiderabilium plenitudo. Diliget tū anima perfectius: cum introducetur in gaudium dñi sui, in amplexus sponsi: omniū iustoz beatitudinem suam faciet cōmunione charitatis: beneficio cuius omnia in omnibus erit deus.

¶ Apostropha ⁊ exhortatio vt diligat deum.

Audite celi/et auribus percipe terra quātū magnificauerit deus nobiscum misericordiam suaz. Et quis abissum tam ineffabilis gratie considerauit: quis de fonte tāte dulcedinis gustauit/⁊ non amauit? Nonne subiecta deo erit aia mea? Quare non effundis affectus vniuersos in deū, quos dirigis ad vanitates ⁊ insanias falsas? Quare tristis es aia mea, quare conturbas me? Nūquid nō est tibi cōsiliarius aut saluator? Nūquid resina nō est in galaad, aut medicus nō est ibi? Reuertere/reuertere sunamitis: reuertere ad dñm deum tuum. Diuulsa mea, dilacerata mea, perdita mea: sed christi deniq; suscitata, christi redēpta passiōe. Cur quaeso diligis aliquid preter illum qui tam benigne, tā misericorditer a tot miserijs te redemit?

sugi scrutinio et assidua meditatiõe reuolue qualiter
vnigenitus dei patris, cum esset splendor et figura
substantie eius, post exinanitionem vsq ad formam
serui: post famem/post sitim/post lassitudinẽ/post la
chrymas/post vicula/post flagella/post fel/post ace
tum/post coronam spineam/post clauos ⁊ lanceam
p salute tua inter duos latrones quomodo in cruce
pendebat: crucis equidẽ cornua in manibus eius: ac
de illis pius ille samaritanus tuis vulneribus vinũ
⁊ oleum infundebat. Porro erat ibi abscõdita fortitudo
eius: et amaritudine mortis dulcedo ipsius. O
q̃ magna multitudo dulcedinis tue de⁹: quã abscõ
disti timẽtibus te. Testimonio Ysaie: Vere de⁹ ab
sconditus, tu es rex israel saluator. Mortebat salua
tor tuus anima mea, vt te viuificaret. Affixus erat
cruci, vt iniquitates tuas, ppris manibus cruci affi
geret: manus eleuabat ad patrẽ in sacrificiũ vespertinum,
vt te ad amplexus amicabiles inuitaret: vi
tamq̃ suam que nulli morti erat obnoxia, pro te ad
mortẽ obtulit: vt dum a principe tenebrarum iustus
iniuste occiditur (qꝛ quod suum nõ erat vsurpasse cõ
uictus est) ea quã habebat in te potestate priuatur.
In tam exuberãti beneficio: in tãto cumulo gratia
rum te largitio diuina quasi obruit ⁊ confundit. In
gratitudo eñ peremptoria est salutis: ipsa est flatus
aspidis, virus animi, vredo virtutum, ventus pestilẽs,
⁊ aura corrũpens, stillicidia pietatis, rorem gra
tie ⁊ misericordie fluenta desiccans.

¶ Adhuc impropperat anime beneficia dei ne ingrata sit deo.

Adhuc dico. Nichil est enim satis dictum qõ
sem per est dicendũ, atq̃ recordatione con
tinua replicandũ. Eras illi grauissimo cre
ditori (angelo satanane loquor) illi quidem
immanissimo exactori tot debitis/quot peccatis vin
culo cyrographi obligata: nec soluendo eras. Dei au
tem filius non rapuerat: sed que rapueras p te solu
it: et quod dignationis ppensionis, ⁊ gratie vberio
ris erat, non delegauit aliũ debitorem: sed dedit ani
mam suam in causam soluti. Cũq̃ ille angelus trãs
fuga et emansor te habere peteret ancillatum: chri
stus litem contra te ppositam suam fecit: postq̃ di
uersas pductiones testium, legis, oraculorum, pro
phetarũ, signorum: tandem ppium sanguinem alle
gauit. Obtinuit allegatio illa tue sententiam liberta
tis. Sup calculo sentẽtiali scripte sunt littere in mem
brana corporis crucifixi: et confirmate sigillo miseri
cordie et veritatis, iustitie, et pacis obuiantium sibi.
Denique impressum est sigillũ, plaga scꝛ lateris: quam
in preciũ redemptionis nostre, et plagationem conti
nuam iugiter exhibet ante oculos patris. adhuc ex
tat titulus cause inscriptus in tãte charitatis memo
riam. Scias q̃ si te ingratã repererit, nec velle tanto
vti beneficio: exiget a te districtissime mortẽ suã. Ve
reor q̃ ne quãdoq̃ indignantissime tibi dicat: Tolle
manũ tuam, ⁊ mitte in latus meũ dextrum: mitte di
gitos tuos in fixuras clauorũ: ⁊ vide quãta, p te pas
sus sum. O ingrata ⁊ crudelis impietas: nõne putas
deum de collatis tibi beneficijs penitere, si ea vide
rit per ingratitudinẽ perijsse? Propterea oratio no
stra sepe repellit. Et hoc ipsum pia dei dispẽsatione
fieri existimo: ne q̃ de acceptis beneficijs ingrati fui
mus, ex noua largitione celestium munerũ grauiore
culpa ingratitudinis oneremur. Cũ eñ deus bene
ficium reputet qõ non psequitur actio gratiarũ: no
bis expedit non exaudiri poti⁹, q̃ ad cumulũ dãna
tionis nostre ingratitudinis materiã obtinere quod
petimus. Qua ergo presumptiõe non diliges illum
qui te non diligẽtem dilexit: qui te peccatricem non
desperit? Vide queso qua compẽsatione, quo meri
to summe ⁊ eterne respondeas trinitati. Tradidit p
te pater vnigenitum suũ morti. Tradidit et filius se
ipsum p tua salute in mortem. Datus est denique tibi
spiritus sanctus attestante apostolo: qꝛ charitas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. Sic amat nos pater, amat nos
filius, amat spiritus sanctus: amat nos trinitas tota
deus, amat nos deus eternus, omnipotẽs, ⁊ immen
sus: cuius magnitudinis non est finis, cuius sapien
tie non est numerus, cuius pax exuperat omnẽ sen
sum a quo ⁊ in quo vniuersa sunt visibilia ⁊ inuisibi
lia, celestia, et terrestria. Sane cum eũ diligis, hoc fa
cis ex debito: si te diligit, facit hoc ipse gratuito. At
tende celsitudinem celi, ⁊ magnitudinẽ firmamenti:
et modicũ in locis palustribus intimi. Talis est ad
huc inestimabiliter dispar cõparatio tui ad dominũ
sicut luti ad celum. Que eñ collatio tui ad inestima
bilem, ad incomprehẽsibilem, ad incomparabilem?
Nichil ei ad mensuram meriti retribuere possis, si in
retributionem eorũ que pro te sustinuit, te mille an
nis in gehennali incendio cruciares.

¶ Q elegantius diligit deus q̃ nos de beneficijs eius.

Omnia quidẽ que sunt in deo inestimabi
liter excellentiora sunt his q̃ nostra sunt.
Ipse enim diligit vt charitas, iudicat vt
equitas, disponit vt sapientia, reuelat vt
lux, misereꝛ vt pietas, scit vt veritas, ope
raꝛ vt virtus, presidet vt maiestas. Circũscriptis au
tem omnibus que ad dispensationẽ sue incarnatio
nis pertinẽt, diligẽter attende q̃ tibi vniuersitas mũ
di de mandato eius obsequiꝛ. Omnis natura tuis fa
mulaꝛ obsequijs: celũ/aer/terra/mare: et ea q̃ in eis
sunt, tuis pariter necessitatibus ⁊ oblectamẽtis inser
uiũt. Annua tẽporũ reuolutio: flores/fructusq̃ arbo
rũ/et herbarũ redituua innouatiõe reformat: atq̃ la
bẽtibus palmitibus, ⁊ naturis germinũ antiquatis
continua tibi munera, tibi circuitus tempor̃ submi
nistrat. Recognosce anima q̃ quãdoq̃ nõ eras, ⁊ ab
eo facta es: nichil dedisti ei vt te faceret: nichil enim
dare poteras, qꝛ non eras. Cum autem melius esset
esse q̃ nõ esse: gratis tibi esse cõtulit omnibus illis re

preferens: q̃t de non esse ad esse poterat pducere: nec
pduxit. Adiecit tibi speciem, et cuius essentia de ni
chilo pdierat per gratiam creatoris: ipse sua te ima
gine et similitudine insignuit. Adhibuit cũ pulchri
tudine vitam. Vnde tanta, ⁊ tam gratuita, ⁊ tam in
audita dignatio: vt fieres ad imaginem ⁊ similitudi
nem eius, nisi vt simile tuũ diligeres: ⁊ ei qui te gra
tuita dilectione preuenit, dilectione mutua cõformã
res? Mirũ decenter diligẽdo retribuitur, qõ diligẽ
do tribuit. Et ergo coꝛ, et medullarũ tuarũ interiora
exhibe ad diligendũ, qui te diligere dignatus est: ni
chil tũ in te reperiẽs diligẽdum. Ama signaculũ tuũ
⁊ ymaginem tuã: ⁊ vt expressioꝛ in te forma tui crea
toris appareat, et qui charitas est te fide ⁊ charitate
conforma: et in materiã gratiarum beneficia eius iu
gi meditatione recogita. Amatoꝛ tuus ad hec exhor
tatione pphetica te inuitauit. Pone me (inquit) si
gnaculum super coꝛ tuũ: super brachiuꝫ tuũ dextrũ,
ac si dicat. Pone me memoriale tuũ in toto corde: ⁊
brachio: id est in corde et opere: vt deposita imagine
terreni hoĩs, celestis imaginẽ portes: attendens diui
ne dilectionis argumẽta que refelli nõ possunt. Pone
me super coꝛ tuũ: vt fidei signaculum, vt amoris
exemplũ. Tale signaculũ ante preuaricationẽ suam
in se angelus apostata exprimebat, testimonio psalmi
dicentis. Tu signaculũ similitudinis plenus sapien
tia, ⁊ perfectus decore. Angelus siquidẽ in sua crea
tione tanta deo cõformitate vnitus est, vt esset po
tius signaculum similitudinis q̃ simile, vel signatũ.
De sigillo quippe talis similitudo imaginaliter ex
primitur, qualis in eodem sigillo essentialiter haberi,
⁊ hec homini cõpetit. Angelus vero p sui subtilita
te vere deo expressioꝛ similitudine adherebat: qꝛ to
tus ⁊ tantũmodo spiritus erat. Nos vero luteo inclu
sos carcere/⁊ inhabitatione terrena depressos, chari
tas ad dignitatis angelice statũ reparat: et licet coꝛ
pus quod corrũpitur aggrauet animã, et deprimat
terrena inhabitatio sensum multa cogitãtem: tũ pec
cato deformatos, nouum diligẽdi mãdatum ad dei
similitudinẽ nos reformat. Multiplicauit in te dñs
dona sua. Adiecit eñ pulchritudini tue viuere/senti
re/atq̃ discernere, ⁊ omnia que munificẽtia eius con
tulit accepit indigentia tua gratia eius, non exigen
tia tui meriti antecessit. Despon sauit te fide: foris oꝛ
nauit te sensibus: quasi quibusdã prefulgẽtibus gem
mis: te vero interius quasi naturali pulchritudine sa
pientia insignuit. Nouit quis ornatus tibi cõpeten
tioꝛ esset: ideoq̃ dedit qõ te decuit: et intantum, vt et
pter hec ipse te diligeret, qui hec dedit. Sane insa
nies si eũ medio criter amas, qui te tanto amore pre
uenit: qui tanta ⁊ tam preciosa largiens, maiora dili
genti se pollicetur: que nec oculus vidit, nec auris au
diuit: quorum estimatio in coꝛ hominis non ascẽdit.
Ex eius munere pensare teneris quantũ sit diligen
dus qui tantũ diligit: vt iam nõ tm temerarium, sed
etiam nephariũ debeas reputare non solum non di
ligentẽ nõ diligere: sed tanti, tam potentis, tam pre
cellẽtis amorem totis visceribus, totis interioribus
pcordijs nõ amplecti: omniũ pulcherrimus est: spe
cios forma pre filijs hominũ: ama sponsum, ama
regem in decore suo: regẽ virtutũ plenum gratie ⁊ ve
ritatis, coronatũ gloria, et honore dñm maiestatis.
Concupiuit equidẽ rex decorem tuũ, ⁊ munera qui
bus te ornare dignat⁹ est: in tuum amorem eius de
clarauerunt affectum. Amat te in muneribus suis, si
eñ habes aliquod bonũ illud habes intelligere et⁹
donũ. Verbũ apostoli est. Quid habes quod nõ ac
cepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non
acceperis? si de aliquo gloriaris, quasi illud a te ipso
⁊ nõ a deo acceperis: furaris deo quod suũ est: bono
rem alterius tibi rapis, ⁊ te in alienam gloriam pre
sumptuose intrudens, habes quãdam gloriam: sed
nõ apud deum: qꝛ gloriam alienam tibi vsurpas ne
quiter contra deum. Vide ergo nẽ vnq̃ obrepat tibi
ingratitudinis nota. Recole incessanter te tua iniq
uitate perditam, ipsius misericordia reparatam.

¶ Quanta sit anime prerogatiua super ceteras creaturas.

Studeas illi placere modis omnibus qui
bus potes: qui te talem facere dignat⁹ est,
vt placeres. Vtinam te ipsaꝫ agnosceres, ⁊
tui gratiaꝫ creatoris in tue pulchritudinis
inspectione pbares. Porro oculus cũcta videns, se
ipsum nõ videt. Ideo faciem tui cordis quãdoq̃ in
speculo sacre scripture, quãdoq̃ in speculo ppie ra
tionis attendas, nec facias iniuriã dignitati. Quod
equidẽ facis, si vis tibi te abiectioꝛa preponere: et ea
que decorẽ imaginariũ ⁊ ymbratile habent: tibi (que
in veritate pulcherrima es) coequare. A tua dignita
te nimis enormiter ⁊ ignominiose te deijcis: si transi
toria ⁊ inanes rerum pulchritudines appetis, mun
dus nimirum ppter te factus est: ideo mundum non
ames, qꝛ mundus nõ est te dignus: cum sis eo longe
dignioꝛ: ⁊ sole/⁊ luna/⁊ omnibus creaturis. Omnia
quippe tẽporalia sue pulchritudinis defectus agno
scunt: tu nec laborẽ deficis, nec pallescis egritudine,
nec marcescis senio; nec morte tabescis. Quocirca
si aliquid diligis in hoc mundo, qui tot⁹ est tibi sub
iectus, summa temeritas est: nisi ea diligere sic velis
vt tibi seruientia/vt munera spõsi/vt amici ꝛenia, vt
beneficia dñi: nec ista diligas cũ illo, sed ppter illũ:
illum per ista, et ipsum diligẽs super ista. Degenera
bis equidẽ in amorẽ meretricũ, si plus amas dantis
munera, q̃ amantis affectũ. Donari quidẽ iniuriam
facis, immo te meretricali turpitudine dehonestas:
si recipis dona, ⁊ dilectiõis vicissitudinẽ nõ repẽdas.
Ipsum ergo dilige, ppter se, ⁊ ppter dona ipsius: dili
ge te illi, ⁊ illum tibi: dilige ipsum vt eo fruaris: ⁊ im
ponas affectiones tuas: vt cum dilexeris feruẽtius,
affectuosius diligaris. Hic amor sanctus est nichil
habens sordidum vel impurũ, sed in dei recordatio
ne dulcissimus omnes mundi supgrediens delitias;

z quodāmodo ex natura sue stabilitatis eternus. Illud autē iugi memoria teneas: q̃ quāto differentius preeminētior est essentia eiꝰ fragilitate humana, tanto suauius, z incōparabiliter dulciꝰ z delectabilius diligit atq̃ diligitur q̃z angelꝰ, q̃z homo, vel aurum, seu argentum, seu lapis preciosus, vel sanitas, vel libertas, vel quecunq̃ alia quibus corda hominū distrahuntur. Nec te ab eo minus diligi credas, si quibusdam animātibus terre tecū pariter beneficiū solis z lune: z cetera gratie sue dona cōmunicat. Nimirum quecūq̃ illis donata, ꝓpter te donata nō dubites. Vt eñ tibi seruiāt vniuersa, ipa de diuina bonitate necessaria sibi dona recipiūt: sine quibꝰ esse, aut seruire non possunt. Nūquid ideo videt circa te dilectio ipsius intēsior, si tibi soli oia cōtulisset? Nūquid beatior esses si sola hereditates in mundo, z oia que in eo sunt, sine vllo socialis vite solatio possideres? Q̃ si etiā de malorū hoim societate causaris, scias p̃ dubio q̃ sicut tibi, z malis hoibꝰ cetera seruiūt: ita maloꝝ hominū vitā facit diuina dispēsatio in tuū militare, pfectū. Malorū siquidē societate hi q̃ boni sunt in melius exercent/docent z affectare virtutes: z alia dona dei quibus ipsi carēt, et que lōge meliora sunt q̃z oia que cū iniustis hoibus possident. Denicq̃ cū videant malos ruere in interitū, de sue salutis expectatiōe crescit eoꝝ affectus in deum: et de diuinis munerib⁹ (quorū cū impijs nulla est cōmunio) actio pia gratiarū. Cum ergo omnia tibi cooperant in bonū, vt mali tibi exercitio, z boni solacio fiāt: nō reputes te minus diligi, q̃z singulariter te nō amat: qui tū quadā amoris singularitate te diligit: dū z bonos et malos in vsum tue vtilitatis inflectit. Cūq̃ ipso iure et debito charitatis velis tecū oēs alios eterne beatitudinis esse participes: tua bona volūtas bonum alienūm tibi, ꝓprium facit: et spiritussancti cōmunione beatitudinis omniū beatitudo accrescit. Fit ergo amor ex ipsa cōmunione singularis, dū nichil ex plurū partici patiōe minuit: z diffusus amor in singulis reperit. Te itaq̃ singulariter diligit, q̃ nichil sine te diligēs, ab omnibus inuicē diligitur. Licet ei amor diffundatur in plures, tū est in singulis totus: vt oēs vnice diligēs, ab oīnibus vnice diligat. Propterea est hic amor vnicus/non priuatus: solus/non solitarius: cōmunis/nō diuisus: nec vsu deficiēs, nec tempore, aut participatiōe decrescēs. Repone igitur in thesauro memorie: ac recole incessanter q̃ tibi a deo donata sunt: vt nec de nō acceptis p̃sumas, nec vnq̃ sup acceptis eiꝰ bēficijs in gratiarū actiōe lētescas.

¶ Quanto sit dulcior amor quō nos diligit deus amore quo eum diligimus.

Quanto preeminētior est humanitate diuinitas, tanto amor christi quē habet ad nos amore illo quez habemus ad illum vel ad primū dulcior est/firmior/atq̃ pfundior/violētior/penetrabilior/interior/cōpassibilior/feruētior/atq̃ suauior: omnes maternos affectus, omnes fratrū/coniugum ve cōsensus, illa quā habet ad nos inestimabili charitate transcēdit. Ipse paterne gratiam lenitatis exprimēs in seipso, fidelē ad animam loquit dicens: Ammodo voca me pater meus es tu: et dux virginitatis mee tu es. Et illud. Patrē vocabis me: z post me ingredi nō cessabis. Ipse materna nos benignitate pueniēs: quemadmodū mater (inquit) cōsolat filios suos, ita z ego cōsolabor vos. Et rursum. Nunquid potest mater infantem suū oblituisci, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si mater oblita fuerit: ego tū non obliuiscar tui. Ipse in se modū fraterne dilectionis assumens: anime fideli sic loquitur. Ortus (ait) cōclusus soror mea. Et item. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa. Amicus est, dū fideli anime dicit. Pulchra es amica mea, et ipsa de illo. Talis est (inquit) dilectus meus: z ipe est amicus meus: sponsus est cum de illo dicitur: Gaudebit sponsus super sponsam: et gaudebit super te deus tuus. Hec ergo sentiamus in nobis, q̃d z in christo Jesu: qui extēdens manus in discipulos suos vocat eos fratres: et q̃d amplius est, patrē/et matrē/atq̃ sororem: omnes scz qui sancte, qui humiliter, q̃ caste, qui socialiter vixerint amantes ꝓprimū, dei facientes voluntatem.

¶ Inculcatio beneficiorum dei ad maiorem correctionis affectum.

Si recēseas diligēter effusam z indefessam circa te munificētiā gratie dei: licet sit ipe generalis omniū dispēsator: Videbis tū eum circa cōmoditates tuas quasi totū, z singulariter occupatū. Quocūq̃ te vertas, tibi sollicitus z diligens, puisor assistit. In intentionibus/in meditationibus/in verbis/in cōsiliis/in operibus/in aduersis/in ꝓsperis/foris et intus eius gratia te subsequit et expetit. Tibi exhibet in omni tribulatione remedium, sanat infirmā, reducit erroneam, corripit delinquētem, consolat afflictam, erigit lapsam, tristem letificat: nec diu vacillare fustinet deficiētem. Illud anima mea tibi tanq̃z anime mee cōsulo: sicut alꝰ me recolo monuisse, vt p̃nicias tue creationis attendens: iugi scrutinio, z sollicita meditatiōe reuoluas q̃z speciosum te fecit, q̃z multiplices gratie dotes adiecit: z cū postea per te feda z fetida facta esses/ptꝰ z misericors gratuita benignitate sua tue auersioni cōpatiens: sicut te non existentē dilexit vt cōderet: ita te conditā (sed pditam) gratia sua reparauit. Loquat in ysaia, fons misericordie dñs vulgo dicitur: Mulier si dormierit cum adultero viro, nunq̃z reueretur ad virū suum prior. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis: reuertere tamē ad me, z ego suscipiam te dicit dñs. Qui te integrā et illibatam creauerat, tibi multiplices gratie dona sponsalitia libertate cōtulerat: tu vero amatoribus alienis adherens, dedisti sponso tuo libellum repudij: tuam integritatē exposuisti coruptoribus: z licitos et illicitos amplexus affectans, diuaricabas pedes tuos immundis spiritibus: tandē sup omnes meretrices

frōs tibi fracta est, noluisti erubescere: sed animo infrunito ad illicita meās teipsaz deuoluebas in abissum damnatiōis eterne. Ipse vero tā excelsus, tam admirabilis, tam ꝓpotēs/tam insignis: post lapsum a deo damnabilē oculo misericordie te respexit. Ipe vt te de luto feditatis erigeret, de sue gratie maiestate descēdit: z vt tue corruptiōis ignominiā aboleret, p te dira z ignominiosa sustinuit. Et vt multa paucis includā: vt te liberaret a morte/dānatissime mori se obtulit: nec expressiꝰ, nec fideliꝰ, nec dulciꝰ, nec benignꝰ exhibere potuit, quāto te diligeret charitatis affectu. Nunc etiā tue puaricatiōis oblitus refundit tibi gratiā quam amiseras: reintegrat amorē quē corruperas, nec sua beneficia tibi, nec tuos excessus impropat: immo si humiliter et fideliter ei adherere digneris accumulabit gratiā super gratiam: vt pulchrior q̃z vnq̃z fueris, z purior fias: et quanta sit circa te dilectio eius, ex tui lapsus reparatiōe cognoscas. Scies q̃z fructuosum sit eum diligere: qui tam ineffabiliter māsuetus est, q̃d nunq̃z fortasse sine tanti periculi experiētia didicisses. Sēties te ex infirmitate fortem: ex casu stabilem: cautā ex periculo: ex infelicita te felicem. Quocirca vero adhuc z iterū tibi vsq̃z ad nauseam replicabo: vt assidue cogites quāta tulerit tantus p te tantilla z tam perdita. Sanguinē z mortem suam ponēs precium tuū, cum sit sanguis eius inappreciabilis, z mors eius estimatiōis nō recipiat modū. Illud z sup oia te cauere oportet: vt non arrogāter de ipsiꝰ effusa liberalitate p̃sumas: sed recolas qualiter te in lupanaris opprobrio, pstituta ab immūdiciis sanguine suo lauit: amauit, integritati restituit. Amor eñ ipsius violata integrare, non violare integra consueuit. Licet autē faciem eius nō videas ipsum tū tibi semper esse presentem nō dubites. Videes ergo ne alia indecētia tui oculos presentis offendas. Et scias indubitanter q̃ qui te dilexit turpem, plenius diliget speciosam. Induere ergo queso veste innocentie: orna te quasi veste polita varietate virtutum: z qui te fidei anulo subarrauit, in te odorare letetur aromata gratiarum. Dilige queso tota mente dñm tuum, z sponsum tuū, vitam tuam, solatiū tuū, consilium, auxilium, ac refugium tuū. Denicq̃z dilige illum qui tibi est quicquid optabile aut amabile esse potest. Dilige eum caste/deuote/z sancte: non verbo nec lingua, sed opere z veritate. Quere in amore tuo nō que tua sunt, sed que Jesu christi. Sic eñ diligere nos ꝓpheta docebat, cum diceret: Cōfitemini dño q̃ñ bonus: q̃ñ in seculum misericordia eius. De illo autē qui querit que sua sunt: scriptum est Confitebitur tibi: cū benefeceris ei. Sic ergo te totam facta in eum: sic amando tota transeas in amatū, vt tui oblita, factaq̃z apud te tanq̃z vas perditū, vluas in ipso: z a teipsa deficias, vt possis dicere cum ꝓpheta: Deficit cor meū z caro mea: deꝰ cordis mei: z pars mea deus in eternū. Dñe deus meus tibi dicit cor meum exquisiuit te facies mea. Sed quādo fiet hoc deus? quando veniēs aia mea, z appareb̃is ante faciē dei: quādo sinistra in dextra cōuertetur: quando te sponsus exhibebit nō habētem maculam neq̃z rugam: cū fluminis impetus letificabit ciuitatez dei: cū replū sanctū tuuz q̃d tu es ornabitur coronis aureis: cum maiestate replebit omnis terra: cum tibi exultāti in conspectu dei, et delectanti in letitia ministrabitur trāsiens: transiēs dico ab illa specie corporali, quam apostolis suis exhibuit, ad illam glorie speciē in qua est coequalis/z coeternꝰ/et coomnipotēs deo patri. Te itaq̃z in spe/z expectatione futurorū iugiter exerceas: votis ac desideriis/ac de perceptiōe presentiū semper sit apud te gratiarum actio z vox laudis.

¶ Adhuc replicant beneficia dei, vt anima inde humilior fiat.

Usquequo dormies anima mea: vsquequo dormitabis: vt vel breuis hora ociosa subrepat: in qua nō habeas memoriā filij dei, p tua miseria: z p sua misericordia crucifixi: Unicuq̃z molestissimū videt si compari suo magnū impēdisset obsequiū: et ipsum sup beneficij exhibitione inuenirет ingratū. Quid ergo faciet dñs manifestatis: si nos (qui cinis z puluis sumus) tāte misericordie ingratos inuenerit? Quēadmodū pater miseretur filiorū, misertus est nostri. Si eñ aliquem indurat, iudicat, z cōdemnat: nō ab eo sed a nobis. Licet eñ cui vult misereatur, et quem vult induret: ipse tū cui ꝓprium est misereri semp z parcere, z suas misericordias coronat i nobis, z malicias nostras punit: Ipse nimirū pater misericordiarū per ꝓphetam loquitur dicens: Nūquid voluntatis mee est mors impij dicit dñs: z nō magis vt cōuertatur z viuat? Recole/recole q̃ deus dei vnigenitus, p salute tua inclinauit celos z descendit: z vt te de luto fecis erigeret, quodam artificio ineffabili manēdo quod erat, vsq̃z ad vagitꝰ infantie, vsq̃ ad liuores z vulnera passionis se a sua maiestate deposuit. Moyses q̃dē ethiopissam duxit: sed in ea pellis nigredinem non mutauit. Te filius dei reperit multiplici peccatorū turpitudine denigratam, lachrymis suis, z baptismo suo tandē cruoris vnda te lauit: z te sibi exhibuit gloriosam. Scis/nec ambigere potes quantū spōso tuo sis inferior genere/specie/dignitate. Unde igit tibi tantus, z tam inestimabilis bonor q̃ te sibi deꝰ in sponsam dignatus est eligere: per quem oīnia facta sunt: qui habet potestatem vite et mortis: rex celi et terre: splendor z imago substantie patris: in quē desiderāt angeli pspicere, cuius pulchritudinem sol z luna mirantur: creator/z rector vniuersitatis/angelorū z archangelorū desiderīū/deus glorie/z dñs maiestatis? Unde hec tibi: q̃ te recipit sociam glorie, consortem regni, participē thalami: quē cū tetigeris casta es: cū cognoueris docta es: cū videris beata: z cum frui poteris eo, gloriosa. Fac igitur vt confidat in te cor viri tui. Obliuiscere populū tuū: nec mētē tuam declines ab eo: vel ad momētum. Stat angelus dñi q̃ secet te

mediam:si alium amatorē receperis. Si erga eū tepuerit amor tuus: si te in modico indeuotā exhibueris vel ingratā. Recole quanta fecerit tibi deus. Attrahit te ad thronū glorie sue: puebens te/que nō audebas de scabello pedum, aut de venia cogitare.

¶ Q mandatum de dilectiōe dei frequēter inculcat vt cordibus nostris pfundius intimetur.

QUā affectuose, q̄z sincere, suauiter: q̄z dulciter deuz diligere tenearis: dñs p moysen docet, dicēs: Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo: z ex tota aia tua: z ex totis viribus tuis. Hoc dei preceptū exactissimā obseruātie necessitatē sibi habet implicatā. Potest equidez aliq̄s se excusare q̄ vigilare/ieiunare/aut laborare idoneus nō sit: sed nullus excusare se potest q̄ amare nō possit. De virginitate dat consilium/nō preceptum. Qui potest (inquit dñs) capere capiat. Et apls. De virginibus quidē preceptū non habeo: consiliū aūt do. Charitas autē a deo precipit: ipsiusq̄z preceptū fortiter, z obnixe, et sub interminatiōe penali cordibus humanis indicitur. Mādauit equidem hoc dñs custodiri nimis. Et vt ipsuz cordibus nostris altius q̄z clauum infigeret, velut crebros ictus sepius inculcauit prius vt diligeremus ex corde: postea subiūgit ex tota aia: demū adiecit q̄ ex tota virtute nostra. Vere qz clauus, aut stimulus: est hoc preceptum. Mā sicut Salomō dicit: verba sapiētie stimuli sunt: z quasi claui in altū defixi. Nonne plusq̄z stimulus est, aut clauus, sermo dei viuus et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti? Sane duricia cordis nostri hāc exigebat inculcationis instātiam: vt hoc preceptum ad nostrorum cordium interiora trāsire: sicut duro stipiti clauus crebra percussiōe infigitur, donec interius adigatur. Expediebat etiam nobis quoq̄z corda mundanus amor infecerat: et interiores anime latebras obtinebat, vt eijcere de omnibus cordis cellulis: vt z princeps huius mundi eijcere foras, exulās a corde nostro vt in deo maneret, et deus in eo. Sed quis beatum corpus suū habere cōfidat: cum pphet de corde suo conquerāt/z dicat: Multiplicasti super capillos capitis mei: z cor meum dereliquit me. Et iterū sui cordis recuperationi cōgratulans. Inuenit (inquit) seruus tuus cor suū: vt oraret te oratione hac. Sepe in libro experiētie legimus quomodo a corde nostro relinquimur. Nūc est nobiscū: nunc est alibi: nunc auolat: nunc recurrit: et in sola lubricitate manēs, in nulla vnq̄z sui soliditate subsistit. Quomodo igitur diligā toto corde, qz a toto corde meo excidi? Aut quomodo cor meū habere valeo totum, nisi deus ipse fecerit meū? Nichil equidez de corde meo habiturus sum: nisi q̄z tum deus de ipso fecerit meū. Porro si omnes affectus, z intentiones, ac motus cordis mei deo adiuuāre/in ipsum dirigerem, fixūq̄z in eo immobili deuotiōe tenerem/ insuper et medullas anime mee ille celestis ignis accēderet: de quo pphet cōmemorat: Ignem misit dñs in ossibus meis, et eruditit me: Liberum forsitan esset michi toto corde diligere. Nunc autē imperfectū nostrū: videant oculi tui deus: vt si quantū debemus nō datur nobis diligere: saltem quātum possumus diligamus. Si recolamus beneficia dei non ea tm̄ in quibus per carnis dispēsationem visitauit nos oriens ex alto: sed quotidiana z fere cōtinua quibus nos in angustia z afflictione spiritus cōstitutos, pater misericordiarū assiduе consolatur: quis et vnum p mille respōdere aut rependere possit: qui tot miserationibus tot miserationes inculcās z ingerens, z in omnibus nobiscum magna faciens, tam crebris munificentijs obruit et confundit? Vt ergo cor nostrū totum in gratiam sue dilectionis alliciat, vt ab amore mundi nos prorsus auellat, cum amicus mūdi sit inimicus ipsius: et hoc doceat nos sacra eruditio: cor nostruz ad amorē suū paterna lenitate inuitat. Q̄ enī precipimur deū diligere ex toto corde nostro, z ex tota anima, z ex tota mente: perinde est ac si nos instruat deus diligere se dulciter, prudenter, z fortiter.

¶ Dulciter diligitur deus ex recordatione passionis eius.

ET quid dulcius q̄z iugis recordatio dispēsatiōis illius, per quē apparuit benignitas z humanitas saluatoris nostri dei? Super oia christe Jesu passio tua rem nobis amabilem facit: ipa, ppiciata est omnibus iniquitatibus nostris. Effuso enī sanguine sine culpa, omniū culparum cyrographa sunt deleta. Gratia tue cruci Jesu. Ipsa enī omnes cruciatq̄ nostros euacuat: gratia clauis qui nobis aperuerūt viscera misericordie dei nostri. Gratias etiaz lancee referamus que nobis aperuit viscera misericordie dei nostri: in quibq̄ visitauit nos oriens ex alto. O q̄z horrenda et insanabilis est plaga puaricationis nostre, p qua filiū dei oporteat tot dira opprobria, tot z tam dira vulnera sustinere. Clamabat sanguis abel vltionem de terra. Clamabat sanguis omniū iustorū qui effusus fuerat sup terram, dicentium: Vindica dñe sanguinem nostrum: qui effusus est super terrā. Solus sanguis christi clamabat reconciliationē z redemptionem populi sui: clamat mors eiq̄ defunctis ad vitam: peccatoribus ad indulgētiam: ad liberationem captiuis: perditis ad salutē. Ipse iugiter interpellat ad patrem, vt preciū sui sanguinis, z merces obedientie quā patri exhibuit p peccatoribus, in redēptionē penitentiū cōuertant. Teste quidē apl'o deus filiū suū nobis ppiciatorem cōstituit p fidem in sanguine suo. Apl's clausiūlam hāc per fidez circūspectissime posuit. Si enī fidē et fiduciā tuā factes in liuores et vulnera crucifixi: in tue salutis vsum cōuertas memoriā dñice passiōis: erit sanguis ipius preciū tue redēptionis: mors eius tibi cōuerteī ad vitā: suus dolor in gaudiū tuum: sue angustie in tuas delitias: in tuū honorem sua opprobria: z vt multiplicato fenore gratie obtineas salutē quā opatq̄ est in medio terre: tibi cedet i iocūditates

eternas, ipsius supplicū tempozale. O fons misericordie Jesu, quis ad te diligendū nō moueatur, qui iter opprobria exprobrantiū, inter mortis angustias tuarū miseriarū oblitus: sed memor tuarū misericordiarum/tam pie, tam oportune ad patrē p tuis crucifixoribus interpellas? Nam in extensione z transfixione corporis tui cum tam figuratiuq̄ modus cuerteretur. In ipsa hora incensi cum tam virtus holocausti celos aperiret, conuerteret terram et inferos spoliaret. Tu summus pontifex introiēs cum sanguine in sancta sanctorū, exaudiendus pro tua reuerentia clamas pater ignosce illis: quia nesciunt q̄d faciunt. Q̄ dulcis erit diligentibus se: qui odientes etiam z occidentes se/tanta et tam indebita, tam gratuita z stupenda benignitate preuenit?

¶ Q deus diligendus est.

QUia amor tamen cordis totus est in affectu: ne sit nimiū preceps: expedit vt sapientia z discretione regat. Precipimur ergo deum tota anima/id est sapienter diligere: Anima enī sedes est sapientie. Diligebat petrus dñm dulciter quidē, sed imprudēter, quia carnaliter. Amor enim cordis plurimū ad carnalis affectus proprietates accedit. Ideoq̄z ipm mor prohibebat quē non sapienter, sed dulciter: nō discrete, sed temere diligebat. Quia z discipuli dulciter quidē, sed imprudēter amabant, dictum est eis. Si diligeretis me, gauderetis vtiq̄z qz vado ad patrem/quia pater maior me est. Ac si dicat. Si diligeretis me prudēter desiderabilis esset vobis ascensus meus ad patrē, qui naturā humanitatis vestre mecum defero in patris gloria collocandam.

¶ Quid sit diligere sapienter.

FEr tius amor zelo fidei: et quodā affectionis feruore firmatur: cum homo mentem suam ad deum diligendū tota interiori virtute consolidat: atq̄z ad dura z dira tolerāda pro christo, se in desiderijs celestiū z temporaliū cōtemptu: constāter fortiterq̄z conquadrat. Quia vero non diligebat Petrus ita prudēter vt dicebat, licet affectuose diligeret, increpatus est a dño: vocatusq̄z sathanas: eo q̄ aduersareī omnium redēptioni quā christus in sui passione corporis disponebat. In quo et patet eum tunc diligere imprudēter/cum sola carnis affectione inductus, propriā salutē et christi gloriā retardaret. sed nec dulciter/nec prudēter, nec fortiter diligebat: vbi negabat ad vocē ancille, qui se nunq̄z negaturū etiam pro periculo mortis euitande promiserat. Porro vt hic triplex amor purgareī et formaretur in petro: ter (sicut credimus) est interrogatq̄ a christo. Petre amas me/ Petre amas me/ Petre amas me. Vt qui in hoc triplici amore inuētus fuerat m̄inus habens, imperfectū suum triplici confessione redimeret z suppleret. Sic in ministerio dispēsationis amādus est dulciter: et ne de redēptionis nostre beneficio nimiū presumamus, aut in aliquo diffidamus: diligendus est prudenter. Habita vero cōsideratione ad potentiā, z gloriā resurrectionis per quā fortiter de potestate tenebrarū nos eripuit, nobiscq̄z glorie portas aperuit, amandus est fortiter et constanter.

¶ Q sicut diligendus est in beneficijs suis dulciter: sic in suis promissis prudenter.

QEnicq̄z cum ex toto corde diligēdus sit deq̄ in beneficijs suis (sicut ī superiori tractatu prestrinximus) sic eum tota anima, in suis promissis amare tenemur. Ille quidē qui veritas est, qui saluare nos vult, z scit z potest, pmittit nobis requiē a labore, securitatē a timore: gaudiū a merore: resurrectionē a morte: vitam eternā a trāsitu huius vite. Promittit regnū celorū: refectionem in mensa patris/, pmittit qō nec oculus vidit/nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit, sicut preparauit diligentibus se, promittit in sup et seipsum: sicut iurauit ad abrahā patrem nostrū daturū se nobis. In oibus promissionibus suis excitat desiderū nostrum: vt ad ipsius promissiones (que omne desiderū superant) tota anime possibilitate curramus. Licet enī sine modo debeat esse ad hoc hominis desiderū/ tm̄ ex defectu hois in se recipit modū. q̄ si desiderū circa dei promissiones modū excedat: nō habet hic excessus excessum, z est hec impatiētia cōmendabilis, dū spes que differt affligit animā, et amor ex desiderio iuge recipit incremētum. Dauid dilationē hanc impatientissime referens: quēadmodū (inquit) desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus. Apostolus etiā patientie impatiēs, coartor (inquit) e duobus desiderū habēs dissolui, et esse cum christo. Multo enim melius, permanere autē in carne necessariū propter vos. Sponsa etiam desiderio sponsi ardenter et impatienter exestuans: atq̄z celestium virtutū, sanctorūq̄z precibus suos cōmendans affectus. Adiuro vos (inquit) filie hierusalem: si inueneritis dilectū nunciate ei, quia amore lāgueo. Et notandū q̄ amor qui procedit ex desiderio promissorū: propius est anime. Nam in sanctorū desiderijs, hec affectio anime frequēter exprimit. vt est illud. Concupiscit z deficit aia mea in atria dñi. Et item. Sitiuit anima mea ad te deus. Et in alio propheta. Nomen tuum dñe, z memoriale tuū in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte: sz et spiritus meus in precordijs meis.

¶ Q deus in iudicijs suis diligendus est fortiter.

SIcut autē ex beneficijs dei pcedit affectio qua deū toto corde diligimus: ex promissionib̄q̄ vero dei desiderū surgit, quo mediāte deū tota anima affectamus. Est autem iudiciū dei desiderabile. Juxta illud. Aspice in me domine z miserere mei, fm iudiciū diligentium nomen tuū. Et est iudiciū terribile, de quo dicit. Nō intres dñe in iudiciū cū seruo tuo. Et ex hoc iudicio

nemo deum diligit, aut seipsum. Deus ita q̃ iustissimo iudicio quibusdã hic miserẽt: non misericordiam in futuro. quosdã autem flagellat tanq̃ iratus, vt ira ꝛ flagella ipsius/afflictis in gloriã conuertãtur. Dimittit illos ꝓm desideria cordis eorum, vt eant in adinuentionibus suis. vt iniquitatem iniquitati apponant: ꝛ qui in sordibus sunt, plus sordescant. De hac misericordia, ꝛ ira hac, propheta loquit dicẽs. Quis sapiẽs ꝛ custodiet hec: et intelliget misericordias domini. Et idem. Quis nouit potestatẽ ire tue, aut pre timore tuo iram tuam dinumerare? O q̃ magnificata sunt opera tua deus: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelliget. Propterea prosperitas stultorũ perdet eos. Q̃ si a dño corrigãtur: neq̃ mundant̃, nec emendantur. Sed est emundatio eis: sue destructiõis occasio. Iuxta illud. Destruxisti eos ab emũdatione. Isti inter flagella dei murmurãt ꝛ blasphemant: et penis presentibus, penas gehẽnales accumulant. Sancti vero deum inter flagella/et flagella ipsius diligunt, ꝑpter deum, ꝛ grãs agunt deo de iudicijs eius se accusantes, et cum ꝓpheta dicentes. Omnia que fecisti nobis dñe, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi: sed da gloriã nomini tuo. Talibus cõuenit illud propheticũ. Exultauerũt filie iude, propter iudicia tua dñe. Sunt qui non solũ iudicia dei sustinẽt patienter: sed ipsi seipsos iudicant, et manus adiuuãt flagellantis: accusant se/testificant̃ contra se/seipsos iudicant: ꝛ proprie sunt executores sentẽtie. Iudiciũ dei operatur patientiã in afflictis. Tribulatio eñ patientiã operat̃: patiẽtia probationem: probatio spem: spes autẽ non confundit. Quomodo enim essent ꝓfusi: vbi est q̃ omnẽ spem ꝛ fiduciã transcẽdit: eterne scilz glorie certitudo. Sub hac expectatione ꝓpheta dicebat. Dñe in iudicijs tuis semp̃ speraui. Et idem. Iudicia dñi vera desiderabilia super aurũ et lapidẽ preciosum multũ: et dulciora super mel et fauum. Cur ergo timebo in die mala: Consultius est hic puniri. Hic vri: hic nos accusando, ꝛ iudicando torquere/q̃ incidere in manus dei viuentis, et in die tremenda dãnationis eterne, suppliciũ a terribili et inexorabili iudice expectare.

¶ Q̃ probatur charitas in obediẽtia mandatorum dei.

Deus tota mente diligendus est in suis mãdatis. Vult enim deus vt tota mens hoĩs ita se inclinet ad obediendũ: vt omnes sensus ꝛ affectiones suas impendat obseruãtie mandatorũ celestiũ. Obedire siquidẽ deo est voluntati eius per omnia cõsentire: ꝛ sic obediendo viuere, quia vita est in voluntate eius. Cum autẽ voluntas dei exprimat̃ in mandatis ipsius: nec deum potest quis diligere nisi eius diligat voluntatẽ, cõstat neminẽ deũ posse diligere, nisi diligat mãdata eius. Est denq̃ probatio dilectionis ex mandatis dei: si in eis meditemur, si ꝓm ea operemur, si in eorũ executione versemur. qd̃ insinuans propheta: Meditabor (inquit) in mandatis tuis que dilexi. Ecce sollicita meditatio. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi. Ecce diligens operatio. et exercebor in iustificationibus tuis. ecce iustificans exercitatio. De meditatione scriptum est. Q̃d̃ precepit tibi deus, hec cogita semp̃. Cogitant̃ siquidẽ mandata dei: q̃ sancta: q̃ honesta sunt: q̃ dulcia: q̃ salubria: q̃ iocũda: q̃ fidelia, ꝛ confirmata in seculũ seculi. In eleuatione manuũ sancta operatio designatur: cui iustus libenter insistit: certus est enim q̃ meritis eius eterna retributio exuberãtissime respondebit. Iugis vero exhortatio, pugnã sibi habet annexã, laboremq̃ continuũ. Iustus autem pugnat vt coronet̃, receptur autẽ requiẽ pro labore, qui fingit laborẽ in precepto est. Itaq̃ probatio charitatis mater, nulla sit: si homo dei mandata dilexerit: si ei meditatione et operatione, et operum exhibitione seruierit: cui seruire regnare est. Mandatorũ siquidẽ obedientia nullius meriti, nisi ex charitate procedat. Si eñ annexe sunt obedientia et charitas, ideo qui non diligit: nec mãdata custodit. audi eum qui veritas est. Si q̃s diligit me: sermonẽ meũ seruabit. et adiunxit: Qui non diligit me, sermones meos nõ seruat. manifeste insinuans q̃ si quis diligit obedit: si non obedit: non diligit. Vera sane obedientia est, obseruãtia mandatorum dei. propterea obedientia inseparabiliter charitati adheret, propter qd̃ scriptũ est. Qui offendit in vno: omniũ reus est. qd̃ in vno mãdatoꝝ breuiter exponi potest, vt de similibus censura similis habeat̃. hoc mandato, non occides. ille qui non diligit et nõ occidit: mandatũ quidem ad litterã facit: sed non facit ꝓm mentẽ mandati, quia non diligit. Legem eñ facere: non est verba legis exterius sequi, sed mentẽ et intentionẽ obedienter implere. Quia ergo nõ est sincera obediẽtia, que ex naturali dilectione nõ fit, non dicit̃ obedire qui non diligit, licet non occidat, eo q̃ legem opere, ꝛ non intẽtione preuia custodiat. Charitas siquidẽ patiens est, benigna est: in q̃bus obedientia cõmendatur, non agit perpera: quia nichil cõtra conscientiã suam facit: non inflat̃ de beneficijs dei: non est ambiciosa, quia omnẽ respuit dñatum: nõ querit que sua sunt: sed que christi, vel sui ꝓximi: ĩmo etiam ablata nõ repetit: non irritat̃ ad iracundiã subaudi: non cogitat malum, vt malũ ꝑ malo refundat: non gaudet super iniquitate: subintelligẽ alterius: eius eñ iniquitas nulla est, omnia suffert patienter, omnia credit, omnia sperat, dicta vel ꝓmissa a deo, oia sustinet obediẽdo humiliter. Qui ergo ex charitate obedit, legem mandatoꝝ dei adimplet: quã sine charitate aliquis oino implere non potest. Ideo ipsa est finis legis: mandatoꝝ impletio: et terminus ꝓfecte consummationis. Iuxta illud: Dis cõsummationis vidi finẽ, la. mandatũ tuum nimis. hoc est testimoniũ conscientie nostre, Hec est gloria nobis obuenies a spiritu veritatis. Spiritus eñ veritatis perhibet testimoniũ spiritui nostro, q̃ filij dei sumus, regenerati in spem vite: ꝑ resurrectionẽ Iesu christi ex mortuis. quã regenerationem Ioannes euangelista insinuãs, dicit. Scimus, quia qui natus est ex deo non peccat, quia celestis generatio, innouatio scilicet charitatis eum seruat, scilz charitas ꝑ quã prouidet deus eum fieri cõformem imagini filij sui. Nã si dauid, proditioni adulterijũ homicidiũq̃ adiecerit: licet septẽ demonibus magdalena laborauerit: licet Petrus culpam apostasie incurrerit: non est tamen qui de manu dñi eos erueret. Charitas vite innouatio est ꝑ quã crucifigit̃, et exterminat̃ in nobis vetus homo, terrenus, carnalis, ꝛ animalis. Sic ambitiones ꝛ concupiscẽtie: mala opera/praua desideria: charitate oia noua facientẽ, euanescunt. nunc aũt si qua noua creatura est in ipsa vetera transierũt.

¶ De dilectione proximi et progressu eius.

Charitas nunq̃ otiosa est: semp̃ in alterum se porrigit, vel in proximũ, vel in deũ. Natura nimirũ charitatis est: ꝛ amare, ꝛ velle amari. quẽadmodũ ignis non potest nõ ardere: sic non potest charitas non amare. Amor siquidem ignis est, et ideo amare/ardere est. Ignẽ (inquit dñs) veni mittere in terrã. Ignis semp̃ ad exteriora se porrigit: et incendens alia, interius in se crescit. Sunt equidẽ homines amãtes se, et suis inseruientes desiderijs. Vt mortui sunt viuẽtes, sic dicit apostolus de vidua que in delitijs viuẽs, mortua est. ꝓpriam amorẽ seu priuatũ apl̃s reprehendens: erunt (inquit) hoĩes seipsos amantes, ita solliciti circa ꝓpriam curã, vt de proximi necessitate non curent. Vt lectio sane sese transfundit in altum, qꝛ esse solitaria dedignatur. Et ideo vult cõmunicare alij, ne sit sola. Quia igit̃ illo summo ꝛ beatissimo dono (cum illud obtinuerimus) vnusquisq̃ ꝑ sua capacitate fruetur, capaciores aũt erũt omnes simul q̃ singuli, si per se censeãtur ꝓculdubio cumulatior erit illa felicitas: si qd̃ plene habere in seipso non potest, habere possit in altero. Vere habere, vel suum facere bonũ alterius non poterit: nisi bonũ alterius in eo dilexerit. sed nec bonũ in altero diliget: nisi alterum ipse amet. Congrue igit̃ scdo precepto, diuine legis auctoritas nos informat. Diliges (inquit) proximũ tuum. Ceterũ qꝛ deus summa nostra beatitudo, fructus est in se: ꝛ in nobis, atq̃ in primo. ideo ex toto, ipse diligendus est tibi: vt diligas eũ ex toto corde tuo, ꝛ ex tota anima tua, et ex omni virtute tua. propterea qꝛ de felicitate proximi tantũ gaudebis, quantũ de ꝓpria, recte subiungit̃. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Duo ergo nobis eligenda ad fruendũ. Deus, et primus. dissimiliter tamen. Deus, vt eo fruamur in seipso. et ꝑpter seipsum. proximus, vt ipso fruamur in deo et ꝑpter deum. proprie autẽ dicimus frui deo, proximo vero improprie. Licet apostolus, ad discipulum suum dicat. Ita te frater fruar in dño. Cum autẽ scriptũ sit deum nemo vidit vnq̃, Deus tamẽ qui lucem habitat inaccessibilem, nostris cordib̃ sepe aliquantulũ sue lucis clemẽter ifundit. Cũq̃ ipse sit charitas, ꝑ spiritũ sanctũ se nobis pro modulo nostre ifirmitatis insinuat. Cũq̃ de illo scriptũ sit. Dñe apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen, ipse nichilominus est flumen cuius impetus letificat ciuitatẽ dei. Ipse per Ysaiam dicit. Ecce ego declino in vos, vt flumẽ pacis ꝛ vt torrens inundãs glorie gentium. Et que est hec ciuitas quã fluminis impetus letificat, et que a voluptatis, ꝛ glorie torrẽte potat̃, nisi eoꝝ cõmunio, quoꝝ vnum cor, ꝛ animã vnam facit deus in glutino charitatis? Diliges (inquit) proximũ tuum sicut teipsuz. Ac si dicat. Dilige consortẽ nature, qui tibi futur̃ est cõsors glorie mee. Dilige teipsum in altero, agnosce te ĩ imagine mea, et ꝑpter me mificorditer age cum proximo tuo, ne tibi apud me misericordie aditũ intercludas. Quocirca deus bonoꝝ nostrorũ non indigens, nobis delegauit ꝑ se fratres et ꝓximos nostros, quib̃ quasi eius vicarijs, beneficia impendamus. que si egeret, eidẽ exhibere vellemus. Quomodo eñ quis deo q̃ nullo eget, et quẽ videre nõ potest, impendet misericordiã, si fratri qui indiget, et quẽ videt, cõpassionis affectũ nõ exhibet? Prius eq̃dẽ diligebat se homo propter se, ꝛ erat carnalis hic amor. prius autem qd̃ animale: deinde qd̃ spirituale. Ideo autẽ est hic carnalis amor: q̃ nemo carnẽ suam odio habuit. Porro ne de cetero hic amor latius euagaret̃ in malum: apponit̃ ei frenũ temperãtie: ꝛ indicitur ei preceptũ: quatiñ consortẽ nature sue diligat, vt seipm̃. Quantum ergo voluerit homo seipsum diligat, dũmodo primũ in mensurã eiusdẽ dilectionis admittat. Exigit autẽ amor proximi idem velle, idem nolle, idem diligere, deum appetere: et in omnibus ꝓm deũ mutuis voluntatibus consentire.

¶ Q̃ in amore proximi debet omnium esse plena cõmunio.

Est equidẽ in vera proximi charitate plena cõmunio. siue eñ aliquid qd̃ deceat cõmunicare quis habeat, vel non habeat, tũ charitas illud habenti ꝛ nõ habẽti, cõmunicat. Qd̃ enim habet cõmune facit alijs, ꝛ amat in alijs qd̃ non habet. in aduersis etiã specialiter habz locũ voluntatũ cõmunio, per quã efficit vtriusq̃ vnius necessitas. vt cum vnus patiat̃ dolendo, patiatur et alius condolendo. Gratia siquidẽ dñi nostri Iesu christi/ꝛ charitas dei, et cõmunicatio sancti spirit̃, istos mutue cõmunionis affectus operat̃ in nobis. Nec enim charitas sine cõmunione est, nec sine communione spiritus sanctus. Charitas autem diffunditur in cordibus electorum per spiritũ sanctum, qui datus est eis.

¶ Q̃ sancta cõio a deo emanauit ad angelos.

Summa quidem cõmunio aut potius vnio in sancta trinitate est: ꝛ ab ea quasi de fonte in homines beneficiũ cõmunionis emanat.

Nimirum non est deus singularis aut solitarius: qz trinus est et vnus. Nec decebat solitariū esse, aut sue beatitudinis consortē non habere. Cum ergo pater et filius z spūs sanctus sint vna vita, vna essentia, eorum cōmunis est vita, coessentia et natura. Est autē vita de vita/essentia de essentia. natura de natua. Filius a patre/et spūs sanctꝰ ab vtroqz. filius vita est, qui dicit. Ego sum via, veritas, z vita. Cūqz ipse vita sit, in se vitā habet a patre, sicut (idē inquit) pater habet vitā in semetipso, sic dedit filio vitā habere in semetipso. In sancta trinitate tanta est cōmunio, vt sapientia/potētia/eternitas/et omnia que pertinent ad trinitatis essentiā/sint vnum, nec illi vnioni preiudicet distinctio psonarū. Sic ergo quicquid filius habet a patre, totū hoc habet cum patre. Splendor enim est glorie, z figura substātie dei, z imago ipius. Sicut autē filius vita est a patre, sic spūs sanctus vita est ab vtroqz. ipse eor amor, amborꝫ nexus, z eterna cōmunio. pro hac ineffabili cōmunione p quā pater, z filius, et spūs sanctus/sunt eadē vita, eademqz essentia, dicit filius ad patrē. Pater, et mea omnia tua sunt: et tua omnia, mea sunt. Item Ioānes. Pater diligit filium: z omnia dedit in manu eius. Rursum veritas dicit. Pater diligit filium: z omnia demonstrat ei que ipse facit.

¶ Q sancta cōmunio a deo emanauit in angelos et homines.

De hac ineffabili vnione: de qua filius dei dicit: ego z pater vnū sumus: emanauit quedā cōmunio amoris in angelos, in qua per filium et spiritū sanctū firmati sunt, sicut scriptū est. Verbo dñi celi firmati sunt, z spiritu oris eiꝰ omnis virtus eor. Propterea in eis est idē velle, et idem nolle. Ideo amantur singuli a singulis/et a singulis vniuersi: ad instar cōmunionis angelice diffusa est dei charitas hominū cordibus p spiritū sanctū. sic eñ dñs p Iobelem quādoqz pmisit. Effundā (inquit) de spiritu meo super omnē carnē. Huius spūs cōlcatio pcedit in hominū corda: vt que ppria sunt vnius, fiant alijs ex charitate cōmunia. Et beatus petrus insinuās, ait. Vnusquisqz sicut accepistis grām, ad alterutrū administrātes: si quis loquat, sicut sermones dei. si qs ministrat, sicut ex virtute quā administrat deus, vt in oibus honorificetur deus. Ab ineffabili fonte summe et indiuidue trinitatis, derivationem accepit ista cōmunio: et in vnitate spiritus fidei, z baptismi ecclesia primitiua fundata est, sicut apls breuiter tangēs, vnus (inquit) spiritus, vna fides, vnū baptisma. In hac aūt cōmunione spūs, fidei z baptismi, erat multitudinis credentiū cor vnū, z anima vna. Ecce multorū vnio cordium, et idēitas voluntatū, nec quisqz eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat/sed erant eis omnia cōmunia. Diuidebat aūt singulis, prout vnicuiqz opus erat. Sed quid sibi volunt/ista cōlo, ista distributio? Si distributio erat ibi, quomodo ergo cōmunio? Nam distributio rem distributā ei cui datur appropriat: cōmunio vero habere aliqd propriū detestat. Porro charitas vicius, ppietatis abhorrens, que distribuūtur nōvult esse propria: sed vt in cōmunionē trāseāt distributa. Testimonio siqdē apostoli, diuisiones gratiarum sunt: et diuisiones operationū sunt. Vnicuiqz datur manifestatio spūs ad vtilitatē: et vnusquisqz ppriū donū habet ex deo, alius quidē sic, alius vero sic. Facit autē charitas vt qō vnusquisqz proximusqz accepit, ideo nō sibi, sed deo: sed primo: vt non suam: sed dei glorīā: non suā sed vtilitatē proximi, ex dei munere querat. Charitas eñ non querit que sua sunt: sed que Iesu christi, aut in Iesu christo proximi sui. Vides oculo fidei q in illa sacratissima trinitate vna est virtus: vna est essentia: que tribus psonis cōmunis est. Persona vero a psona, ppria notione discernit, et beneficiū communionis: aut potius vnionis impendit, q solus pater est pater: vel solus filius. Est enim pater nō sibi, sed filio, cui de sua substātia genito, dedit vitā habere in semetipso. Facit ergo charitas, vt oia sint inter proximos cōmunia: et cum singulis. propter eñ ppias necessitates, propria sunt cōferenda subsidia. Qō vnusquisqz eñ sic recipit: a cōmunionis beneficio non recedit. Habet enim z sibi, et alij quicqd habet: immo alij amplius, minus sibi. Intelligāt ergo hoīes quicquid recipiunt ex dono gratie celestis, nō suum, sed omnīū esse. Timeāt sibi obesse: si qō eis z deo indultū est non faciant in cōmune prodesse, eis eñ gratia obest: si alijs q eos non prodest. Q si cōmunicant grām, transferunt eam in dei glorīā. Propterea quicūqz cōmunicat donū dei: ei dabit et abūdabit: et is vere habet id qō habet. ei vero qui sic nō habet: et id qō videt habere auferet ab eo. gratia siquidē dei, homini data est in creditū, z in causaz mutui transit. Accipientē eñ obligat deo et primo, deo ad exhibendā glorīā, proximo ad gratiā cōmunicandam. Hic est iustus qui miseretur et cōmodat. Homo vero delinquit si cōtra pactū dati, et accepti seu crediti, et mutui venire presumat. Scriptum est enim: Mutuabitur peccator et non soluet.

¶ Q non est cōmunio bonorum ad malos.

Huic fonti, huic sancte cōmunioni non cōmunicat alienꝰ. Auarus eñ aut cupidus, seu quisquis est fidei christiane cōtrarius: diuisus est. Qui autē dona dei cōicat: indiuisos ad proximū cōseruat affectus. Iste vt colūba, vt turtur, abrahā ex pcepto dñi diuidēte necessaria, z capram atqz arietē: et ponentes vtrasqz partes altrinsecus, nulla recipit sectionē. Sit ergo primi ad proximum indiuidua cōmunionis affectio. sic tū vt non aliqs sit ibi assensus in malo, sic diligat primꝰ ne laudet in desiderijs anime sue. Qui eñ peccatorē in hoc non diligit proximū, bene odit. Nam (sicut prediximus) non est proximi vera dilectio: si nō fundetur z formet in christo. Christus equidē ipse est cōmunionis nostre vinculum, firmans inter nos spūs vnitatē in vinculo pacis: et qui iuxta verbū Iob, facit pacem in sublimibus suis. ipe est pax nostra, qui fecit vtraqz vnū. Consilio itaqz beati Petri, mutuā in nobismetipsis charitatē studeamꝰ habere: quā sincera benuolētia foueat, quā simulatio non adūbret: nec suspitio interrumpat. Hanc hominū cordibus christus impримit, et exemplo cōfirmat. Hoc est (inquit) preceptū meum vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos.

¶ Q ex mutuo membrorꝫ nostrorꝫ obsequio in amorē proximi erudimur.

Illud etiam in primi dilectione notē attentius, q ipsa natura corporis nri ad mutue charitatis obseruantiā nos informat. Multi eñ vnū corpus sumus. Alter vero alterius membra. Vnus autē spūs vniuersa mēbra viuificat: eorumqz cōpages mutuis obsequijs, et alterna cōpassione cōciliat. Oculus non solūmodo sibi videt: sed dirigit gressus pedū. Os non solum sibi comedit: sed vtiqz cōmuni vtilitati membrorū deseruit. Lingua si qō membrū leditur, molestiam illius cōpassionem suam faciens: ledentē redarguit dicēs. Quid me ledis? Cor de cōmuni vtilitate sollicitū, cōsilia mēbris oībus profutura disponit. Manus que minime famulari quādoqz membris abiectioribus erubescunt, se in vsum publice vtilitatis exercēt. Q si manꝰ vna casu aliq forte ledat alterā, illa q̄ lesa est non repercutit, nec se erigit in vindictam. Manus autem que ledit, quasi seipsa accusans: remedia meliora que potest, lese sorori apponit, et ex humilitate et sollicitudine, sua sibi indulgeri postulat, et omnē suspitionē malicie, studio sollicite cōpassionis eliminat. Si manus oculorꝫ obsequio vibratū in aliud mēbrum senserit gladium trruētem: ipsa suum minime discrimen attendens plusqz alij cō sibi timens, gladium excipit: Et vt alij parcat: ipsa sibi non parcit. Sit ergo in nobis lex illa cōmunionis que in mēbris nostris scripta est: vt vnus spīrtꝰ nos omnes quasi vnū corpus viuificet: et p verā cordiū vnionē: maneamus in deo, z deus in nobis, quatinꝰ omne corpus per nexus p iuncturas, membrorūqz cōpagines crescat in mensurā plenitudinis christi.

¶ Q precepto dei tenemur diligere inimicos.

Inter proximos/diligere pcipimur inimicū, qō precedētibus aduersari videt odio habere inimicū. qō mirabili artificio charitatis dispensatio diuina decreuit: vt scilicet voluntas hoīs que prompta est in odium inimici, mandate dilectionis imperio refrenet, et que nimis erit preceps ad diligēdum amicū, censura diuine legis q̄ inimici interdicit odiū temperetur. De virginitate: de elemosina: de humilitate: de passione dimittenda z danda pauperibus: de visitandis infirmis, z de alijs operibus misericordie consilium habemus a dño: et de his licet ad vitā dictā qādoqz necessitatē non habeant, retributionē expectamus eternā. Verūtamen de inimici dilectione certo et expresso sentētie decreto dñs in euāgelio nos astringit: ita q si quis inimicū non diligit: diuine legis preuaricator existat. Diligite (inquit) inimicos vestros benefacite his qui oderūt vos: et orate pro psequentibus z calūniantibus. Et modū mercedis adiungens: vt sitis (inquit) filij patris vestri qui in celis est. Summa bonitas deus est, in cuius amore vim tue volūtati facere te oportet, vt sicut ipe suū solem facit oriri sup bonos et malos: ita eodē oculo gratie amicū z inimicū pro christo respicias. Si amicū diligis qz te amat. lex amicitie hoc exigit. Si amicū pro christo amas, hoc accedit ad meritū. Sed tāto differentius et eminētius mereris grām dei: si tue pro christo imperans voluntati: inimicū diligis propter deum. Audi quid veritas in euāgelio dicat. Si diligitis eos qui vos diligunt: quā mercedē habebitis? Nōne z publicani hoc faciunt? Sed z vrsa, z leones, z lamie circa suorꝫ dilectionē nōne inseruiūt? At si christi discipulus es aut pfessor: malefaciētibꝰ benefacere: et maledicentibus benedicere: et orare pro psequētibus te oportet. Exigit eñ ordo celestis iustitie, et diuine regula equitatis: vt qui iam illuminati sunt a sole iusticie: orent vt eor illuminētur aduersarij: z qui tenebre sunt, fiant lux in dño. Iuxta orationem pphete dicētis. Qm tu illuminas lucernā meā dñe, illumina tenebras meas. Paulus dicit. Nemini malū pro malo reddentes: nec maledictū p maledicto. Christus (teste beato Petro) pro nobis passus, nobis reliquit exemplum: vt sequamur vestigia eius. Ipse pro suis persecutoribus exorauit. Pater (inquit) ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt. Hec vestigia secuti sunt Iacobus/ stephanus/ cōplures etiaz alij: qui inter angustias mortis/occisores suos devotis precordijs anime sibi astrinxerūt, amplexibus intime charitatis. Ille siquidē quē reputas inimicū/sibi z nō tibi inimicus est/sibi obest/et nō tibi/tibi nocere hunc estimas: et ipse ad innocentiā te pmouet. Scriptū est enim. Abel esse non potest, quē cayn malicia non exercet. Si malum p malo, maledictū pro maledicto retribuis, ius in causa ppria tibi dicis, tecz in re tua iudicē faciens: cū tibi omne iudiciū dedit deus pater, qui dicit. Mihi vindictā: z ego retribuā. quantū in te est iudicandi atqz retribuēdi potestate destituis. Tuis igitur pro christo inimicis illum amorē exhibeas: quē te diligētibus exhiberes. Licet enim hoc tibi graue primo faciev idealitur: colliges tamē ex hoc amore dulcissimos vite fructꝰ. Nouum quidē preceptū est a quo emanat ista dilectio. Nā cum veteris legis edicto precipiamur amicū diligere: z habere odio inimicū, noue legis censura astringimur inimicū diligere: nō vmbratice, nō simulatorie: sed opere z veritate. Ideo legislator non contentꝰ dicere/diligite inimicos vestros: sed aperte

insinuans voluntate et opere diligēdos, adiecit. Benefacite his qui oderunt vos. Et itē. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit da illi potū. hoc enim faciens: carbones congeres sup caput eius. Caput interioris hoīs est ratio: nec aliquis adeo crudelis est: quin ad collata beneficia non mitescat. In eo itaq; qui te molestius inquietat, dilige imaginē dei nostre cōsortem: et sic peccatū eius odio habeas vt diligas peccatorē. hoc est enim odiū perfectorum. Perfecto (inquit) odio oderam illos. Recole charitatē ioseph ad fratres impios: moysi ad populū rebellē. Dauid lugētis psecutores grauissimos, Saul ac filium parricidā: et licet euāgelicus legislator christus primus promulgauerit huius dilectiōis decretū, multi tamē patres antiqui eius gratia inspirāte humili obseruātia coluerunt.

¶ Q̄ fm diuersos hominū status in dilectione diuersi sunt gradus.

Illud autem dignū mentione cēsemus, q̄ in proximi dilectione ordo et gradus eor̄ qui diligunt, aut diligunt septus variatur. Cōstat enim quosdā alijs preesse: quosdā subesse: alios vero coesse: quosdā etiam prodesse alijs, vel obesse. his oībus necesse est iudicū discretiōis adesse. Superior quidē debet inferiorē corripere: ⁊ si necesse est ad virtut̄ opa districte cōpellere. Sit tū in correctione dilectio, et exhibeat in oratione cōpassio. Si vero inferior in ordine suo legitime cōsisteret: vt ad meliora conscendat/moneri potest: regeri nō potest: nisi salutarib⁹ monitis ⁊ exēplis. Maxime si superior ad hoc inferiorē anhelare cognouerit, ppio desiderio voluntatis. Ad inferiorem ptinet consilium in dubijs a superiori petere: reuerenter assistere, supplicare deuote: humiliter obedire. Debet equalis suo equali honesta suggerere: in letis aut tristib⁹ cōgratulatiōis, vel cōpassionis affectus impendere, eius vtilitati vel necessitati succurrere: se mutuo fouere: sanctis collationibus ⁊ honore inuicē preuenire. Eum qui prodest/id est amicus, tenetur amicus in precordijs anime, et visceribus charitatis amplecti. Eum vero qui obest/id est inimicus patienter sustineat: errata clementer indulgeat, diligat eum, et impēdat illi necessaria ppter deum. Sic autem diligendus est proximus: vt ratio habeat ad illum charitatis affectū, qua supra te diligis deum. Nam si deū non diligis, nec proximū diligis, nec te ipsum. Cum ergo teneris proximū diligere sicut te ipm, scias q̄ ex dilectionis mensura qua diligis deū potest estimari q̄tum proximū diligas: vel te ipsum. Porro qui deum non diligit: nec se. si autē non diligit se: nec proximū sicut se. Ideoq; ex dilectione dei, potes quam habes ad te, ⁊ proximi dilectionē certa estimatione metiri.

¶ Stulta est dilectio que pro aliena sue paritur anime detrimentum.

Illi autem enormiter errant qui sic arbitrantur vnūquēq; proximū diligendū, vt duos plusq; vnū diligere teneantur: ⁊ ex numero proximor̄ diligendi quātitas cēseatur. Sane non dicit̄ diliges proximū quantū te: sed sicut te. nec ex multiplicitate psonarū, multiplicanda est affectio charitatis. Sic em̄ centū, aut vniuersitatē tenerer diligere supra me: q̄ omnino ratiōi obuiat: ⁊ saluti humane. Quā enim estimationē dabit homo pro anima sua? vel quid prodest ei ad salutē eternā si lucretur vniuersum mundū, sue vero aīe patiat̄ detrimentū? Nec cōtraria huic sententie q̄ moyses supplicans pro populo israel, dicit. Dñe, aut dimitte eis: aut dele me de libro tuo. Et illud q̄ apostolus ait. Optabā aliquādo anathema esse a christo pro fratribus meis fm carnē. Moyses em̄ quasi materno affectu populū diligebat. Mater autē paupercula: si non als intromittat̄ ad desiderabiles sibi cibos nisi filium derelinquat, quid diceret illa? Ibi aut mecū admittas filium meū: aut vtriq; interdicas introitū: affectum quidē moyses perdidit quē habebat ad populū: sed consilium non expressit. Sic etiā ⁊ apostoli verba ex affectu potius q̄ ex consilij iudicio cruciant̄. Quidā tamen hoc verbum sic intelligunt q̄ scilicet apostolus optabat ꝑ fratribus suis anathema esse a christo, id est a secreto meditationis/ab orationis instātia, a contēplationis archano. Nam pro fratrū salute quodāmodo separabat̄ a christo. Sane nullo aliquo precepto vel aliqua rōne tenet̄ salutē anime proximi, pditione anime sue, aut corporis eius liberationē citra spem perpetue salutis ꝑpij corporis interitu procurare. Nō em̄ precipimur pro fratribus animas ponere/ad vite cōtemptum, non ad anime (pro qua christ⁹ mortuus est) ꝑtinet detrimentū. Sic em̄ pro fratribus vitā ponere non est animā ponere: sed saluare. Proinde hi qui morte propria tēporali, dñs suos a morte redimunt: recte quidē hoc faciunt, sed potius salutē anime sue q̄ liberationem alieni corporis causam constituant. Cum enim conscientia sua eis dictet/q̄ dominis fidē suis deberēt exhibere: videt̄ esse cōsonum rationi, q̄ sue vite corporali vitā dominor̄ debeant anteferre. Verū si pro captādā potius gloria q̄ pro fide seruāda, tali se discrimini obiecerint: egerunt temerarie: quia in sola fama populari, mercedē sui sanguinis posuerunt. Dilectionis itaq; causa ⁊ maxime ꝑ salute multor̄, potest quis salubriter morti suum corpus exponere. Vt autē ꝑ salute totius mundi sue patiat̄ anime detrimentū: nec potest ratio, nec amoris regula tolerare. animā em̄ suam perdere, est recedere a dilectione dei: carere visione illius: et ꝑpetue dānationis sententiam incurrere.

¶ Secundum mansiones animantium in archa Noe assignant̄ dilectionis varij gradus.

Sic ergo proximus diligat̄: vt fm exigentiam meriti, aut dignitatis ipsius vnus alteri preferat̄: et in amoris exhibitione certa ordinis mēsura seruet̄. Propterea scōm graduum modos ⁊ ordinū status, vniuscuiq; dilectionis censura distribuat, q̄ ei debeamus. Ad cuius rei euidētiā exemplarē in anima diligētis, quasi in archa noe de imputribilibus lignis, id est de sanctis cōpacta virtutibus assignemus tristega ⁊ mansiunculas: vt inimicos, ⁊ amicos, extraneos, et familiares, in sinu cordis iuxta singulorū et dignitatē/et ordinē collocem⁹. Bestias itaq; bestiali scilz crudelitate grassantes, persecutores scilicet nostros receptaculis inferioribus deputemus. Quia vero sunt mansiuncule exteriores: his de hominū genere qui foris sunt, exterior̄a cōcedimus. Illi vero qui nobiscum, eisdē fidei professione censent̄. Nequaq̄ ab interior̄ mansione repellimus, locū istis assignamus superiorē. Reptilibus et iumētis: his scilicet q̄ terrena sapiunt/aut q̄ vētri, aut libidini seruiētes: in stercoribus vt iumēta putrescunt, Talibus exhortationis cōsiliū, flagellumq; correctiōis impēdemus, et pre inferioribus, sed post superiores viuendi subsidia indulgemus. in quibus his qui ꝓximitate natu re vel humanitate officij, vel beneficio nutriture nos tangunt, interior̄a cōmittimus/ interior̄a ceteri non meretur. Sunt qui nec bestias feritate, nec pecudes ferocitate, nec reptilia terrenor̄ desiderio imitantur: sed nec statū humane infirmitat̄ aliqua virtute trāscendunt. Inter istos autē quāto quis nobis est aut carne cōiunctior/ aut grā mozali acceptior, tanto sit nobis ad anime precordia, et sinū charitatis iterior. Sane locus predictis eminentior volatilibus cedit. Isti pennis virtutū supra hominē trāscendētes, tāto sint in archa nr̄i spūs altiores/quāto eos credimus deo familiarius inherētes: inter quos illi quos affectio nobis artius in glutino charitatis vniuit: secretius in nostri pectoris archa, et suauius recōditi exactissima cordis beniuolentia foueantur. His oībus preeminet quidez gloriosior locus/cui huius arche fabricator et rector speciosus forma pre filijs hominū, splēdor ⁊ figura/substātia dei patris ꝓsidet, omnesq; ceteros ordines ineffabili claritate serenans: attigit a fine vsq; ad finē fortiter, suauiterq; vniuersa disponens. Ipse huius spiritualis arche latitudinē ad vnū sue dilectionis cubitū lineari dimēsione traducit. Ipse pre oībus, ipse in oībus nr̄os affectus in se dirigit. Ipse in habitaculo cordis nostri, ⁊ superiorē ⁊ inferiorē sibi locū exigēs: in seipo diuitias glorie sue nobis idefessa ⁊ indeclinabili bonitate proponit.

¶ De diuersitate affectuum ex quibus motus: et vsus dilectionis estimatur ⁊ fructus.

Ex hac ordinū varietate et graduū diuersi formātur affectus: a quibus motū ⁊ vsum dilectio mutuat̄. Ad expressiorē vero noticiā affectuū, quibus dilectio nascit̄ proficit, exercet̄. Videndū est quid sit dilectio: qualiter in charitatē transeat, vel ab ea degeneret/aut in sue natiuitatis informitate subsistat̄/iudicio ⁊ estimatiōe quadā. Dilectio est quoddā ius anime rationalis appetitiua rerū quas sibi quis elegit ad fruendū. Et licet hoc ius anime naturaliter in se sit quoddaz bonū: homo tamē pro sui arbitrij libertate, vel bene vtitur hoc bono ꝑ grām adiutus: vel hoc bono abutitur per iusticiā derelictus. Illius itaq; bonus vsus bonū amorē, ⁊ hominē cōmendabilē facit. Vsus autem versat̄ in tribus: in electione/in motu/in fructu. Electio est ex deliberatione. Motus ex desiderio et actu. Fructus pensat̄ ex vtilitate ⁊ fine. Deliberationis equidē est discernere inter amara ⁊ dulcia: inter delectabilia ⁊ aspera: inter creatorē ⁊ creaturā: inter tēporalia ⁊ eterna. Precedit ergo dilectio rei quam q̄s desiderat ad fruendū/ex illa electione occulte monetur animus ad desiderīū: vt cū adeptus fuerit q̄ elegerit: fruat̄ eo. i. cum dilectione vtatur. Sic est dilectio amoris ĩchoatio: motus desiderij, actus: finis vero siue vtilitas fructus. Si ergo mens id ad fruendū elegerit q̄ oportet: ⁊ ad appetitū eius moueat̄ vt decet, eadēq; fruatur vt debet: tam discreta electio: tam cōpetens motus: tam salubris et desiderabilis fructus, merito charitatis appellatione censet̄. Sic electione charitas inchoat̄, exercetur motu, fruitiōe perficit̄. Vere si aliquis eligat imprudenter, moueat̄ indecenter: turpiter abutat̄: ex istis cupiditas oritur inualescit, atq; pficit̄. Habes itaq; duos fontes boni et mali: et duas origines seu radices. Omnīū em̄ bonor̄ radix est charitas. omniumq; malor̄ est cupiditas. Porro is cui deliberatio circūspectior, intelligentia purior, oculus rationis acutior: considerans quantū homo alij creature precellit: q̄ quicquid desiderabile est in mūdo, pplexius hominē inuoluit miseriis, q̄ ꝑmoueat ad beatitudinis statū metiēs sue per omnia priuilegia dignitatis: videt q̄ salubriter homini lex diuina precipiat, ei soli seruire cui regnare est, et illud solū appetere in quo solo summa beatitudo est. Indignans ergo diuitijs, aut delitijs tēporalibus quosdā latam exhibere obsequelā: auaricie, idolatrie/pecunie: ei dūtaxat deuotā exhibet obsequelā. De quo sacra scriptura pcipit, dicens. Dñm deū tuum adorabis: et illi soli seruies. Quia igit̄ intelligit homo q̄ tanta, tam sancta, tam sublimis et preeminens sit diuina natura, vt sola possit hominē beatū facere: eū specialiter sibi eligit ad fruendū: cui deberi merito videt obsequiū singulare. Sic dei dilectio inchoat̄, sic ꝑmouet̄ exercitio desiderij, vt tandem in vsum desiderīū cōuertat̄. prout itaq; lex diuina ⁊ quasi in corde scribit, primū de dilectione preceptum. Diliges (inquit) dñm deum tuum.

¶ De motu ad desiderium.

Porro qualiter in electione rerū que precedūt vmbratile felicitatis imaginē, quosdā exagitat spūs vertiginis ⁊ erroris iam de-

libauimus. Restatq; diligentius aperire qualiter et q̃bus adminiculis, ad electionē appetēdoꝝ animus cōmoueat. Fit autē motus vel intus ad desiderium: vel foris ad actū. Ad desiderīū cum scilz interno appetitu moueamur, et allicimur ad fruendū. Ad actū vero mouēmur quando ad aliquid exterius agendū quadā amoris affectiōe cōpellimur. Et notandū q̃ amor q̃busdā velut incētiuis excitat ad desiderīū, vl ad actum que currū amoris dirigunt, eisq; formarū diuersitatē pro vana sui qualitate prescribunt. Sunt autē duo precipue que mouent ⁊ excitant animū ad desiderīū ⁊ actum, eisq; species diuersas imprimūt, affectus, ⁊ ratio. Mirū: aliquando enī amorē affectus tantū/aliqñ ratio/vel ad actū exteriorē: vel ad interiorē stimulat appetitū. Affectus est erga aliquē quedā animi spontanea dulcisq; ac suauis inflictio. Affectuū vero alius est spiritualis, alius rationalis vel irrationalis, alius officialis, alius naturalis.

¶ De spirituali motu qui duplex est.

Spiritualis est, q̃ de occulta immissione gratie, vel alicuius verbo seu exemplo: aut correctionis paterne flagello aliquē ad diligendū q̃d honestum, et salubre est iuitat, ac desiderīū correctionis vite inspirat. Est etiā spiritualis econtrario, quotiens in eum quē deus reprobat fieri pmittit imissiones per angelos malos. Sic miser ad illicita defluit: sicut de quibusdā propheta cōmemorat. Spūs fornicatiōis decepit eos. Nisi fallor, Amon filius Dauid, maligni spiritus imissione resolutus, affectu noxie voluptatis, in ꝓprie sororis exarsit amplexus: domūq; tanti patris contaminās incestu, fratris in se gladiū prouocauit: futuriq; denicq; parricidij quo patrem suum infelix Absalon, regni cupidus infestaturus erat/occasionē et materiā seminauit.

¶ De rationali motu.

Rationalis est affectus, qui ex aliene virtutis cōsideratione ꝓcedit. Sic affectus audita quādoq; triūphali martyrū passione, audiētīū corda quadā suauissima deuotione pfundit. Quis enī audiens in beati Pauli memoria: pericula fluminū: pericula latronum: et cetera que longū est enarrare. In sup vocē fortis athlete, vocē virtutis, hominē in oibus institutū/post oia in eo qui ipsum cōsortabat, paratū satiari ⁊ esurire. Abundare, ⁊ penuriā pati: paratū allegari ī hierusalē, ⁊ animā ponere ꝓ fratrib⁹ suis, desiderantē dissolui ⁊ esse cum christo. Quis inquā hoc in anima sollicita cōmemoratiōe describit: ⁊ nō moueat eum quedā grata, ⁊ suauis affectio? Quis recogitans ñba cōstantie in beato laurētio, beatoq; Vincētio, ceterisq; martyribus/quasi scintillantia de corde ignito: et nō acceudat erga eos suauissim⁹ amor, et prompta deuotio? Sic affectus inter Dauid ⁊ Jonathā sacratissimi amoris primitias consecrauit: ac socialis vinculi gratē nunq̃ paterna cōminatione soluendum, gratissimo federe mutue charitatis innexuit. Ulisa nanq; imutabilis peccatoris in adolescēte constātia, qua loricatū gigantē puer inermis prostrauerat, qd̄ anime alij fuisset inuidie semiariū, fuit in Jonatha virtutis augmentū. Anima ergo Jonathe (testimonio scripture) colligata est anime dauid: ⁊ dilexit eum Jonathas quasi animā suā. Hunc christū Jesus misericorditer in se transformans affectū: intuitus adolescentē qui ei virtutes suas annūciauerat, vt ait euāgelista, dilexit eum. Huic affectu ꝓtrarius est irrationalis: qui cōperto alicuius vicio: aut artificio turpi: aut philosophia inani: aut stultissima in re militari audacia: alios ad indebitū illius amorē inclinat. et (qd̄ mirabilius est) multis qr pdigi sunt, aut linguosi, seu detractores, deo odibiles, aut scurrilis/ac secularis ineptie sectatores, hoc affectu plurimū fauoris, ⁊ applausus accōmodat.

¶ De officiali affectu.

Officialem cēsemus affectū: qui obsequio conciliat aut donis. Moyses cū pharaonis nequiciā declinaret, memoriali officio sibi sacerdotij madian cōciliauit affectum: cuius filias virgines (licet alienigena) viriliter pastorū improbitate ꝓtexerat, admiratusq; benuolentiā adolescētis eundē non solum sibi amicū: sed generum fieri postulauit. Ceterū cum rex Dauid fugeret a facie absalon, Berzelai galaadites eum officiosissima deuotione suscipiens, ipsius etiā muneribus excitauit affectū: qui eiusdē anime adeo pseueranter inhesit, vt rex inter precepta testamentaria filio suo Salomoni, tante munificētie recōpensationē statim de hac vita migraturus indiceret.

¶ De naturali affectu.

Est etiam naturalis affectus, viri ad cōiugem, matris ad filium, boīs ad domesticū sanguinis sui. Nemo enī carnē suam odio habuit. et nō potest mater obliuisci infantis: vt non misereat filio vteri sui. et qui suoꝝ et maxime domesticoꝝ curā nō habet, fidē negauit, ⁊ est infideli deterior. Hoc affectu ducti patres antiqui narrātur astrinxisse suos posteros sacramētis, vt nō alienis, sed in patrū sepulchris eorū corpora sepelirēt: vt quoꝝ anime fuerant glutino charitatis vnite: corpora etiā vnirent beneficio sepulture. Matris affectū censuit sapiens Salomon in duarū meretricū disceptatione gladio explorandū. Cum delato ense diuisionē pueri regis prudētia decreuisset, matrē pdidit naturalē. Sic cessit affectui que pbitari non cesserat, et que laborauerat ne ꝓprio pignore frustraret, supplicat potius vt inimice tradat. Obsecro (inquit) date huic infantē viuū, ⁊ non occidat. Ediuerso, qr materne pietatis expers, seipsam obstinauerat in iacturam alterius: nec michi (inquit) nec tibi sit: sed diuidatur. Porro tertius affect⁹ in pectore sancti ioseph fratricidarū preponderauit iniurie: qui cum fratrib⁹ dispēsatoria seueritate, crimē exploratiōis inureret: videns eos fera satis penitentia de fratris proditione torqueri, secutus affectū, auertit se parumper abeis, et prorupit in fletum. Hunc affectum a pijs visceribus Dauid, nec filij persecutoris abrasit immanitas: a quo cum ipse quereret ad mortem: iniurie oblitus et memor nature, misit qui eius obuiarent insanie, se patrē in omnibus exhibens, persecutionē filij homicide dissimulans. Seruate michi (inquit) puerum Absalon. Hunc saluator in se miserabili cōpassione trāsfudit affectum, dum videns ciuitatem que ipsius metropolis erat, et ex qua illi patres ꝓm carnem: naturali pietate cōmotus futurum eius ploranit excidium. Reor enim q̃ Paulus naturali compunctus affectu, optabat quandoq; anathema esse a christo pro fratribus suis ꝓm carnem.

Affectui naturali plurimum affinis est carnalis affectus: qui bifariam diuiditur. Frequenter enim alicuius hominis non virtus pensatur, aut vicium: sed quadam exterioris hominis habitudine auidius ad diligendū aliquem intuētis animus inclinatur. verbi causa. Si forma elegantior: si sermo vrbanior fuerit: si cōperentior habitus: si maturus incessus. Nec in moyse adhuc puero a deo gra relucebat: vt contra tyrannicū pharaonis imperiū quo masculos hebreoꝝ occisioni decreuerat, tribus mēsibus a suis parētibus seruaret, sicut apostolus ait: eo q̃ vidissent elegantē infantem. Expositus denicq; periculo mortis: elegantia forme illius pietatē filie pharaonis illexit/qui adoptatus in filium magnus effectus est coā seruis oibus pharaonis. Est autem carnalis ille affectus: qui animū hominis ad desiderium noxie voluptatis emollit. Hunc dauid ambulantē in solario domus sue, ad speciē Bersabee preuenit incautū, preuentū dissoluit, obrui dissolutū: ⁊ quē in aliene vxoris damnabilē eneruauit amplexū quodā contrario motu in propij militis crudelē armauit interitū. Hic affectus sapiētiam Salomonis obsorbuit, carnalicq; libidine dissolutum, in spiritualis fornicationis baratrum, detestabilis idolorū cultura detecit.

¶ Q̃ affectus sine consensu non multum prosunt vel obsunt.

In omnibus istis affectibus, circunspecta moderatione vtendū est. Cum enim sint quedam origines, vel radices amoris: eis excitari nec multum vtile si boni nec exitiabile si mali sunt estimamus. Non est enim affectus amor, sed amoris origo. Nā in spirituali (quē primo loco posuimus) plericq; in sui perniciem sepius abuntuntur, et per hunc vltimū carnalem scilicet (q̃uis suspectior habeat) iustissimi homines ad probationis meritum vēitilantur. Quocirca nō his affectibus moueri, sed ꝓm eos moueri vtile vel noxium iudicatur. Quando enim hi affectus mouent, aut visitatio est, aut tentatio. si citra consensum animi, adhuc isti in sua infoemitate subsistunt. Porro si ꝓm hos affectus moueatur animus desiderantis, iam ibi plena est ipsius cōsensio voluntatis. Cōsensio aut occulta est et versatur interius: aut manifesta et vsq; ad actum exterius expatiatur. Quando autem ꝓm predictos affectus mens humana moueri debeat ad amandum, qualiter ⁊ quanta moderatione, sequētia plenius declarabunt. Ceterū qr duo quasi amoris incentiua et curricula diligendi posuimus, affectū scilicet ac rationē: expedit vt causa maioris euidentie, de motu rationis aliquid memoremus. Mentem etenim quā ad dei proximiq; dilectionē nullus affectus excitat, plurimūq; ratio mouet: tanto sacratius: tāto securius: tanto defecatius: quanto nichil rationali amore prestantius.

¶ Rationalis affectus tripliciter excitatur.

Ratio siquidem vt ad sui desiderīū cōditoris animū excitet torpescentem, tribus innititur argumēt: necessitati nostre, vtilitati nostre, dei autē dignitati. Suadet ratio deū esse diligendū: qr hoc nobis est necessariū, quia cōmodum quia dignū: necessarium ne damnemur: cōmodum/vt saluemur. dignū/ quia ipse prius dilexit nos. Et recōpensatio huius dilectiōis a nobis exigitur, cum deus sit summū bonū: sine quo nichil bonū, necesse est vt desideret qui bonorum nostroꝝ non eget: et cuius beneficijs cōtinue indigemus. Si ergo ratio ad dei dilectionē animum mouere inceperit: prosequet negociū suum sciēs nō posse obtinere qd̄ desiderat: nisi ꝓceptis eius ad probationē dilectionis obediat. Quia vero pensat ratio q̃tum nature nostre consortē/non solū propria deliberatione, sed ex preceptione diuina diligere teneat inclinat propositū suum: vt ꝓimo consulat, ⁊ beneficium qd̄ sibi vellet impendi exhibens: in eo sui creatoris imaginē recognoscat. Cum autē omnis proximus, aut amicus nobis sit, aut nō inimicus, vel inimicus: amicus amando, non inimicus nō nocendo, inimicus officiendo: vides q̃ amicus est ex sanguine, vel ex gratia: non inimicus ex innocentia: inimicus ex iniuria. Ut ergo amico se homo impēdat ꝓponit, ratio vt non inimico subueniat. et vt inimico succurrat. Triplici enī ex causa debet ꝓimo beneficiū/ex natura/ex officio/ex precepto. ex natura: qr homo vel forte domesticus est. Ex officio: quia beneficus ⁊ amicus. Ex precepto: quia proximus, licet sit inimicus. amplectit enim ratio dei preceptū: quo diligi precepit inuicē. Talis ex ratione diligit: et licet affectū in hac dilectione non habeat: charitatis meritum non amittit.

¶ Q̃ rationalis affectus tripliciter excitatur.

Porro cū ordo charitatis, et regula diligendi hoc exigat, vt non diligat homo qd̄ diligendum non est: diligatq; qd̄ diligi debet nec eque, aut similiter diligat, que inequa-

liter, aut dissimiliter diligenda sunt: subtiliter & caute censeo distinguendum inter duos amores: qui ex affectu et ratione procedunt. Proponãtur enim homines duo, quorum vnus sit trãquillus, suauis, hylaris, sapiens et vrbanus, qui sue moralitatis fauore omnes sibi conciliet in amorẽ: sit alter honestate maturior: prouectior sapientia, doctibus etiam omnium virtutum prouectior: sed austerior vultu, fronte tristior, sermone seuerior: vt illum diligat mouet intuẽtis affectus, vt hunc diligat vrget ratio, et charitatis intuitus. Sciẽs itaq; homo animũ suum ad aspectum illius amoris suauitate perfundi: ad istius vero virtutẽ cor propium indurari, perplexus est, et veretur ne spiritum oporteat fines excedere charitatis. Certum est cũ aliquẽ diligere cepi, quia eum credebam sancta morali suauitate conspicuum: si eum in aliquo vicioſum inuenero: quedam lentitudo incipit a blozbere inchoate dilectionis affectum: et ex vicio fit michi contemptibilis, quẽ virtutis opinio fecerat gratiosum.

¶ Similitudines inter affectum amoris et appetitum cibi, vel desiderium cibi.

Donamus ergo duplicem esse anime cibum: virtutẽ scilicet ac vicium, vt sit alter cibus vtilis: alterq; noxius. Exterior autem hominis austeritas, vel benignitas, quasi duo vasa: alterum rusticanũ: alterum vero vrbanum: in quibus duo ministrari cibaria censeantur: cibus equidem vtilis in vasis pleruq; deformib⁹ suauiter sumit, noxius aũt nõ in preciosis admittitur. Euenit eñ vt cibus vilior ob vasis decorem quãdoq; iocundius admittatur: precio sissimus ob horrorem vasis vel non acceptetur, vel cum ratione sumatur. Sic in homine austero & graui quandoq; placet durior habitudo: q; ex eius virtute procedit: et in alio qui ad mores cõpositus est, displicet ex vicio eius vrbana iocũditas: cũ ꝗuis prius fuerit dilectionis occasio. Pone iterum q; veritas virtus, falsitas vicium estimetur, vtinia vero moru seueritas, quasi sermo incompositus et rusticanus, exterior autẽ hominis beniuolentia, q; lepore condita sit quasi sermo eloquentior, et efficacior ad monẽdum. Videes q; in suauiloquio non est falsitas admittenda, sic in duro rustico q; sermone non est veritas spernenda. Expressa similitudinis forma, nec in homine blando exterius, et accepto placeat vicium: nec in homine duro et seuero virtus conuertatur in tedium. Q; si vterq; vera et salubria persuadere noscatur, illius oratio in crudo et indigesto sermone graranter admittitur: et in alterius assertione prouida, et ornata sententia salubria, cum suauitate recipitur. potest vtiq; tam dissuta, et diuulsa esse atq; inepta oratio, vt licet vtilitatem in se plurimam habeat, tedio tamen auditores afficiat. Denique sicut in iuuenili etate solet eloquentia esse viuacior, hylarior, expeditior, ita et in senectute grauior, circunspectior: et omnino maturior: nec hylaritas illius in dissolutionis vicium transit, nec istius matura grauitas vicium nimie austeritatis incurrit. Amatur igitur aliquis ex solo affectu, vbi aliqua diligenda exteriore habitudine arbitrantur. Ubi vero sola virtutum causa diligendi est: ex sola ratione diligimus. Q; si ratio, et affectus in vna voluntate conuenĕt: hic tertius amor, erit pre ceteris quadam prerogatiua precipuus. Primus affectus dulcis est: sed periculosus. Secundus durus, sed fructuosus. Tertius ex affectu et ratione, securus. Ad primum sensus ex parte dulcedinis mentem allicit: ad secundũ ratio manifesta compellit. in tertio ratio ipsa ex affectione dulcescit.

¶ Ex dilectione discernuntur affectus.

Ex precedẽtium serie colligere potes, q; si in his que eligimus ad fruẽdum peruersa electio fuerit, peruersa erunt ea que ex electione sequuntur: vt talis amor non charitatis nomine, sed cupiditatis merito censeatur, potest preterea electio sana esse, motus tamen interior, exteriorq; peruersus. Poterit denique et electio, et motus qui in desiderio est, ex ratione procedere, motus vero qui in actu est, poterit et electionem, et interiorem motum sua corruptione peruertere. Pone eñ q; aliquis deum eligat ad fruendum: et in fructu aliquid carnale constituat (sicut fingunt fabule iudeorum q; in vita futura, epulis et carnis voluptatibus affluent: et q; carnes beemoth in illa delitiarum affluentia nunq; deficient). electio quidem commendabilis erat: sed bonitatem illius, expectatio desiderij perniciosa contaminat. Sicut autem hic interior motus desiderij electionem reprobabilem facit, ita quandoq; et actus exterior: vt si quis ad fructum vlte sacrificijs gẽtilium, aut iudeorum cerimoniis, vel superstitione aliqua venire cõtendit. Porro si sit electio sana, desiderium competens, actus commendabilis, sequetur hic amor regulam, nec exorbitabit a limite charitatis. Erit itaq; affectuosa discreta et fortis ista dilectio: vt dulciter et prudenter, vt perseueranter rei dilecte adhereat/ dulcedine sua vincat quicquid dulce vel concupiscibile est in hac vita, cõtra versutias satanae et contentiones occultas consilium discretionis opponat. Fortitudine vero contra persecutiones insurgat.

¶ Sicut in dilectione dei: sic in dilectione proximi/electio locum habet.

Circa proximi vero dilectionẽ eadem fere notanda sunt. Nam si electionem illius amoris aliqd̃ desiderium turpe, vel actus reprehẽsibilis subsequatur, restat vt ipsius electionis integritas violetur. Illudq; considerandum est: q; deum diligendo: nobis cõsulimus et non deo. Deus enim bonorum nostrorũ non eget. In dilectione vero proximi: quia ope mutua indigemus, expedit vt in his que ad necessitatẽ corporis, & ad salutem anime spectant, nobis inuicem consulamus. Quanto enim circa hec erit quisq; feruentior, tanto in charitate perfectior. Nunc enim amorẽ, nunc affectus, nunc ratio mouet. Quocirca diligenti consideratione notandum est: quis affectus & inquantũ ab homine sit sequendus. Sane spiritualis affectus: q; ex diabolica suggestione procedit: irrationalis etiaꝫ et carnalis, quos vicioſos esse nullus ambigit, non solum non sequendi sunt: sed a nostris cordibus radicitus eruẽdi. proinde specialis affectus qui ex deo est, modis omnibus excitandus est & salubriter promouendus.

¶ Q; actus noster non est ordinandus ꝓm affectum spiritualem.

Oro hoc affectu nostrũ expedit desiderium feruentius excitari, excitandus est etiam eodẽ affectu noster actus: sed ꝓm hunc ordinari non debet. Voluntas eñ bene operandi, quanto feruentior, tanto fructuosior semper erit. Sed si operationem nostram hic affectus ordinet, erit inordinata operatio, quia metas corporee possibilitatis excedit. Cũ eñ corpus hic lutee sit qualitatis, ex sua fragilitate passionibus diuersis obnoxium, vim feruẽtis affectus ferre non sustinet. Ideoq; nisi actus exterior aliquo moderamine temperetur, infecto negocio qd̃ assumpsit, deficiet ac succumbet. Mirum affectus modũ nescit, vires corporis non metitur, et quodã impetu ceco irruens in dilectũ: solum id meditatur qd̃ appetit, qd̃ graue, qd̃ arduum, qd̃ molestum, qd̃ impossibile, qd̃ denique peremptorũ presentis est vite, dulcissima illectus dilectione nõ sentit. Proinde q̃dam omnẽ in hoc affectu modestiã ignorãtes, suiq; impetum desiderij precipitanter, & importune sequẽtes: debiliores sunt q̃ sanctiores, dum ipsa voluntas affectu immoderatiore oppressa tepescit: et qui suarum dispẽsatione virtũ ad omniũ passionũ iniurias suum animũ conquadrare debuerat, cõuertit in die belli, et nisi victoria ex virtute pendeat: ibi ex sua temeritate succumbit.

¶ Q; ꝓm rationalem affectũ noster actus quãdoq; dirigendus est: sed non semper.

Rationalis affectus, qui ex aliene virtutis contemplatione oborritur: ceteris pfectior est, quibus ad dilectionẽ proximi excitamur. Nec eñ modicũ virtutis indicũ est amor ipe virtutis & maximũ cedit in meritũ, emulatio charismatũ melior. q; si desiderũ nostrum siue motus interior ꝓm hunc dirigatur/ non arbitror arguendũ: immo cõmendabile reputat̃ si quis presentiam eius desiderat cuius instruitur verbo: cuius gestu, et habitu eruditur. cuius informat̃ exemplo. sed in actum queso non transeat illẽ motus: vt quos corporaliter adire nõn possumus: videamus oculo cordis: et eos sanctarũ affectionum brachijs amplectamur. quanto eñ dignius est celum terra palustri: tanto spiritualis visus elegantior corporali. In ture sicdem ciuili, possessio animi; possessione naturali, id est incubatione corporali prestantior est. Nec eñ ita facile amittitur, et per ipsam rei dominiũ vsucapiẽdo acquirit̃. Christus denique spiritualẽ fidei tactũ a maria exigit, cũ eam a tactu phibet corporali. De hoc tactu, vel visu fidei dicit Paulus. Et si cognouimus christũ ꝓm carnẽ: sed iam nõ nouimus. Thomas ex infidelitate mittit manum in latus dextrũ, et in fixuras clauorũ christi: sed per fidẽ melius, et fructuosius tangit dicens. Dominus meus, et deus meus. Ac si dicat. Gloriosius est nunc christum videre per fidem, q̃ vidisse in carne mortalem. Illa vero presentia precipue desideranda est quã expectamus in cohabitatione celesti. Si autem sanctorũ eternã desideramus presentiam: expedit vt sancte, et iuste, et pie in hoc seculo conuersemur. Et ista quidem sanctorũ presentia corporalis desiderat̃ vtiliter: nec semp vtiliter queritur. Ideoq; hunc actum non affectus, sed ratio moderetur. Gratissima erat fratrib⁹ anthiochenis, pauli, ac Barnabe presentia corporalis: quorũ doctrina, quorum collatione, et disputatione firmabantur in fide: audientes tamẽ a spiritu sancto. Segregate mihi barnabam, et Paulum in ministeriũ quo vocaui eos: q̃q̃ repugnaret affectus, preualuit ratio, et imponentes eis manus dimiserunt eos.

¶ Q; officialis affectus licet sit periculosus, et non cõmendabilis: est tamen interdum admittendus.

Sequitur officialis affectus: qui licet admittendus sit: tamen periculose admittitur. Dignum siquidem est et consonũ rationi: vt vicem rependamus amanti: obsequenti officiũ, gratias largienti. Illud tamen summe cauendum est, ne illectus obsequio, vel muneribus delinitus: aut vicia foueas, aut faueas vicioso. vere michi de illis sermo est, qui diligunt munera, sequũtur retributiones: qui iusticiam venalem habentes: nõ hominibus, sed muneribus fauent. De his quidem loquimur qui prius amauerunt hominẽ q̃ munera eius, nec hominẽ ꝓpter munera: sed munera propter hominẽ dilexerũt. et hic iii suspitioni locus est, ne sit vicijs eius ꝓsentaneus, dũ eius obsequijs timet esse ingrat⁹. Quocirca diligenti ꝓsideratione ꝓspiciẽdus est stat⁹ illius qui diligitur, vt si tanti sit meriti quo dilectiõis affectu sit dignus.

trãseat officialis affectus in rationalem, et quem ob exhibita diligebamus beneficia, incipiamus diligere ob virtutem. Tali etenim modo, qui quãdoq; diligebamus rationabiliter, sed nõ dulciter hominẽ austerum et grauẽ, si se nobis exhibuerit munificum, et benignũ qui prius placebat, sed nõ sapiebat sic, nũc in desideriũ nostrũ suam affectionẽ refundit.

¶ Quis modus esse debeat in naturali affectu.

QVis autem modus in affectu naturali seruandus sit: de cetero psequamur. Sicut hunc affectũ non admittere impossibile est, sic eum non sequi summe virtutis est. Domestica siquidẽ parentũ affectio refrenat, dũ electus discipulus a parẽtis sepultura retractus: audit a dño: dimitte mortuos sepelire mortuos suos: tu autẽ vade & annũcia regnũ dei. Naturalis affectiõis quedã portio est, amor sui. Nemo equidẽ seipsum odio habuit: et tamen qui venit ad me (ait veritas) et non odit animã suam, non potest meus esse discipulus. Sed cũ apls̃ Timõ dicere videatur, vt scilicet censeatur infidelis, fideiq; trãsgressor, qui suorum et maxime domesticorũ curam non habet/quid in tãta contrarietate dicetur? Sed inter istos amatores distinguitur, vt licet homo erga se, & suos naturali moueat affectu: hunc tamen ratio moderetur. Vñ enim hic affectus ex carne sit: perhibet apostolus dicens. Nemo vnq̃ carnẽ suam odio habuit. hunc tamen affectũ circa parentes: et circa vitam propriaz in quibus solet esse pronior, dñs interdicit. Qui non odit (inquit) patrem et matrẽ, adhuc autẽ & animã suam, nõ potest meus esse discipulus. Amoris autem modus fm rationẽ, apostoli auctoritate indicit. qui suoz, et maxime domesticoz curam non habet: fidem negauit, et est infideli deterior. Nã amor iste rationem sequitur potius q̃ affectũ. Nam in domestico nulla pẽsetur aut necessitas, seu estimatio meritorũ. Qui autẽ affectus erga se, & erga parentes motũ illiciti amoris insinuet, ex verbis apostoli colligere potes, qui ad timotheũ scribens. Scito (inquit) quia in nouissimis diebus stabunt tẽpora periculosa, et erunt homines seipsos amãtes/cupidi, elati, sine pace, criminatores, incontinentes, tumidi, et proterui: voluptatũ amatores magis q̃ dei. Hic eñ affectus mollia suggerit, et suauissima, qd̃ delicatũ, qd̃ tenerum, qd̃ iocundũ. Vñ vero arduũ, qd̃ asperũ, quod vtile, qd̃ honestum refugit, & abhoret. vtrunq; amoris motum fm affectum et fm rationẽ, saluator breui sermone distinguit. Qui amat (inquit) animã suam, perdet eam. Qui odit animã suam in hoc mũdo: in vitam eternam custodit eam. Hic amor affectionis est, hic odium rationis. Propterea dicit quidam sanctus. Si male amauerit, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Qui enim amat fm affectum, vtiq; odit. quia qui diligit iniquitatẽ, odit animam suam. Qui vero odit fm affectum, fm rationem diligit. Ideo vero addit in hoc mũdo: vt fiat maior affectus expressio. Quicquid enim in hoc mundo est (testimonio beati Iohannis) concupiscentia carnis est: aut cõcupiscentia oculorum: aut superbia vite. Qui ergo fm affectum amat animam suam: eam in hoc mundo vtiq; amat: quia in concupiscẽtia carnis, vel in concupiscentia oculorum, vel in superbia vite: que omnia ex affectu procedunt.

¶ De diuersis causis affectuum.

ET notandũ q̃ alius est amor in deo, alius propter deum, amatur quis ꝓpter se. Nã virtutes eius hominẽ excitãt ad amandũ. iste nec propter deũ, nec in deo diligitur: si tamen amor iste diuinã bonitatẽ ex gratiarũ actione respiciat, iam causa huius amoris non affectus, sed ratio. et licet non diligat specialiter ꝓpter deũ: salubriter tamen exercetur in deo. Inimicus autem quẽ ratio: et diuini precepti auctoritas suggerit diligendum: non meretur diligi ꝓpter se: sed diligitur ꝓpter deum. Sic alios propter se vt iustos: alios in deo vt amicos, diligere certa ratiõe tenemur. Expedit ergo vt hic naturalis affectus, in omnibus et ꝑ omnia rationis moderatione ducat: vt si prius mollis, dulcisq; sit ex se, aliquantulũ indurescat beneficio rationis. Patriarcha Ioseph erga fratres naturalem lachrymis protestatus affectũ, vt a ꝑditionis crimine purgarentur, eis notã explorationis exposuit. Saluator enim ciuitatẽ hierusalẽ prius intima deploratõie cõsiderauit, et post impendiũ naturalis affectus, calamitates quas pro suis iniquitatibus meruerat sustinere ꝑdixit. Proximos itaq; salubriter affectu naturali complectimur si honesti sunt. si vero laborare aliquo vicio cognoscuntur, instemus correctioni, vt sicut distinximus in officiali affectu discernatur subtiliter, ne aliquo consensu alieni vicij maculemur.

¶ Qui vnus affectus quandoq; mutatur in alterum.

ET enim autẽ plerũq; q̃ vnus affectus terminatur, aut in alterũ mutatur: et qui a virtute cepit originẽ, habet frequẽter exitum viciosum. Erat virgo in partib̃ nostris nominatissima in abstinẽtiis: in orationũ instantia: in lachrymis: in vigiliis, disciplinis. Cepit eam vir sanctus diligere virtutis obtentu: et tante opinionis intuitu cepit eam visitare missis venerari munerib̃: recreare colloquijs. Cepitq; amor inter eos mutuis feruere obsequijs, sic amor cui castam prestabat honestas, cepit ex mutua liberalitate vigere. Subitoq; in officialẽ affectum transijt, qui ex sola prodierat ratione. Deniq; hic affectus, dum se familiarius ad quedam blandimẽta porexit, cepit ex naturali et officiali affectu, carnalis ille qui ceteris pniciosior est, latẽter obrepere. Audiuimus quosdã summe pfectionis et ꝑbatissime opinionis, q̃ dũ adolescẽtes pudicos, & oĩ virtute pspicuos i vlteriorem familiaritatẽ virtutis amore/et rationis intuitu admisissent, officiosa sedulitate circa eos exhibita, cepit rationalis affectus degenerare in alium, prius in officialem, postea in carnalẽ deprauatus affectũ: & qui prius secundum rationis arbitriũ modum dilectiõis ordinauerat, captus in oculis suis semper in huius aspectu (licet casuali vel trãsitorio) motu illicito titillabat. Cõsultius ergo est vt inspecta etate vel sexu, sinus ꝑte mentis, pudica circũspectione claudatur: ne ad verba familiaria, vel inania blandimẽta permittatur defluere. Nam inquantũ libet perfectis & sanctis vnus affectus in aliũ latẽter & subito, insensibiliter, atq; tã perniciose q̃ pdigiose mutatur.

¶ Qui affectus semper cõtrarij sunt et se oppugnant.

ILlud etiam considerare oportet q̃ affectus frequenter inter se altercanẽ, & inuicem se oppugnant: alter alterum a corde hominis eliminare nititur: vt homo varia in vota diuisus, & perplexus inter ambigua: fluctuet in se, gnorans de duobus contrarijs quid potius eligatur. Summa igitur cautela vtendum est: ne ab inferiore affectu superior et excellentior expellatur. Abraham iussus a dño filium immolare, contra naturalem affectum nequaq̃ obduruit: sed cũ naturalis ei misericordiaz suggereret in filiũ, spiritualis eum ad obedientiam excitaret in deum: duo illi affectus in sancti viri pectore compugnabãt Ipse tamen deum filio pretulit, et affectum naturalem spirituali posthabuit. Optimus adolescens Ionathas cuius animã anime Dauid rationalis affectus glutino charitatis vnierat, non ꝑdidit in iniuriam patris consilium quo mortẽ Dauid addixerat: sed rationalem affectuz naturali discrete preposuit. Nec mirãdum si amici gratiam paterne crudelitati preposuit, qui ꝑpriam (sicut publice putabatur) iniuriam ꝑ amico immutabili virtute contempsit. Ipse enim Dauid cum de eius filio parricida populus victoriam reportasset: prius ꝑfessor naturalis affectus filij lugebat interitum: sed correptus a milite affectũ officialẽ naturali preposuit: depositoq; luctu/victori populo qui pacẽ fecerat in israel, gratulabundus occurrit. Saluator etiaz affectus naturalis intuitu quo nemo vnq̃ carnem suam odio habuit: cuz clamasset ad patrem vt calix mortis trãsiret ab eo si fieri posset, eundem spirituali per quem patri erat obediens pro sua gratia & ꝑ nostra salute, submisit dicens. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Proinde regula hic generaliter in his actibus obseruetur: vt ille quo mens humana excitetur in deum, ceteris omnibus preponat. Deinde rationalis officiali: officialis naturali, naturalisq; carnali.

¶ Qui delectabilis & necessarius est fructus in exercitio istorum affectuum.

VT ergo in affectibus istis, pudica circũspectione anima rationalis exerceatur: sentiat de dño in bonitate, et in simplicitate cordis sui: seq; sellam vinariã, ignisq; diuini receptaculũ tanta vigilantia studeat exhibere: vt in die bona dñi, & i hora beneplaciti eius audierit vocem spiritus, et velut sibilũ aure tenuis, sanctum susurrium offerat ad affectionem puram, fidelemq; intelligentiam: vt spirituales fructus quasi de ligno vite colligere mereatur. Sunt autem fructus spiritus (teste apostolo) charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, castitas. O felix anima si beniuolentiam eius/& inspirationẽ gratie celestis: suamq; circa te presentiam tibi certis liceat indicijs experiri. Tãget eñ te quedam in ipsius recordatione suauitas, afficiẽs noua & inexperta dulcedine: vt quasi abstracta, et a te prius aliena: exultes quadã amenitate celesti. Faciũt autẽ statim sue presentie fidem: q̃ omnes tui sensus hilarescũt, serenatur intelligẽtia tua, desideria incalescũt, gestis, et aspiras in amplexus illius quã tenere te sentis, et vereris ne illabatur. Et ideo q̃tum vis, ipsum quodã delectabili nexu intime charitatis astringas. Iste est o anima dilectus tuus visibiliter, et incõprehensibiliter, misericorditer, & dignanter accedens vt excitet te: vt se tibi inspiret: in sinu tui amoris tibi se insinuet vt tuum accendat in se desiderium: vt illuminet interiores oculos: vt inflammet affectũ. Sic primicias, nõ plenitudinem sue dulcedinis: nõ ad satietatem, sed ad degustationez tibi exhibet: vt quasi de experiẽtia ꝑbes q̃ dulcem, q̃ suauem, q̃ iocundũ, q̃ delectabilem se tibi prebeat, cum apparuerit gloria eius: cum eum videris reuelata facie, coronatum diademate patris sui, quẽ nũc adoras in diademate sue matris. Hic est ebrietas, sobria tamen. Unde apostolus. Siue viuim̃, siue morimur: deo sobrij simus. Hic sobria ebrietas vino charitatis efficit. Sicut sponsa in cantico amoris insinuat dicẽs: Comedite amici, & bibite: & inebriamini. In vita ꝑsenti panẽ lachrymarũ in sudore vultus sui comedit anima militans deo: post exitum huius vite non pasceẽ pane doloris, q̃ iam nõ erit doloz neq; luctus, qm̃ prior transierũt: sed amatorio poculo reficieẽ & inebriabitur. Iuxta illud: Et calix meus inebriãs q̃ preclarus. De hoc etiam calice credo ysaiam dixisse. Ad te quoq; filia edom venit calix, & iebriaberis. Inebriabitur ergo ab vbertate domus dei: bibens vinũ merum et nouum in regno patris christi. In terra autẽ bibit vinum suum cum lachrymis in mẽsura: donec rex introducat eam in cellam vinariam, vel ipsam sibi cellam efficiat, & in ea ordinet charitatem. Illa siquidem nũc diligens, sed nõdum dilectionis fructũ percipiens: & in solis affectibus se exercẽs non dicit. Vulnerata charitate ego sum: & ad angelos, atq; animas sanctorum loquitur dicens: Adiuro vos filie

hierusalem:si inueneritis dilectum meũ dicite illi qꝛ amore langueo.

¶ Qꝛ charitas dum est in desiderio languor est.

MIrum tamẽ est quomodo amor siue charitas sit languor spõse vel anime:cũ charitas operiat multitudinẽ peccatorũ, ꝛ cũ maria magdalene: qꝛ multum dilexit, ab infestatiõe septem demonũ, ꝛ septem criminalium viciorũ languore sanata sit. Porro amor languor est, dum spõsi suspirat in amplexus. Sed qꝛ oẽs sanat infirmitates tuas anima mea tui languoris feruorem curabit, quando se tibi ad habendum/ ad videndum/ ad fruendum facie reuelata prestabit. Nunq̃ decetero separaberis ab osculo vel amplexu illius. Gaudebit equidem sponsus super spõsam: et gaudebit super te deus tuus. Tunc languoris angustiã fructus amoris excludet. Languor eñ excidet, sed nõ amor: qꝛ charitas nunq̃ excidit. Amor igitur nunc languor est, dũ cruciatur desiderio vtendi. Erit autẽ sanitas, cum dabitur vsus desiderij. Vtẽdi eñ desiderium tantũ differt ab vsu desiderij, quantũ fames a satietate, quãtũ appetitus a plenitudine noti. Interim ergo grauiter infirmatur, ꝛ languore conficitur, dũ opem ferat illi super lectum doloris eius. Vox autem languẽtis est ꝛ plangentis: Stipate me malis, fulcite me floribus: qꝛ amore langueo. Initia siquidẽ virtutum flores sunt: atq̃ fructus honoris ꝛ honestatis. Adalavero maturiora patiẽtie sunt exercitia et exempla. Stipatur itaq̃ malis anima, dum temporis preteriti fructus percipit: cõuertens in vtilitatem ꝓpriã christi flagella, opprobria, et dolores, ꝛ cetera que pertransierũt. Christus eñ iam nõ moritur: fructum tamen quotidianum de ipsius passiõe colligimus. Fulcit sponsa floribus quos ver humane innouationis de christi resurrectione produxit. Hiems eñ transijt, imber abijt et recessit: flores apparuerunt in terra nostra. Ille nimirũ qui dicit Ego flos campi, ꝛ lilium conuallium/ terram carnis nostre que sub maledicto veteri spinas ꝛ tribulos germinauit: surgẽs a mortuis reflorescere fecit, et in noue regenerationis infantiam nos reduxit. His malis ꝛ his omnibus stipanda et fulciẽda est: vt ea quam habet ad deum nõ torpescat affectio: donec recepta in amplexibus sponsi dicat. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Quicquid enim in primo spõsi aduẽtu de illius sinistra nũc recipit, comparatione glorie quã in amplexu dextere suscepturus est modicũ reputabit: sicut in sinistra eius diuitie, et gloria: ꝛ in dextera eius longitudo vite.

¶ De dimensionibus charitatis et communione sanctorum.

SAne sicut nunc deus imperfecte ꝛ ex parte cognoscitur: sic etiam imperfecte diligitur. Cognitio eñ quam de deo in presenti habemus, si comparatur ad notitiam patrie: quando reuelata facie videbimus deum, quando videbitur in gloria sua, quando ostendet faciem suam ꝛ salutem: ꝛ sicut ingressus matutine lucis ꝑ tenuissimam rimã: si ad meridianum splendorem conferatur, quãdo sol lucet in virtute sua: sic dilectio dei que in hac peregrinatiõe habet quasi scintilla ignis exigua est ad magnum illius amoris ignem: quo iusti cum seraphin, insuper hierusalem igne charitatis ardebunt. Nunc enim est ignis in syon: tunc vero caminus erit in hierusalem. Cum autẽ in amore dei ergamur: sint (teste apostolo) longitudo/ latitudo/ sublimitas/ et ꝓfundum: charitati diuine humana dilectio, ꝑ sue insufficiẽtie modulo se coaptat. Deꝰ equidem non superficialiter dilexit nos, nõ simulatorie, non mediocriter: sed plene, sed sincere, sed medullitus: vt et nos comprehendere possimus cum omnibus sanctis que sit tante charitatis altitudo, longitudo, latitudo, ꝓfundũ. Altitudo est excellentia glorie: quam preparauit deus diligentibus se, quam nõ oculus vidit, nec auris audiuit. Profunditas eiꝰ est inclinatio diuine maiestatis a patris equalitate: ꝛ exinanitio filij vsq̃ ad formã serui, ꝛ ignominiam crucifixi. Longitudo eius est sine initio, sine fine. Dilectio enim eius nec incipit, nec desinit: qꝛ ante mundi constitutionem elegit nos in dilecto filio suo: ꝛ sicut scriptum est. Misericordia eius ab eterno, ꝛ vsq̃ in eternum super timẽtes eum. Latitudo eius ampla, extensa, ꝛ diffusa in omnẽ benuolentie modum. Ipse eñ vult omnes homines saluos fieri per ipsam, proprio filio non pepercit: sed ꝑ omnibus tradidit illũ. Ipsumq̃ nobis donãs (teste apostolo) nobis omnia donauit in eo. Sic etiam pari vicissitudine charitas hominis se diuine charitati conformi dimensione coaptat. Alta est, dum eterna ꝛ celestia contemplatur. ꝓfunda est, cum ab homine ꝓpter deum vilitas ꝛ abiectio affectatur. lõga est, qꝛ finaliter perseuerat. fides enim ꝛ spes, atq̃ scientia, et cetera euacuabuntur. Charitas autem nunq̃ excidit. Lata est, quãdo in operatione iustitie cor hominis dilatatur vel delectatur. Lata est, cum extendit se non solum ad deũ ꝛ ꝓximum: sed etiam amore pio amplectitur inimicũ. Lata est, cuius mandatũ latum est: dicente ꝓpheta Omnis cõsummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. O lata et dilatans charitas q̃ magna est domus tua, et ingens locus possessionis tue: cuius longitudinem ꝛ ꝓfundum comprehendũt sancti. Vtinam ꝛ nos cum eis eadem sagena charitatis possimus pariter comprehendi. Dilatat itaq̃ charitas in sanctis tentorium suum: vt si deum et ꝓximũ dilexerimus, recipiamur in cõmuni exultatione sanctorum. Quocirca non angustemur in visceribus nostris: non coartemur intra limites quantulecũq̃ iustitie nostre: credamus in spiritu sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorũ cõmunionem: vt imperfectum nostrum videat oculi tui Iesu: et in beneplacito tuo sanctorũ cõmunione nostra insufficiẽtis

suppleatur. Si enim in sanctis dilexerimus deum, ꝛ ipsi pro suorum meritorum exigentia suam nobis cõmunicabunt beatitudinem apud deum. Vbi eñ in medio diligentiũ se erit deus, omnia in omnibus: necesse est vt affectus cõmunes gaudiorum communio comitetur. Non solum itaq̃ primi, sed tota christi beatitudo cõmunione amoris, ꝛ exultatiõis, atq̃ alieni participatione gaudij nostra erit. Qõ ergo minus beatitudinis in me habiturus sum, de beatitudine aliena supplebo. Bonũ enim qõ in deo vel in ꝓximo diligam, diligẽdo faciam meũ: vt perfectio gaudij alieni meum suppleat imperfectum. Vis vt familiari exemplo rei huius faciam tibi fidẽ. Videt mater filium suum quem super omnia diligit, regali vnctione, ac dyademate imperiali/ sceptro ꝛ insulis augustalibus insignirĩ: quanta est matris dilectio, tanta exultatio eius: vt filij honorem, proprij feruore amoris, sui gaudij comitẽt affectus. Sicut ergo gaudium filij sui, atq̃ populares applausus, omniumq̃ congratulationes sibi mater appropriat: sic in terra viuentium vnusquisq̃ beneficiꝰ charitatis omnium beatitudinis coexultat. O cõmunio charitatis: o dulcedo amoris: o securitas: o requies: o sabbatum delicatum: o eterne felicitatis introitus: q̃ preciosior es omnibus thesauris, desiderabilior es omnibus diuitijs, elegantior es omnibus regnis, operatur charitas de puro corde, ꝛ fide non ficta. Quis michi dabit hoc amatorio potu inebriari, hoc lethargo sopiri: vt totus a corde meo mortuus, totus a me translatus in amore dei et ꝓximi: inter has duas sortes, in pace in idipsum dormiam et requiescã? Quis me illi scientie cõmunioni ascribet, vbi iocunditas angelorum transfundetur in omnes: ꝛ ab omnibus refundetur in cõmune: eritq̃ deꝰ omnia in omnibus: vt sit ipse vniuersis diligentibus eum amor, gaudiũ, pax, vita, quies, claritas, securitas et iubilatio, satietas omnium desideriorum eterna, et cõsummata glorie plenitudo. Amen.

¶ Petri Blesensis Bathoniẽsis archidiaconi Opera diuersis in locis recollecta multisq̃ mẽdis purgata Pariß. felici auspicio finẽ sumpsere: opera ꝛ industria magistri Andree boucard calcographi. Impensis autem Iohannis petit illius vniuersitatis bibliopole iurati. Ex die. xv. Octobris. Ad. CCCCC. xix.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

quæ hic sunt notata in pōs 2. tomo repe ries-

¶ quadruplex silentium et triplex sermo / sedicati sancti sunt	fo. 1.
¶ quibus violentia fit deo: quibus exilium abominatur	2.
¶ dicti ꝗ petro vade crucifixi: sed signum crucis in suis significat	3.
¶ quot quotiens doctor nos xpi in sui nativitate et mortem xpi dicunt	3. 4.
¶ plena justitia est subjicere se ministri: ut fertur xpi pentibus legi johanni	5.
¶ venit xpi ad jordanem non ut a peccatis lavaret sed ut aquas lavaret	1. 7
¶ mysterium dei ad xpi filii qui nativitatem exsolvebat: contra expulsatorium	3. 4. 7 / 2. 8.
nocte et eue / sanctificatum matutinum et vesperti. xpi cervus hens cervi	
a mane lumen aprehendunt	
¶ 7. mucrones. 7. et singulares / et hunc penitet deum	3. 4 8.
de judice fit advocatus.	1. 4
+ ¶ diffinitio seu descriptio crucis filius sanctus hic / misit sua nata	1. 2.
¶ tres sunt qui testimonium dant et solvere iste quid sit	14.
¶ omnis minus et plus quam minus pigius sit deus	15.
¶ dulce quando non est dei sunt. ff. benignitas dei et tas	16.
¶ exposa similitudo cum est. ff. dei	18. / 17.
¶ ff. dixit deus lumen meum ne tacueris: deus inveni virum	3. 17
cor meum / pistat pauper et xpi: pauperibus evangelizare	4
¶ aures audiendi hic qui fertur et xpi: intellectus vitis facietis eum	17.
¶ diligit deo et hominibus. derfuce cum dilectione debemus hinc lenitatem	3. 4. 18
¶ quorum deus singulariter in precepto et avaritia in furore / et qui	1. 2. 19
minus arte dispensat suum gravamen	
¶ plura multis modis minus cum xpi / qui habet et non arcet et	23.
qui arcet et non habet et qui utrumque faciunt	20
¶ in arca petri pedibus in magna vanitate luta: quare	4 23.
¶ nulle est ut calor calore expellat vita in vitam lamentio et	4 24.
¶ mali origines pro bono origine mederi oportuit	2. 28
¶ religiosus hiems spirit nihil cum hic et cum xpi	2. 29
¶ stolla carnis plus adhuc desiderat quam aie ff triplex status	3.
aie in militia in requie in gloria	31
¶ pus ascendit in eminentia bonorum opum quam sumptuosum ostium domi	1. 4 / 1. 1.
si / pauperes spiritu equant maneribus quomodo pater expellit demonem	32 / 35
¶ celebris et gloriosus titulus pauperum qui constituit plenitudinem vitae / Vt	1. 2. 33
xpi in quam fit pax et.	
¶ esurire justitiam quid est / pugna magna inter spiritum et carnem	4 33.
¶ duo filii rachel duo opera thu. sexties operamur et domum	1. 2.
in vita lumen confortet: post vitam lumen post tertium.	34

¶ Pacem deo pace proximo: distributio cingulos iniquitatis — 34/45
¶ Ubi quisque. — 35
¶ Virginitas et humilitas cum pax — 35
¶ In sensuum est sacerdos qui in altari non adorat — 37
¶ Ubere ihesu est ipsum abis confiteri et ipsum negare — 38
¶ Vado vomam iterum omnibus: ipsum fecisse habitare nemo — 41
¶ In tabula nix. 2a sup nive moses et helias mitti — 42
¶ Stimulus et senectus: mia et vitas vinoverunt sibi
¶ Levatis ventos qui quis altius elevat ventos considerat — 43
¶ Cum dixit xp in his qui prisonei sunt opus me et qui non aspiciebat eis penitus secutus est eos
¶ In hor impius irritat deum qz dicit non requirit — 44/62
¶ Filius adventus prima absentia: ex pre diabolo est — 44
¶ Forte in scripturis qz sceneratum est de alieno corde sete tia proferre — 44
¶ Superbia natura celestis est: sic non vult aliquid esse — 45
¶ Distinctio ingratitudinis: et event exercite gra — 45
¶ Gentiles xp petro in opprobrium xp corona rasserunt — 46
¶ Ho dr tria ter qve? / duo sunt que mirabiliter pscuat apeda — 46
Frequens gestatio: frequentior disciplina / qui confessore timet ut latro judicem.
¶ Deus in Iobo dicto de job: adhuc veniens invectiva: tacite accusat demonem de sua incostantia. / qve non corrigimus alios
¶ Ex. cuiusdam carthusien. laici non sacerdotis
¶ Descriptio mulieris in uxore jobi.
¶ Nomen tetragramaton. 4um figuratus trium litterarum qz una duplicat / et sic testimonium trinitatis. ut tres digiti
¶ Sent opa mortua veniunt ipsum premium — 62
¶ 4um impedimentum gestationem pudor timor spes desperatio jui publicus jat quia durum est fet / diffaves gestatio sed et sanus diffaves respondit vt
¶ Frequens illud judicium ire celestis qui nullum peniterem cum pt negat cum velit / cum tunc in die nulla qz non tempus in bona
¶ Ampla diaboli non irremissa qz scandalum multitudo: ut peccatum servus: pharaonis

¶ Quatuor dis amoris et qz lat) corpus est contra tentationes — 64
¶ Non tam rara amicitia inter christianos / frequens inter xanos. — 65
¶ Pura ratio amicitie petit ut aliquis dicit poti) qz propter affectum diligamus proximum et sic in amore conversemur — 65
¶ Amicitia jonathae cum dno quata. qz gte et honori regis placuit — 68
¶ Quibus est cor vnum et alma: absurdum si non sit vna pecunia ipsi — 68
¶ Homines sunt pauperes spu sunt xte amici — 69
¶ Brutitia in amicos ratio moderetur sanctus xp cum petro et johane — 69
¶ Secundum precium omnium amicitie / quos affert) hear — 69
¶ Via 2um ordinem fovi idem est qz via in christo fieri — 70
¶ Christus x: cum christus adste pemptoria morte / christianorum — 70
¶ Quatis deus cogitat dq est christus — 70
¶ Triplex diletum: triplex sabbatum inscriptum — 73
¶ Integratio pemptoria est salutis — 74
¶ Deus negat brutitia: repellit oratorum meum: ne gravium peccatum ingratitudinem onerem. et ob hanc causam pte est secundum pentem — 74
¶ Qz deus prudenter amicus dicti est diligens ex tota alma: qz dicit ex toto corde. qz fortiter et constanter ex virtute aut totis viribus ob triplicem amorem se dicit petro amas me — 77
¶ In brutitis suis deus diligendo dulcit. in punitis premet in ex tota alma: in judicitis fortit — 77
¶ Christus et obedia conexe: non qui peccat in uno fac. e vnum reus
¶ Deus uno sole bonos illuminat et malos: tu uno vento respice a micum et inimicum / non ad innocentiam tenuit et monet quae tibi estimas nocere
¶ Vita corporis ipsis pro salute dic proximi ponere quam pro eum est — 79
¶ In cest amor quot malorum. / quadruplex affert) 1. spiritualis: rationalis: officialis: carnalis.
¶ Affert) vis imitatio in homines et amicum ex na: in non inimicum ex officio in inimicum diligendo. s. ex precepto
¶ Possessio animi juvenculi statior corporis possessione: sic et tarti) xt sunt sus tantum corporis — 82
¶ Male amare odire est et bn odire amare / et affert) latere transit in affectum boni in malum — 82
¶ Coronato gaudium in bri ne ex. explicatum

Ꝑ pacientia ē lignū quasi uitę, ex quo fructę uberrimos colligimus & spirituales, 74.
Ꝑ quomodo utendum sententijs gentilium. & aliquando utendum. fol. 1.4.

Ꝑ pa